



LAURETIO BERNI

HISTORIA
BREVIARIUM



1


BR143

B4

v. 1

1879

001510



1080014604

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis





ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

BREVIARIUM

A MUNDI REPARATIONE

USQUE AD ANNUM MDCCCLXXIX

Al Illmo. y Excmo. Sr. Dr.

D. Emeterio Valverde.



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
BREVIARIUM

AUCTORE

JOANNE LAURENTIO BERTI

FLORENTINO, FRATRE EREMITA AUGUSTINIANO;

CONTINUATUM USQUE AD ANNUM MDCCCLXXIX

A

P. LECT. FR. THIRSO LOPEZ

Legionensi, Ordinis Eremit. sancti Augustini Alumno,
Insularum Philippinarum Missionario, et in Collegio Sanctæ Mariæ de Vite, diocesis
Uxamensis, ejusdem Ordinis in Hispania sac. Theologiæ Professore


EDITIO NOVISSIMA

RECOGNITA, EMENDATA, ET PRÆTER ISAGOGEM AD SACRAM GEOGRAPHIAM,
VIII INDICIBUS CHRONOLOGICIS AD CALCEM APPOSITIS LOGUPLIATA

PARS PRIMA

QUE COMPLECTITUR CHRONOLOGICÆ RUBIMENTA ET QUATUORDECIM PRIORUM
SECLORUM SYNOPSIS

Superiorum permissu



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
P. La casa Vaiverde y Telles

PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM

VIA VULGO DICTA DELAMBRE, 13

MDCCCLXXIX

FONDO EDITORIAL
VAIVERDE Y TELLES

44312



BR 143

B4

V.1

1879



COMISARIA DE AGUSTINOS CALZADOS

Misiones de Filipinas.

Concedemos al M. R. P. Lf. Jubilado Fr. Tirso Lopez, en la parte que nos corresponde, la licencia que nos solicita para imprimir en idioma latino la *Continuacion del Breviario histórico* del P. Lorenzo BERTI, atento á que de la censura que nos han mandado dos PP. Examinadores de la Orden, á quienes comisionamos para su revision, no resulta cosa alguna contraria á la fe y buenas costumbres.

Madrid y 26 agosto de 1879.

FR. MANUEL DIEZ GONZALEZ,

Vº. Provº.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

1888

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



007310



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTORI BENEVOLO.

En tibi offero, benevole lector, eximium illud Joannis Laurentii Berti *Ecclesiasticæ Historiæ Breviarium*, novis accessionibus ad nostra usque tempora locupletatum.

Merito quidem lamentabantur omnes qui breve simul et copiosum atque optime concinnatum pro tyronibus instituendis, ecclesiasticæ historiæ exoptabant Enchiridion, præfato Berti operi continuando, ab anno 1760 quo auctor desiit, neminem dedisse operam.

Ea enim est omnigena rerum notitia, opportuna methodo, aptissimo per quæque sæcula ordine distributa, arctoque inter se colligata nexu, quæ in hoc elucet *Breviario*, ut totius Ecclesiæ vicissitudinum seriem, causas et exitus, necnon obstacula quæ ad lucem veritatis toto diffundendam orbi superare catholica debuit religio, uno quasi aspectu quisque percipere valeat.

Et sane quidem doctissimus Joannes Laurentius Berti, ut erat ejus hisce in rebus peritia, dilucida temporum, dierum, mensium et annorum, quæ apud omnes gentes in usu fuere præmissa notione; ciclorum, epactarum, periodum et epocarum, quibus tempora dimetiuntur, cæterisque chronologiæ rudimentis dili-

gentissime enucleatis; exposita quoque sacra et ecclesiastica priorum sæculorum geographia, quæ historiæ alter a chronologia veluti oculus est; eventus cujusque sæculi distinctis septem capitibus claudit, in quorum primo de romanis, pro dignitate, pontificibus agit; de conciliis deinde quippe quæ fidem explicant, hæreses configunt, et fidelium mores instaurant; de hæreticis atque deliramentis eorum; de scriptoribus ecclesiasticis quorum doctrinâ illustratur Ecclesia et ab adversariorum vindicatur impugnationibus; de illis qui cum Christo regnant in cœlis et eis qui primatum in terra exercent; de Ecclesiæ doctrina et ejus quovis in sæculo disciplina; ac demum de externis rebus, quarum selectam valdeque utilem, coronidis instar, confecit mantissam, tam apte atque opportune disserit, fideliter narrat, perspicue ac lucide exponit, ut opus ejus omnium sapientium exceptum plausu, sæpe sæpius prælum subierit, et omnibus ferme Hispaniæ seminariis, collegiis, universitatibusque, ac pluribus cæterarum nationum gymnasiis adhibitum fuerit, et nonnullis adhuc etiam adhibeatur pro textu.

Huic eorum, qui optimos pro adolescentium institutione libros exoptant, desiderio satisfacere cupiens, siquid temporis ab aliis muneribus vacuum reperire licuit, id ejusmodi operi libentissime impendi. Et quamvis nulla ego ratione Berti comparandus ab hujus doctrina et eloquentia quam longissime absum, vestigiis ejus insistere et eum pro posse imitari satégi. Num id assecutus fuerim meum non est proferre judicium.

Eamdem Berti methodum, materiarum ordinem atque distributionem servandam duxi; ampliorem tamen non-

nunquam, uti de concilio vaticano agens videre est, prout res postulabat, stylum adhibui; ampliores etiam et copiosiores de externis rebus appendices (quæ profanæ quasi compendiolum historiæ videri fortasse poterunt), texui, ut ii quibus civilium tantum notitia rerum cordi esse solet, commode suum explere valeant desiderium.

Si qua tamen Berti opinio exolevit, brevibus subjecto in margine adnotationibus id indicare curavi.

Tu ergo, benevole lector, quod ex hujus operis lectione capesseris fructus, Deo, a quo omne datum optimum et donum perfectum descendit, attribuas, inque catholicæ commodum Ecclesiæ, cui meipsum, hæc quamvis parva, meaque omnia subjicio, impendas oro.

Ex augustiniano collegio Sanctæ Mariæ de Vite,
28 augusti an. 1879.

FR. THIRSUS LOPEZ.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIS

AUGUSTINIANÆ FAMILIÆ PRÆSULIBUS


ALUMNISQUE STUDIORUM CURRICULUM PERAGENTIBUS

F. JOANNES LAURENTIUS BERTI S. P.

Hortante ac jubente, omnemque operam et munificentiam præstante, vigilantissimo amantissimoque familiæ nostræ moderatore, et supremo antistite, FRANCISCO-XAVERIO VASQUEZ, in lucem emittens hanc *Historiæ ecclesiasticæ Epitomen*, aliquas arbitror proferendas esse rationes, ob quas eamdem vobis, amplissimi PRÆSULES, atque optimæ spei Adolescentes, neminem alteri præferens, sed omnium simul favorem captans et clientelam, inscribere et nuncupare deliberavi. Principio cum prælaudatus augustiniani Ordinis MAGISTER et RECTOR præstantissimus, æque ac beneficentissimus, in me hominem italum, humili natum loco, tressis minimique pretii scriptorem, plurima, eaque singularia, ac pene immortalia contulerit merita, non respiciens quæ litteris addidi ornamenta vel decora, quippe probe sentio hæc nulla penitus esse, sed quam a pueritia ad senectam usque addiscendi docendique enutrivisti cupiditatem; necessum est, ut cunctis exhibeam aliquam grati animi mei significationem, atque

manifesto monumento profitear me saltem gratias illas agere, quas referre non valeo, neque in me, quod jure meritoque redarguitur a Seneca, una cum ætate beneficiorum memoriam senescere. Neque summi viri benefacta et virtutum ornamenta, ac specimina commemorabo, quoniam notissima sunt, neque alicujus indigent commendatione; innumera, neque oratione comprehendi possunt; splendidissima, neque obliniri debent laudationum fuco, verborumque pigmentis. Singularis humilitas illum ad perpetui præsidis fastigium evehit; probitatis exemplar supra speculam collocavit; flagrantissima charitas omnibus reddidit acceptissimum. Quamobrem devincti et obsequentis filii, et clientuli erga parentem optimum, erga præsidium decusque meum, iis præsertim, qui eidem instituto nomen dederunt, hoc reverentiæ et honoris perenne atque immortale testimonium exhibeo, posterisque commendo, quasi suspenso omnium gymnasiolorum, cœnobiolorumque absidibus, aris, museisque anathemate. Deinde vero, quod semper in votis habui, singulos mecum ejusdem instituti, ejusdemque doctrinæ professione conjunctos, quasi manuum mearum dilatatione, ubique gentium constitutos alloquor et complector; neque Italiæ dumtaxat incolæ, quibuscum aliquandiu versatus fui, verum etiam longinquos, et quavis locorum intercapedine dissitos, celebresque aut peracti gloria regiminis, aut commisso tradendarum disciplinarum munere, aut promovendi litterarum incrementa sollicitudine et cura, honoris causa, convenio, ratus ab honesto viro cum adstantes, tum absentes sodales pariter esse colendos. Cum autem nihil habeam, quod

ex angusta Pifarum provincia ad Vos dono mittam, exiguum hoc, tenuissimumque munusculum gratanter ac lubenter excipere ne dedignemini, præsertim dum a vobis nullam aliam, præter comitatem atque humanitatem vestram, exoptulat remunerationem; quamquam *communione et beneficentiæ*, monente Apostolo, nefas est oblivisci, et indecorum est spernere Filii Sirach saluberrimum rectissimumque consilium, quod comprehenditur versu capitis quarti postremo. Præterea, si aliquam ex hoc opusculo existimatis percipi posse utilitatem, illud perlegite, nam hæc fuit altera scribendi ratio, probis studiosisque prodesse. Cæterum si rude, impolitum, prolixum, non elaboratum industria, non brevitate jucundum, non rerum gestarum enarratione perfectum, non denique historiarum copia et delectu exornatum esse videatur, procul opusculum ipsum abjicite. Etsi enim unicuique a natura inditum est, ut partus ingenii sui, informes quoque et abortivos, haud mediocriter diligat; ego tamen nunquam quos edidi tanta prosecutus sum dilectione, ut vellem alicui afferre incommodum, vel detrimentum. Quare in hujus parvitate munusculi attendite animi mei sinceritatem, atque meæ erga vos benevolentiae magnitudinem. Valete.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

PRÆFATIO.

Paucis hujus operis conscribendi consilium, methodum atque utilitatem exponam. Quum primum tradendæ historiæ suscepti demandatam mihi provinciam, animadverti pene innumeros esse scriptores qui res a majoribus gestas litteris consignarunt; quorum si dumtaxat nomina vellem recensere, excederet istorum index hæc duo *Breviarii* volumina. Illi quoque, qui ad unam tantum Historiæ partem exornandam animum applicuerunt, et librorum amplitudine, et rerum copiâ, et prolixitate verborum, legendi, discendique cupidos prorsus exanimant. Nemo unus, quamvis lynceis sit oculis, insomnis, assiduus, et diurna ac nocturna manu auctores verset et pervolutet, universos unquam perlegerit. Tyronibus itaque, præsertim theologica doctrina imbuendis, et ad sacras habendas conciones formandis, multiplicia illa et prægrandia volumina inutiliter proponuntur. At, inquis, complura sunt, eaque exquisitissima, ecclesiasticæ historiæ compendia, quæ neglectis interim locupletioribus voluminibus, præsidio esse possunt adolescentibus. Id quidem, si inficias ibo, irridebunt me singuli. Verum hæc difficultatem non imminuunt, sed augent. Petenti enim quodnam ex his compendiis præferendum existimemus, quid respondendum sit, omnino me latet. Si chronicorum laudavero

libros, tabulasque chronologicas, nescio quid ex iis eruere possit discipulus, nisi forte rationem temporum, nudaque sive cæsarum, sive pontificum, sive celebratissimorum virorum nomina, rerumque humanarum vicissitudines, aliaque id genus, quæ aut noscat, aut ignoret, parum sua interesse crediderim. In ipsa ulterius temporum supputatione chronographi adeo discrepant, ut si unius sectemur calculos, alterius computo reprehendamus. Quamobrem lectione unius parum aut nihil proficimus, collatione autem plurimorum confundimur. His autem neglectis, si forte avida celerique manu arripiamus historiarum synopses, nescio quid horum adminiculo percepturi simus utilitatis. Etenim aliqua eo elucubrata sunt fine, ne memoria excidat quidquid vehementi et diuturno comparatum est studio. Iis itaque qui historicos nec a limine salutarunt, neque ab iis aliquas acceperunt servandas custodiendasque divitias, nullo erunt istiusmodi Epitomes adjumento. Quædam aliæ comprehendunt vel acutissimas animadversiones in præteritorum temporum monumenta, vel præceptiones, et consecutaria ad mores instituendos, regendamque rempublicam opportuna; sementis tamen ac messis, putationis et vindemiæ distinguenda sunt tempora, atque meliora seligere, aliena carpere, emendare anachronismos, exercitati viri opus est, subacti ingenii, improbique laboris. Permultæ denique auctores habent heterodoxos, qui nempe nituntur romanæ Ecclesiæ deprimere dignitatem, majorum evertere traditiones et propugnare nefaria dogmata; atque istorum scripta doctiores refellere naviterque oppugnare, adolescentes vitare sedulo debent

et procul abjicere. Subiit itaque animum meum cogitatio ejusmodi Epitomen condere, in qua nec sola annorum series, nudaque virorum nomina occurrerent, neque legentibus necessaria foret prævia institutio neque fastidium pareret rerum multiplicitas et permixtio, neque assentatio improbos ignarosque palparet, neque de humano genere benemeritos calumnia proscinderet, neque perniciosæ doctrinæ propinaretur venenum. Id vero utrum assecutus fuerim, comperitum erit experimento.

Methodum talem tenendam esse putavi, in qua neque lucidus ordo deesset, neque præteritorum temporum acta inquirentem defatigaret prolixitas, perturbaret varietas, inopia et jejunitas excruciet, styli obnubilaret opacitas, orationis ambitus circumageret. De romanis pontificibus initio disserere constitui, quoniam ob dignitatis fastigium, ob religionis principatum, ob fidei depositum, ob auctoritatem magisterii, sunt mortalibus omnibus præferendi. Quinam fuerint apostolicæ Sedis invasores et schismatum scissurarumque architecti, suo loco adnotatur. Si legitimi Petri successores aliquid humani passi sunt, quemadmodum fateri necessum erat, ita id temperanter narravi, admonens nunquam illos fidei integritatem vitæ facinore violasse; quod veræ Ecclesiæ non labefactat, sed corroborat firmitudinem. Hinc enim comprobatur adversus eandem Ecclesiam nunquam portas inferi prævalere, nunquam mergi, quamvis jactetur fluctibus, Petri naviculam. Pertractavi proximo loco de conciliis, quibus explorata est apostolorum traditio, confirmata fides, restituta disciplina, atque confixæ hæreses, moresque reformati

fuere. Tertio hæreticorum descripsi deliramenta, propterea quod frustra sacrorum antistitum veneratur concessus, quisquis non execratur Satanæ synagogas. Quarto autem loco sermonem instituo de scriptoribus ecclesiasticis, quorum, cum singulos recensere longe excederet *Breviarii* fines, illustrioribus laudatis, reliquos promiscue et coacervatim commemoro. Quoniam vero duo sunt, quibus mundus principaliter regitur, nimirum auctoritas sacra pontificum et regalis potestas, cæsarum quinto in capite trado notitiam, cui addo plurimorum sanctorum catalogum, tum quia eo loci de persecutionibus ac de martyribus opportune disseritur, tum etiam quia regnantium in cælis hæreditas erit, ut propositam spem habemus, peregrinationis nostræ terminus, merces laborum, studiorum complementum atque intellectus satietas. Ea quæ sexto attinguntur capite, spectant ad catholicæ Ecclesiæ dogmata et disciplinam; dogmata vero ea sunt quæ firmissima fide tenemus, accepimus perpetua traditione a majoribus, et sacrarum Scripturarum oraculis, apostolicæ Cathedræ definitionibus, synodis œcumenicis, sanctorumque Patrum documentis credenda cunctis Christi fidelibus proponuntur, neque sæculorum decursu aut diversitate locorum, alicui, vel minimæ, obnoxia sunt mutationi. Disciplina autem, vel ritus et cæremonias, vel rigidioris, seu benignioris consuetudinis leges perscribens, pro temporum locorumque varietate mutatur; et recte atque inculpate se gerit, qui illius, in qua commoratur, Ecclesiæ obtemperat institutionibus. Quibus addidimus religiosas quoque familias, harumque primordia, necnon quædam alia quæ dici possunt præ-

dictorum supplementum, et aliquod post collectionem segetis spicilegium. Atque hisce limitibus utraque pars circumscribitur; nam quæ sequuntur in appendice ex profanis historiis collecta, externa additamenta sunt et mantissæ. Hanc itaque servavi methodum, qua unius ab aliis sæculis segregatur historia, et quæ spectant ad unam ejusdem historiæ partem, secernuntur a cæteris. In his vero dedi operam, ne veritatem infringerem aut assentandi libidine, aut rursus odio et livore, vitans, ut in primo Annalium admonuit Tacitus, fœdum crimen servitutis, quod inhæret adulationi, et falsam speciem libertatis, quæ inest malignitati.

Utilitatem denique hujus operis haud minimam futuram fore confido. Etenim eorum quæ sunt dispersa, collectio, et eorum quæ permixta sunt, segregatio, magno tyronibus esse potest commodo atque adjumento. Si ad studium ecclesiasticæ historiæ tantummodo exstimularet et viam sterneret, neque istud parvum mihi videretur emolumentum. De historiæ laudibus dictum est alibi, nec rursus in silvam ferenda sunt ligna. Sat erit pervulgatam Tullii descriptionem, et poeticum notissimumque historiæ præconium repetere: Cicero enim in dialogis *De oratore* ad Quintum fratrem, « Historia, inquit, testis temporum, lux veritatis, vita » memoriæ, magistra vitæ, lux vetustatis. » Præconium vero illud versibus hisce comprehenditur:

Illa ego, quæ gestis præsum custodia rebus,
 Digero quod caveas, quodque sequaris iter.
 Priscaque ne veteris vanescat gloria sæcli,
 Vivida defensant quæ monumenta damus;
 Et sua virtuti per me sunt præmia, rursus
 Impia famosis defero facta notis.

Eloquor et summi quantum jactentur, et imi;
 Eloquor et cæcæ fasque nefasque deæ.
 Quod majus theatrum, circusque capaci, aut qua
 Doctior humanas scena referre vices?
 Me sine quis prudens? Unde experientia major?
 Qui me adiit, tandem non mage doctus eat?
 Omnis enim nostro pendet prudentia sensu,
 Riteque nil, nostra qui caret arte, sapit.

Præfari non opus est plura; siquidem, ut Lucianus
 aiebat, procemium historicorum non quærit benevolen-
 tiam, quam præcipue captat orator.

CHRONOLOGIÆ RUDIMENTA.

CAPUT PRIMUM.

DE TEMPORE HUIUSQUE PARTIBUS.

Quam nos rationem temporum dicimus, appellant alii græco
 vocabulo *chronologiam*, a χρόνος, *tempus*, et λόγος, *ratio*. Hinc
 pariter nomen trahunt *chronicon*, in quo series temporum
 adinvenitur digesta, et *chronologus*, aut *chronographus*, scriptor
 Annalium. Ethnici quoque Saturnum, quo nomine *tempus*
 colebant, χρόνον dixere, atque ab ipso devorari liberos autuma-
 bant, quoniam omnia tempus absorbit. Est itaque chronologia,
 aut chronographia, temporum ratio vel descriptio.

Tempus quidam a τῆμος, *tunc*, quidam a τέμνω, *seco*, quidam a
tepor dictum volunt, quasi a veris temperie. Facilius autem est
 tempus mente percipere, quam describere verbis. Philosophi
 aiunt tempus esse mensuram motus, vel durationem rerum
 corporearum, nec sine principio, nec sine fine existentium. Iis
 enim quæ divina sunt, non tempus competit, sed æternitas.
 Fortasse veteres Saturno Rheam, id est, terram dederunt uxore-
 rem, quoniam temporalia quælibet e terra gignuntur.

Ex primo *Geneseos* percipimus initio temporis, quando Deus
 condidit cælum et terram, fuisse materiam quamdam formæ
 expertem, quam latinus interpres vocat *terram inanem et*
vacuam, et Codex hebraicus *Tohu et Bohu*; tum producta luce
 diem a nocte fuisse secretam. Hinc nati apud Eusebium in I
De præparatione evangelica, Phœnicum dii *Thoth et Bau*, et
 quod primum in *Theogonia* statuit Hesiodus, *Chaos*, hujusque
 filii Erebus et Nox, a quibus procreati finguntur Æther et Dies.
 Sunt itaque partes temporis præcipuæ tenebræ et lumen, nox

Eloquor et summi quantum jactentur, et imi;
 Eloquor et cæcæ fasque nefasque deæ.
 Quod majus theatrum, circusque capaci, aut qua
 Doctior humanas scena referre vices?
 Me sine quis prudens? Unde experientia major?
 Qui me adiit, tandem non mage doctus eat?
 Omnis enim nostro pendet prudentia sensu,
 Riteque nil, nostra qui caret arte, sapit.

Præfari non opus est plura; siquidem, ut Lucianus
 aiebat, procemium historicorum non quærit benevolen-
 tiam, quam præcipue captat orator.

CHRONOLOGIÆ RUDIMENTA.

CAPUT PRIMUM.

DE TEMPORE HJUSQUE PARTIBUS.

Quam nos rationem temporum dicimus, appellant alii græco vocabulo *chronologiam*, a χρόνος, *tempus*, et λόγος, *ratio*. Hinc pariter nomen trahunt *chronicon*, in quo series temporum adinvenitur digesta, et *chronologus*, aut *chronographus*, scriptor Annalium. Ethnici quoque Saturnum, quo nomine *tempus* colebant, χρόνον dixere, atque ab ipso devorari liberos autumabant, quoniam omnia tempus absorbit. Est itaque chronologia, aut chronographia, temporum ratio vel descriptio.

Tempus quidam a τῆμος, *tunc*, quidam a τέμνω, *seco*, quidam a tepor dictum volunt, quasi a veris temperie. Facilius autem est tempus mente percipere, quam describere verbis. Philosophi aiunt tempus esse mensuram motus, vel durationem rerum corporearum, nec sine principio, nec sine fine existentium. Iis enim quæ divina sunt, non tempus competit, sed æternitas. Fortasse veteres Saturno Rheam, id est, terram dederunt uxorem, quoniam temporalia quælibet e terra gignuntur.

Ex primo *Geneseos* percipimus initio temporis, quando Deus condidit cælum et terram, fuisse materiam quamdam formæ expertem, quam latinus interpres vocat *terram inanem et vacuum*, et Codex hebraicus *Tohu et Bohu*; tum producta luce diem a nocte fuisse secretam. Hinc nati apud Eusebium in *I De præparatione evangelica*, Phœnicum dii *Thoth et Bau*, et quod primum in *Theogonia* statuit Hesiodus, *Chaos*, hujusque filii Erebus et Nox, a quibus procreati finguntur Æther et Dies. Sunt itaque partes temporis præcipuæ tenebræ et lumen, nox

et dies. Et nox quidem præcessit diei; nam, ut Apostolus ait, II ad Corinth., iv, 6, *Deus e tenebris fecit lumen splendescere.* Hac de re Judæi *a vespera ad vesperam* juxta præscripta legis agunt dies festos. Eo processit gentilium insania, ut has quoque temporis partes inter Numina referrent. Nocti vero maclabant gallum, « Quod tepidum vigili provocet ore diem, » inquit in I *Fastorum* Ovidius. Dies item ac æther lucidus est Jupiter ille *Diespiter et Lucetius*, de quo Agellius, lib. IV *Noct. Attic.*, cap. xii. Orti illinc Lucifer et Hesperus, quibus equos desultorios consecrabant.

Sequitur pars minor diei *hora*, ab *hor, lux*, appellata, unde Sol etiam et Apollo *Horos* vocatur; sive ab *ἑπιζευ*, id est, *terminare* ac definire, quod horæ partes dierum finiant ac dividant. Fuerunt olim horæ idem ac quatuor anni partes, ver, æstas, autumnus et hiems. Hujus partitionis causa dicuntur horæ apud Nasonem, citato lib. I *Fastorum*, una cum Jano, id est, Sole, servare et custodire cardines cœli; atque apud Horatium, lib. I, *Ode* xii, mundum temperare. Propter quatuor illas horas, vel anni tempora gentes consecrasse Soli quadrigas, scribit Isidorus, lib. XVIII *Originum*, cap. xxxvi. Horas deinde Ægyptii in duodecim diei partes dissecuerunt, eo quod animal Serapi dicatum duodecies in die mingeret æqualibus intervallis. Duplicatus tandem est numerus, et ex duodenis horæ factæ viginti quatuor. Videsis lib. I *Saturnalium*, cap. xxi, Macrobius.

Duodecim horas diei ac totidem noctis numerabant tempore adventus dominici Romani pariter et Judæi. Idcirco Dominus universas diei partes significans inquit, Joan. ii, 9: *Nonne duodecim sunt horæ diei?* In quatuor enim quadrantes diem partiebantur, quorum habebat quilibet horas ternas: ac prima incipiebat cum ortu solis, sexta in meridie, duodecima vero absolvebatur cum sol occideret. Præcipue tamen cujuslibet quadrantis priorem horam, primam nempe, tertiam, sextam et nonam Judæi orationis causa observabant. Tertia enim, sexta et nona, sacrificia precesque fieri solebant, quod præter Hebræos docent nos Cyprianus *De Oratione dominica*, et Hiero-

nymus ad caput vii Danielis, et in epistolis ad Lætam et ad Demetriadem. In cap. x *Numerorum* præcipitur ut festis diebus horæ ipsæ tubarum sonitu significentur. Eapropter illas vocat Tertullianus in libro *De jejuniis* « insigniores in rebus humanis, quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt, quæ publice resonant. »

Cum tres illæ horæ essent cæteris notiores, illarum designatione indicabatur medium illud tempus, quod inter unam et alteram orationis horam intercedebat. Ita hora tertia usque ad meridiem, nona usque ad solis occasum computabatur. Ex his colligimus horam *sextam*, qua crucifixus est Dominus, fuisse meridiem, impletumque vaticinium Amos viii, 9: *Et erit in die illa, dicit Dominus Deus: Occidet sol in meridie et tenebrescere faciam terram in die luminis.* Apparet etiam nullam esse antilogiam inter Marcum evangelistam, asserentem cap. xv, 25, Christum affixum cruci *hora tertia*, et Joannem scribentem cap. xix, 14, patratum hoc scelus *hora quasi sexta*. Etenim id contigit medio tempore inter tertiam et sextam horam nondum exacto¹.

Ut diem, ita noctem in quatuor partes primum Romani, deinde diviserunt Judæi, quas appellarunt *vigilias*, a militum nocturnis excubiis. Quatuor illæ vigiliæ tribus horis singulæ constabant, ac erant tempore hiemali longiores et breviores æstivo. Etsi autemerant olim apud Hebræos tres vigiliæ, teste David Kimchi; a temporibus tamen Pompeii, qui Jerosolymam expugnavit anno P. Jul. 4651, ante vulg. æram 63, iidem Judæi cum Romanorum moribus congruentes, statuerunt quaternas. De priori vigilia seu vigiliarum initio, vide Hieremiam, Thren., ii, 19. Secundam ac tertiam commemorat Lucas, xii, 38, quartam Matthæus, xiv, 25, et Marcus, vi, 48.

Quarta hæc vigilia matulina appellatur Exodi xiv, 24, et secundum gallicinium apud Synesium et Aristophanem. Gallus

¹ Utique nonnulli Patrum, inter quos S. P. Augustinus, tradunt Christum Dominum *hora tertia* crucifixum fuisse in prætorio lingua Judæorum, et *hora sexta* lictorum manu; sed hæc moralis explicatio litteralem, quam hic inuimus, minime excludit.

enim in medinoctio et sub adventum lucis edit cantum. In eadem vigilia conspici solem in vertice montis Cassii in Arabia Petraea scribit Plinius, lib. V, cap. xxii. Non ergo differt ab hac vigilia aurora, quam gentes *Matutam*, et *Λευκοδίαν*, hoc est, Albam deam nuncuparunt; de qua Strabo, lib II *Geographiæ*, Hyginus, fabul. ii, et Cicero in I *Tusculan.* Ex his infertur, in aurora demersum Pharaonis exercitum, Petrum ejusque naviculam jactatam fluctibus evasisse naufragium, eundem Petrum tertio negasse Magistrum, et hunc opus redemptionis inchoasse, quemadmodum pontifex Hebræorum sacerdotale munus auspicabatur. Nam hæc omnia in quarta vigilia et in secundis galliciniis evenisse, commonstrant loca paulo supra producta.

A vigiliis, quas memoravimus, nomen traxerunt nocturnæ preces, quibus veteres christiani vacabant. De his plura in libello precum Marcellini et Faustini, in lib. III *Institutionum Cassiani*, in libris pertractantibus de ritibus Eccl. Isidori, Honorii aliorumque, et in cardinalis Bona *Divina Psalmodia.* Iis autem vigiliis abrogatis, exceptis quæ aguntur in Natali, dominico, vigiliis consuevimus appellare dies profestos, et interdum officia, maxime defunctorum, quæ nocturnis olim vigiliis persolvebantur.

CAPUT II.

DE ETYMOLOGIA, DISTINCTIONE, INITIO ET VARIETATE DIERUM.

Particulis temporis explanatis, agam de die, non quatenus significat lucem a tenebris segregatam, sed prout est spatium viginti quatuor horarum, et *vespere* et *mane*, ut divina Scripturæ utar phrasi, componitur. Appellatur dies *ἀπὸ τοῦ Διὸς*, nempe a Jove, seu luce, nobiliori diei parte; sive, ut Varro inquit, a Deo, qui lucis et diei est auctor et rector. Græci *ἡμέραν* dicunt, quoniam dum lucem emicat, hominem gratulantur; ideoque veteres scripserunt *ἡμέραν*, nempe *desiderabilem*. Integram proinde diem, quæ tenebras lucemque complectitur, vocant *νυχθημέρον*.

Ex quo autem *νυχθημέρον* sit noctis, lucisque complexio, sequitur optime diem appellari illam temporis partem, in qua vespera et mane, tenebræ et lux distinguuntur. Quare duæ noctes et dies unus, cum parte lucis seu diei præcedentis et insequentis, tres dies dici possunt. Ita quod legitur Matth. xii, 40, Jonam fuisse in ventre ceti *τρεῖς ἡμέρας, καὶ τρεῖς νύχτας*, et Matth. xxvii, 63, ac Marci viii, 31, Christum a mortuis surrexisse *μετὰ τρεῖς ἡμέρας*, *post tres dies*, accipiendum est ac si diceretur, *μετὰ πρὶν νυχθημέρα, post tria dienocia.*

In naturalem et artificialem astronomi diem dispertiunt: et dies naturalis est ille, quo sol ab ortu ad occasum procedens, ad idem, unde profectus erat, punctum revertitur; artificialis vero dies est in quo sol supra Finitorem vel Horizontem versatur, et cui ex adverso nox respondet. Nunc de die naturali agimus: quem tamen plerique cum artificiali confundunt, dum de naturali die locum putant Basilium scribentem in *Hexameron*, diem esse aerem, quem sol illuminat, et Aristotelem asserentem nihil aliud esse diem quam solis excursus ab oriente in occasum. At missa illa astronomorum partitione, diem nos alium civilem vocamus, legalem alterum, tertium ecclesiasticum. Ac primum dicimus illum, qui in consuetudine et usu receptus est modo, et incipit ab ortu solis; legalem, qui protrahitur a vespera ad vesperam; ecclesiasticum, qui a media nocte ad mediam noctem producit. Hoc enim postremo utimur in jejuniis festisque servandis. Ea partitione liquet Joannem, qui, cap. xiii, 1, ait, Dominum instituisse postremam cenam *ante diem festum Paschæ*, non discrepare a cæteris evangelistis, qui aiunt Pascha a discipulis præparatum *primo die Azymorum*. Ubi enim alii evangelistæ commemorant diem legalem juxta mandatum Exodi, xii, 6, Joannes *diem* communi et usitata significatione usurpavit.

Quatuor sunt cardines a quibus dierum ducuntur initia. Ab oriente enim sole diem auspicabantur Babylonii; a meridie veteres Umbri; a solis occasu Athenienses et Judæi, atque a medinoctio Romani. Id litteris tradunt Plinius lib. II, cap. lxxvii, et Censorinus de die natali. Vide et legem Pauli, *More*

romano ff. de Feriis. Non tamen perpetua fuit prædictarum gentium consuetudo. Enimvero Judæi, posteaquam venerunt in ditionem Romanorum, retento in diebus festis vetusto more, in aliis victores imitari cœperunt; atque ætate Anastasii Sinaitæ, qui floruit circa annum 560, Ægyptii ab initio noctis, et Athenienses ab ortu solis dies inchoabant. Quod Anastasius ipse testatur lib. I, Anag. *Contemplat. in Hexameron*. Nec reprehendendus est Isidorus idem asserens in lib. *De mundo*, cap. 1. Morem itaque nostrum auspicandi diem ab oriente sole comprobant vetustior consuetudo, plurium consensus, necnon Ulpiani leges ff. de usucap.

Dierum varia sunt apud profanæ et apud sacræ historiæ scriptores vocabula. Romanis ex Numæ instituto alii dies erant *festi*, alii *profesti*, alii *intercisi*. *Festi* dicebantur qui dicati erant diis; *profesti*, quibus publicæ aut privatæ res administrabantur, hominesque procul erant a numinum religione; *intercisi* autem illi, quibus fas erat nonnullis horis, et nonnullis aliis nefas erat jus dicere, quasi forent diis hominibusque communes. Ac festi dies in sacrificia, epulas, ludos, feriasque dividebantur, siquidem aut sacrificiorum oblatione, aut divinis epulis, aut ferias agendo sacra celebritas agebatur. *Profesti* quidam dicebantur *fasti*, quibus prætori fari licebat, et ea verba proferre, *do*, *dico*, *abdico*; alii *comitiales*, a comitio dieti, eo quod populus simul conveniret; *comperendini* alii, quibus in perendinum, sive in diem alium differebantur judicia; *stati* dies alii, qui cum peregrino iudicii causa constituebantur, ac demum alii *præliares*, quibus fas erat res repetere et hostes lacessere. De his plura qui de antiquitatibus romanis pertractant.

Sunt et apud JCC. dierum nomina alia permulta. *Atri* enim dicuntur dies, quibus educere legiones et acies cum hostibus committere religio non sinit. *Religiosi*, at tristi omine infames et funesti, in quibus nec rem divinam facere, nec novi aliquid exordiri homines superstitioni audebant. *Sigillarii*, in quibus deorum sigilla fictilia et imagunculæ emebantur a pueris et pro munere invicem missitari solebant. *Diffisi*, qui, re in alteram diem rejecta, quasi diffindebantur. Complures demum

alii, ut dies actionis, condictus, solutionis, cretionis, sessionum, de quibus lexica juridica et quotquot disserunt de significatione verborum.

Invenies præterea apud sacrarum rerum scriptores multa dierum nomina a præcedentibus diversa. Dies enim *sancti* vocantur dies Quadragesimæ. Dies *votorum* ii, quibus contrahuntur sponsalia et fiunt nuptiæ. Dies *magnus*, festum dominicæ Resurrectionis. Dies *consecrati*, solemnitas dominicæ Nativitatis cum tribus diebus sequentibus. Dies *ægyptii*, quos ut nocivos quidam non absque superstitione solent adnotare. Dies *neophytorum* illi octo, quibus recens baptizati albis vestibus induuntur. Dies *ensorius*, vel dies *humanus*, in quo ante supremi Judicis tribunal adstabunt homines universi.

CAPUT III.

DE FERIS FESTISQUE DIEBUS.

Feriarum nomine non semper idem significatur. Apud Latinos enim *feriæ* dicuntur dies, quibus a forensibus negotiis et ab operibus minime necessariis vacatur. In hac significatione feriæ vocantur tum publicæ celebritates, tum dies quibus magistratus ob vacationem aliquam jus non dicunt, necnon mundinæ paganorum, id est, rusticorum gratia institutæ, et quotquot vacationes ab opere a prætore vel sacrorum antistite indicuntur. Adde *privatas ferias*, dies nempe, in quibus memoria agitur in peculiari urbe, aut familia, vel expiationum, vel natalium, vel funerum. Atque hujusmodi dies *feriati* a feriendis victimis, sive a *feriendis* epulis appellantur, nisi mavis cum Vossio feriarum nomen repetere a *Fesiis*, s in r commutato.

In hac significatione dies in Dei honorem sanctorumque cultum dicati vocantur *feriæ*, ut constat ex cap. *Promunciandum*, de Consecrat., dist. III, ex Novella LIV Leonis, et ex Cod., lib. III, tit. 13. Hinc *feriari* in ecclesiasticis sanctionibus idem sonat ac festum colere, et *feriales*, commemorati in epistolis Chromatii, et Heliodori ad Hieronymum, sunt libri aut catalogi festa mar-

tyrum describentes. Vocantur item *feriæ* septem dies qui præcedunt, et septem qui sequuntur festa dominicæ Resurrectionis atque Nativitatis, in quibus nemo in forum compelli poterat, non tantum canone vi concilii VII toletani, verum etiam imperialibus Constitutionibus, ut liquet ex præcitato tit. XII, lege 2, 7 et ultima. Adde ex Ivone lib. VI, cap. xv, dies tres Rogationum. Memorant etiam leges et canones *Ferías messivas*; ex lege quippe Ulpiani, *Nequis messum*, ff. de Feriis 1, messis et vindemiæ temporibus adversarius non potest cogi ad iudicium. Ferias quoque *Jovis* et *Mercurii*, quas interdum legimus interdictas christianis, non aliud significare intelligimus quam festa paganicæ superstitionis.

Hactenus explicavimus quid sit feria in qua a negotiis litibusque cessamus. Verum mos obtinuit, ut *feriæ* dicantur singuli dies hebdomadæ, die solis excepto. In Vitis romanorum pontificum assertitur id constitutum fuisse a Sylvestro, ut clerici scirent se, abjecta cæterarum rerum cura, uni Deo vacare oportere. Quidam censent, ex quo Constantinus Magnus sancivit, ut hebdomada Paschatis esset feriata; inde factum ut ab ipsa hebdomada, quæ prima erat anni ecclesiastici, dies etiam reliquarum hebdomadarum vocarentur *Feriæ*.

Quinam sint dies festi, constat ex dictis. A Græco *ἑορτή* quod est, *festum diem agere*, repetunt cum Gerardo Joanne Vossio etymologiam hujus nominis *festum* doctiores grammatici: *ἑορτή* vero arcessunt Græci *ἔπος τῆς ἑορτῆς*, *foco*, seu *lare*; unde et *Vesta* ignis præses virginesque vestales. Festa enim agentes, apud larem suum, id est domi, amicos convivio excipiunt. Communis est persuasio festum esse diem, in quo jurgia et laboriosa opera cessant; quod testatur etiam Tibullus, libro II, elegia 1, eo versu,

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
et novem sequentibus.

Plura in festis gentiles peragebant, a quibus non abhorrent christiani, eadem specialis venerationis cultusque ratione exercentes. Hæc recenset, notisque e Libanio Sophista, Plutarco, Arnobio, Lipsio aliisque sollerter collectis explanat

erudita dissertatione J. Fronto, parisiensis Academiae cancellarius. Hujusmodi sunt reserare templa et simulacra detegere; indicere in profestis quietem et operum cessationem; summo mane ad solemnitatem accedere; cum servis et captivis, puerisque in pædagogio mitius agere; decorare terram floribus, advenas rogare apud se convivari, aurum effundere in pauperes, splendidis incedere vestibibus, hymnos post epulas decantare, cessare jurgia et reconciliari civem civi, hospitem hospiti, mulierem mulieri.

Ex gentilium quoque moribus derivasse videtur, ut christiani natales et emortuales dies tanquam festos haberent. Natalem quippe mundi celebrarunt Ægyptii XIII kal. augusti; Romani Urbis suæ XI kal. maias, quem diem a Pale pastorum et pabulorum dea, Palilia dixere. Adde natalia deorum, ut Apollinis die 7 aprilis, Mercurii 17 maii, et iis similia apud Dempsterum, lib. IV *Antiq. roman.* Occurrunt ibidem et regum et cæsarum natalitiæ festivitates: Romuli die 20 septembris, Octaviani Augusti die 23 ejusdem mensis, Germanici diei 31 sextilis. Meminere istiusmodi festorum sacri etiam libri, ut natalis Pharaonis Gen., xl, 20, natalis Antiochi II Machab., vi, 7, natalis Herodis Antipæ Marc., vi, 21. Connumerabantur inter natalia festa dedicationes templorum, inaugurationes regum, diesque in quibus ab imminente periculo civitates et oppida evasissent. Præter natales dies, emortuales et anniversarios recolebant, et mortuorum memoriam celebrabant funebribus orationibus, recitatis olim a consanguineis, erectis cippis ac statuis, inscriptisque monumentis, hymnis et carminibus, atque depictis historiis, actisque in commentaria relatis.

Æquum erat, ut, sublatis erroribus, consimilia festa institueret Ecclesia, ne videretur minori æstimare virtutem quam ethnici vitia. Quamobrem natalem diem eorum quos noverat sanctos materno ex utero prodiisse, ab apostolicis sæculis celebravit, videlicet, Reparatoris nostri et præcursoris Joannis, addiditque postea Nativitatem beatæ Mariæ castissimæ, ejusdem Reparatoris nostri parentis. Acta quoque martyrum a

notariis perquiri et litteris mandari curavit, templa arasque supra illorum exuvias extruxit, imagines ad viventium exemplum atque præsidium exposuit, hymnos et psalmodiam instituit, et quoniam soluti e corpore rapiuntur in vitam meliorem ac sempiternam, diem obitus consuevit appellare *natalem*. Ad hæc diem qua apostolorum princeps, cum Antiochiæ, tum Romæ sedere cœpit, ac diem pariter consecrationis pontificis vel episcopi, potiori jure, quam inaugurationis Cæsarum et Augustorum, coli annua celebritate mandavit. Templorum item dedicationis diem inter festa referre voluit, retento veteri nomine Encæniorum, quod extat I Mach., iv, 59, et Joannis x, 22, et significat *innovationem* ἀπο ἐργασίας, propterea quod Esdras mense Adar, Salomon mense Tisri et Judas Machabæus mense Casleu, purgato innovatoque templo jerosolimitano, indixerant Encæniorum solemnia.

Nec studuit solummodo Ecclesia in hujusmodi festis quid superstitiosum est abolere; sed ulterius ritus quosdam gentilium, qui vix eradicari poterant, consimili, sed religiosa cerimonia correxit. Etenim in festo Purificationis Deiparæ, quod festum Græci ὑπαπαντή, id est, *occursum* appellant, quoniam tunc Simeon obviam Christo processit; instituta fuit a Gelasio aut a Sergio R. P. benedictio candelarum adversus lustrationes *amburbales*, quibus ethnici accensis facibus ut justa persolverent, diis manibus urbem expiabant seu februebant; sive, ut aliis placet, ad eliminanda lupercalia, quæ *februa sacra* vocitabantur, et a quibus secundus mensis dicitur februarius. Kalendis quoque Augusti, qua die consecrata fuit ædes Martis et celebrabatur Claudii imperatoris nativitas, dedicatus est Titulus Æquitii, et S. Petri Vincula majori veneratione honorari cœperunt, ut in desuetudinem abirent memorata Claudii et Martis solemnia. Sunt denique multi qui Natalem Domini alligatum putant VIII kal. januarias, quoniam ipso die colebant ethnici Solis nativitatem; quibus tamen in aliam diem ortum Solis justitiæ et Salvatoris mundi relegantibus, nequaquam possumus assentiri.

Singulos dies enumerare supervacaneum est; quisquis enim

in Cædaria romanæ Ecclesiæ conjiciat oculos, percipiet illorum numerum. In antiquioribus vero calendariis desideratur festum Trinitatis, quarto decimo sæculo institutum a Joanne XXII. Ideo namque præcedentibus sæculis non celebratur SS. Trinitatis festivitas, quoniam repetito Trisagio, aliisque precibus quotidie eam adoramus. Asserendum est idem de festo Sacratissimi Corporis Christi, quod etsi diebus singulis immolamus, ejusque institutio recolitur feria V Majoris Hebdomadæ, solemniori tamen ritu celebratur ab universa Ecclesia ab anno 1264, ex Urbani IV constitutione. Inter B. M. V. festivitates recentiores sunt Præsentationis, quæ in occidentali Ecclesia cœpit anno 1372, et Conceptionis, quam, post Sixti IV et Pii V decreta, religiose ac solemniter celebrari mandavit anno 1708 Clemens XI. Incœpit solemnitas omnium sanctorum, sedente Bonifacio IV ad summum pontificatum evecto, an. 608. Is enim Pantheon, quod M. Agrippa in honorem omnium deorum ædificaverat, consecravit in cultum B. Virginis omniumque martyrum. Festorum deinde numerum pietas fidelium sacrorumque antistitum religio adeo multiplicavit, ut desit modo tempus singula recensendi.

Inter dies festos quidam peculiari, nunc antiquato, vocabulo distinguuntur. Legimus enim alicubi *Festum Architriclini*, quo nomine appellabatur dominica secunda post Epiphaniam: *Festum Stellæ* sanctorumque luminum, videlicet ipsam Epiphaniæ celebritatem: *Festum epularum*, id est, cathedræ S. Petri Antiochenæ, in qua ethnici convivia agebant ad sepulchra parentum. Festum *divisionis apostolorum*, die 15 julii, quo fertur in diversas mundi provincias illos abiisse.

CAPUT IV.

DE HEBDOMADA, SABBATO ET DIE DOMINICA.

Hebdomas ab ἑβδομος, *septimus*, est septem dierum spatium, unde et *septimana* appellatur non vulgari tantum consuetudine, sed etiam in Cod. Theodos., lib. V *De spectac.* Hebræi item spatium illud dierum vocant *Sciabuh* a radice

notariis perquiri et litteris mandari curavit, templa arasque supra illorum exuvias extruxit, imagines ad viventium exemplum atque præsidium exposuit, hymnos et psalmodiam instituit, et quoniam soluti e corpore rapiuntur in vitam meliorem ac sempiternam, diem obitus consuevit appellare *natalem*. Ad hæc diem qua apostolorum princeps, cum Antiochiæ, tum Romæ sedere cœpit, ac diem pariter consecrationis pontificis vel episcopi, potiori jure, quam inaugurationis Cæsarum et Augustorum, coli annua celebritate mandavit. Templorum item dedicationis diem inter festa referre voluit, retento veteri nomine Encæniorum, quod extat I Mach., iv, 59, et Joannis x, 22, et significat *innovationem* ἀπὸ ἐργασιῶν, propterea quod Esdras mense Adar, Salomon mense Tisri et Judas Machabæus mense Casleu, purgato innovatoque templo jerosolimitano, indixerant Encæniorum solemnia.

Nec studuit solummodo Ecclesia in hujusmodi festis quid superstitiosum est abolere; sed ulterius ritus quosdam gentilium, qui vix eradicari poterant, consimili, sed religiosa cerimonia correxit. Etenim in festo Purificationis Deiparæ, quod festum Græci ὑπαπαντή, id est, *occursum* appellant, quoniam tunc Simeon obviam Christo processit; instituta fuit a Gelasio aut a Sergio R. P. benedictio candelarum adversus lustrationes *amburbales*, quibus ethnici accensis facibus ut justa persolverent, diis manibus urbem expiabant seu februebant; sive, ut aliis placet, ad eliminanda lupercalia, quæ *februa sacra* vocitabantur, et a quibus secundus mensis dicitur februarius. Kalendis quoque Augusti, qua die consecrata fuit ædes Martis et celebrabatur Claudii imperatoris nativitas, dedicatus est Titulus Æquitii, et S. Petri Vincula majori veneratione honorari cœperunt, ut in desuetudinem abirent memorata Claudii et Martis solemnia. Sunt denique multi qui Natalem Domini alligatum putant VIII kal. januarias, quoniam ipso die colebant ethnici Solis nativitatem; quibus tamen in aliam diem ortum Solis justitiæ et Salvatoris mundi relegantibus, nequaquam possumus assentiri.

Singulos dies enumerare supervacaneum est; quisquis enim

in Cædaria romanæ Ecclesiæ conjiciat oculos, percipiet illorum numerum. In antiquioribus vero cædariis desideratur festum Trinitatis, quarto decimo sæculo institutum a Joanne XXII. Ideo namque præcedentibus sæculis non celebratur SS. Trinitatis festivitas, quoniam repetito Trisagio, aliisque precibus quotidie eam adoramus. Asserendum est idem de festo Sacratissimi Corporis Christi, quod etsi diebus singulis immolamus, ejusque institutio recolitur feria V Majoris Hebdomadæ, solemniori tamen ritu celebratur ab universa Ecclesia ab anno 1264, ex Urbani IV constitutione. Inter B. M. V. festivitates recentiores sunt Præsentationis, quæ in occidentali Ecclesia cœpit anno 1372, et Conceptionis, quam, post Sixti IV et Pii V decreta, religiose ac solemniter celebrari mandavit anno 1708 Clemens XI. Incœpit solemnitas omnium sanctorum, sedente Bonifacio IV ad summum pontificatum evecto, an. 608. Is enim Pantheon, quod M. Agrippa in honorem omnium deorum ædificaverat, consecravit in cultum B. Virginis omniumque martyrum. Festorum deinde numerum pietas fidelium sacrorumque antistitum religio adeo multiplicavit, ut desit modo tempus singula recensendi.

Inter dies festos quidam peculiari, nunc antiquato, vocabulo distinguuntur. Legimus enim alicubi *Festum Architriclini*, quo nomine appellabatur dominica secunda post Epiphaniam: *Festum Stellæ* sanctorumque luminum, videlicet ipsam Epiphaniæ celebritatem: *Festum epularum*, id est, cathedræ S. Petri Antiochenæ, in qua ethnici convivia agebant ad sepulchra parentum. Festum *divisionis apostolorum*, die 15 julii, quo fertur in diversas mundi provincias illos abiisse.

CAPUT IV.

DE HEBDOMADA, SABBATO ET DIE DOMINICA.

Hebdomas ab ἑβδομος, *septimus*, est septem dierum spatium, unde et *septimana* appellatur non vulgari tantum consuetudine, sed etiam in Cod. Theodos., lib. V *De spectac.* Hebræi item spatium illud dierum vocant *Sciabuh* a radice

Sciabah, septem. Hinc aliquando dies septimus hebdomada dicitur, ut in libris Josephi animadvertit illustris Vossius, et vicissim nomen *sabbati*, quod significat diem septimam, interdum usurpatur ad significandam hebdomadam. Ita Marci xvi, 2, habetur sanctas mulieres ad Christi monumentum venisse *valde mane una sabbatorum*; et pharisæus, Lucæ xxviii, 12, aiebat: *Jejuno bis in sabbato*; ac prima hebdomadæ dies vocatur *prima sabbati*, Matthæi xxviii, 1, et Marc. xvi, 9. In quibus aliisque locis certum est, nomen *sabbati* pro tota septimana usurpari.

Non solum hebdomadas dierum, verum etiam hebdomadas annorum legimus in sacris Bibliis et in Hebræorum commentariis. *Numerabis* (ita Levit. xv) *quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos 49, sanctificabisque annum quinquagesimum.* Singularum autem harum hebdomadarum annus septimus est annus ille sabbaticus, de quo lex Mosis eodem capite Levitici v, 4: *Septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis domini, agrum non seres, et vineam non putabis.*

Inter hebdomadas annorum celeberrimæ sunt illæ septuaginta, quibus Daniel propheta, cap. ix, 24, tempus futuræ redemptionis definierat. Quarum sententia eorum, qui Dominum cruci suffixum arbitrantur anno vul. æræ 29, talis esse debet partitio, ut harum hebdomadarum initium statuatur in anno 457 ante æram christianam; hebdomada septuagesima, quam propheta dixit decisam esse et abbreviatam, inchoata sit anno ejusdem æræ 26, et in dimidio hebdomadæ, scilicet post alios tres annos, Christus occisus fuerit, prædicto nimirum anno 29. Enimvero si annis 457 addamus annos 29, resultat summa annorum 486, atque annus quadringentesimus octuagesimus sextus est dimidium hebdomadis septuagesimæ. Nam septuaginta hebdomadæ annorum sunt anni 490.

Ab annorum hebdomada ad hebdomadam dierum revocemur oportet. Insignitur hæc enim in epistolis romanorum pontificum, et in libris ritualibus, necnon apud historicos, nominibus quibusdam peculiaribus. Atque hebdomada præcedens domi-

nicam resurrectionis, a Græcis Latinisque vocatur *ἑβδομας μεγάλη*, *hebdomada major*, ob maxima ecclesiarum officia: *indulgentia* item ob pœnitentium absolutionem. Vocatur quoque *hebdomada pœnalis et laboriosa* propter Domini passionem. Rursus *hebdomada authentica* in monumentis Ambrosianæ basilicæ. Tertia post Pascha dicitur *hebdomada expectationis*, quod per id temporis Spiritus sancti expectetur adventus. Quarta hebdomada Quadragesimæ, cujus sabbato sacræ habentur ordinationes, in Gelasii I, Innocentii III aliorumque pontificum litteris *hebdomada mediana* vocatur. Hebdomadæ autem reliquæ, ut *Paschalis, in Albis, Pentecostes*, pronuntiato dumtaxat nomine innotescunt.

Nomina septem dierum e quibus conflatur hebdomada sunt cuique notissima. Eorundem nominum origo inde repetitur, quod singulis diei horis ethnici præesse putaverint unum ex septem sideribus, quæ sunt Sol, Luna, Mars, Mercurius, Jovis, Venus, Saturnus, adeo ut primæ horæ diei primi præsit Sol, secundæ Luna, tertiæ Mars, etc.; et primæ autem horæ secundi diei Luna, primæ horæ tertii diei Mars præsit, atque ita deinceps. Quare a planeta aut sidere horæ primæ habet dies, ut appellatur dies Solis, dies Lunæ, dies Martis, etc. Legantur Dio, lib. XXXVII, et Philander, lib. IX *Not. in Vitruvium*. Verum, ut supra monuimus, ecclesiastici ex decreto Sylvestri his nominibus, ortis vel ex pythagoricis subtilitatibus, vel ex commentis Ægyptiorum, commune Feriarum nomen substituerunt, ita tamen ut primam diem hebdomadæ appellent *dominicum*, septimam *sabbatum*.

Sabbati etymologiam deductam a *Sciabah, septem*, tradidimus supra; sed repetita a *Sciabat* significat *cessationem et requiem*; atque hoc pacto non totam denotat hebdomadam, sed diem septimam, in qua Deus *requievit ab omni opere, quod patraverat*, Gen. ii, 2. Hinc Judæi creationis memores sabbatum colebant, juxta legis præceptum, Exodi xx, 2, et Deut. v, 14. Persius, Sat. 5, Judæos irridens, horum festa vocat *sabbata recutita*, et Rutilius ad Numantianum, lib. I, inquit: « Septima quæque dies turpi damnata Veterno; » Ovidius pariter, in

libro I *De arte amandi*, «Culta Palæstino septima festa viro.» Sabbatum anno dominicæ Passionis incidens in hebdomadam azymorum, dicitur *Magnus dies*, Joan. XIX, 31; non quod fuerit ipsa Paschæ solemnitas, sed quia populus cum victimis pacificis per totam azymorum hebdomadam templum adibat. Dies vero, hoc præcedens sabbatum, vocatur *Parasceve*, Marci XV, 42. Est autem παρασκευή idem ac *præparatio*; nam Judæi feria sexta post meridiem parant cibaria, mensasque sternunt pro die proximo. Hujus rei causa dies emortalis Christi dicitur in Evangelio παρασκευή τοῦ πάσχα. Commemoratur Lucæ VI, 4, sabbatum δευτερόπρωτον, *secundum primum*. Disceptatur adhuc quodnam sabbatum indiget evangelista; sed inter varias interpretationes illam existimamus probabiliorem, quæ tradit sabbatum δευτερόπρωτον fuisse quod immediate sequebatur secundum diem azymorum, quasi diceretur, ἀπὸ τῆς δευτέρας πρώτου, *primum post diem secundum*.

Sabbati in diem dominicum translata festivitas fuit abrogatio legis quantum ad determinationem diei, non quantum ad cultum divinitatis, divinorumque beneficiorum contemplationem. Cum enim dies dominica sit illa, in qua Deus mundum condidit, in qua Christus resurrexit, et in qua Spiritus sanctus descendit super apostolos, in cultu ejusdem diei commemoratur beneficium creationis, cujus gratia observatio sabbati primitus fuerat indicta, et memoria repetitur peracta redemptio, et sanctificatio animarum, ita ut in hujus festi observatione perficiatur, non defraudetur finis præcepti: *Memento, ut diem sabbati sanctifices*.

Præ cæteris dominicis præcipuam venerationem expostulant dominica Paschatis et Pentecostes. *Pascha* etymologiam sortitur a radice *Pasach*, *transivit*, non ut quidam existimarunt, a verbo græco πάσχω, *patior*. Hebræi solemnissimam habuere Paschatis celebritatem, exeunte luna 14 mensis Nisan, id est, vespera diei quartæ decimæ, unde initium sumebat dies XV legalis, in cujus nocte angelus pertransiens exterminavit primogenitos Ægyptiorum. A quo transitu prima dies azymorum Phase vel Pascha appellatur; legatur caput XII Exodi. Qui in

Paschate celebrando eandem lunam 14 observabant, *Quartadecimani* dicti sunt: eosque traditione derivata ab apostolis secundo Ecclesiæ sæculo S. Victor I, et anno 325, nicæna synodus proscripsit, lata lege, ne alio quam dominico die Pascha ubique gentium celebraretur, quod saluberrime institutum est, ne christiani Judæis communicare viderentur, nec Agni typici, sed Christi, qui Pascha nostrum immolatus est, mysteria sacra recolerent.

Eodem plane modo *Pentecostem*, sive diem quinquagesimum, quem colebant Judæi in memoriam legis datæ in monte Sinai, quinquagesimo die egressionis ex Ægypto, christiani colunt die quinquagesima post dominicam resurrectionis, ob divini Spiritus charismata apostolis distributa. Est enim Πεντηκοστή idem ac *Quinquagesima*, ac recte hoc nomen ob dierum numerum quadrat in Pentecostem christianam, haud secus, ac ἑορτὴ ἑβδομάδων, *festum hebdomadarum*, et ἡμέρα τῶν νέων, *dies novorum*; quibus nominibus, Exodi XXXIV, 22, juxta versionem LXX insignitur Pentecostes judaica.

CAPUT V.

DE MENSIBUS VARIARUM GENTIUM ET ROMANORUM PRÆSERTIM.

Sequitur, ut dicamus de mensibus, quorum nomen venit a *metior*, ut docet Cicero, lib. II *De nat. deor.*, vel ut Varroni et Isidoro placuit, a μέτρον, id est motus et lunæ decursus, vel etiam ab Hebræorum radice *Manah*, quod est *numerare*. Est itaque mensis spatium illud temporis quo luna suum peragit cursum, sive anni pars duodena.

Hebræorum menses sunt¹:

¹ Annus Hebræorum civilis incipit a septimo mense ecclesiastico *Tirsi*. In hebræo kalendario hæc festa recensentur. *Nisan* die I, jejunium ob mortem filiorum Aaron. X alterum ob Mariæ obitum, et eligebatur eo die agnus maectandus in Paschate. Celebrandum istud erat die 14 ad vesperam. XV, prima dies Azymorum. XVI, *Homer*, seu oblatio novi manipuli: hinc supputabantur dies Pentecostes. XXI, ultima solemnitas Azymorum. XXVI, jejunium ob mortem Josue.

Jar die X, jejunium ob captam Arcam. XIV, Pascha celebrandum ab iis

Nisan olim Avib, ita appellatur ab *Aviv*, *Spica*, quoniam eo mense incipit segetum spica virescere.

Jar.

Sivam.

Tammus.

Ab.

Ehul.

Tisri, dictus olim *Ethanim*.

Marschewan.

Casleu.

Thebet.

Schebat.

Adar.

Veadar, sive *Adar* secundus.

qui celebrare non potuerunt superiori mense. XXVII, jejunium ob mortem Samuelis.

Sivam die VI *Pentecostes*, seu festum hebdomadarum. XXIII, jejunium ob defectionem decem tribuum sub Jeroboamo. XXV, jejunium aliud ob quorundam rabbinorum caedem. XXVII, tertium jejunium ob combustum Haninam cum libro Legis.

Tammus die XXVII, jejunium ob fractas tabulas Legis, aliaque posteriorum temporum infortunia.

Ab die I, jejunium ob mortem Aaron. IX, jejunium alterum ob incensum cum urbe templum, primo a Chaldaeis, secundo a Romanis.

Ehul die XVII, jejunium ob mortem exploratorum terræ Chanaan. XXI, *ἔδοξορία*, nempe delatio lignorum ad Templum.

Tisri die III, jejunium ob necem Godoliæ et Judæorum in Maspha. V, jejunium ob mortem 20 Israelitarum, et Achiba filii Joseph. VII, jejunium ob conflatum vitulum, inflictumque propterea gladium. X, jejunium *Kipurim*, seu expiationis. XV, *Scenopegia*, sive festum Tabernaculorum. XXI, *ἡ ὀχορορία*, festum Romanorum. XXIII, Legis et Mosis festiva memoria. Dedicatio item templi Salomonis.

Marschewan die VI, jejunium ob exsæcatum Sedechiam, ejusque filios a Nabuchodonosor interfectos. XXVII, Jove, sive pluvie in autumnio tempestivæ petitio.

Kislen die VII, jejunium ob combustum a rege Joachin volumen conscriptum a Baruch. XXV, *Encænia*, vel dedicatio Templi, festumque Luminarium.

Thebet die VIII, memoria legis in Græcum sub Ptolomæo rege conversæ, cum jejunio. IX et X, dies afflictionis ob obsidionem clademque Jerusalem sub rege Babylonis.

Schebat die VIII, mortis justorum, qui exstiterunt sub Josue, lugubris cum jejunio recordatio. XXIII, jejunium propter idolum Michææ, concubinam violatam in Gabaa, motusque Israelitarum contra tribum Benjamin.

Horum singuli a neomeniis inchoantur, et quoniam menses lunares sunt, ac breviores solaribus, post tertium annum, Judæi lunationem unam addunt, sive mensem decimum tertium, quem vocant *Adar* secundum.

Nomina mensium apud Ægyptios sunt :

Thoth.

Paophi.

Athyr.

Chojac.

Tybi.

Mechir.

Phamenothe.

Pharmuthi.

Pachon.

Payni.

Epiphi.

Mesori.

Quorum mensis primus, id est, *Thoth*, cum primum vagus et mobilis foret, capta a Cæsare Augusto Alexandria, anno U. C. 724, ante æram christianam 30, fixus est die 29 augusti, ut colligitur ex Dione, lib. LI *Rom. Hist.*

Atticorum sive Atheniensium mensium ista sunt nomina :

Hecatombæon.

Metagitnion.

Bædromion.

Memacterion.

Pyanepsion.

Posideon.

Gamelion.

Anthesterion.

Elaphebolion.

Munichion ¹.

Adar die VII, mors Mosis atque jejunium. IX, jejunium ob contentiones inter discipulos Sammai, et Scholam Hillel. XIII, lætitia, ob interfectum Nicanorem. XIV et XV, festa Sortium.

¹ Scribendum *Munychion*, *μουνυχίων*.

Thargelion.

Scirrhophorion.

Primus mensis atticus, videlicet Hecatombæon, initium ducebat a neomenia proximior, solstitio æstatis paulo post idus Junias, dum sol octavam partem Cancri transmittens ad inferiores circulos incipit remeare.

Apud Macedones menses vocabantur :

Xanthicus.

Artemisius.

Dæsius.

Panemus.

Lous.

Gorpiæus.

Hyperberetæus.

Dius.

Apellæus.

Audinæus.

Perivius.

Dystrus.

Horum mensium primus *Xanthicus* concurrat cum Nisan Hebræorum, *Hyperberethæus* cum Tisri, et Adar cum *Dystro*, ut constat ex Flavio Josepho, lib. II *Antiquit.*, cap. vi, et lib. III, cap. ix. Ab *Hyperberethæo* annum auspicabantur Syro-Macedones, a *Dio*, quidam alii inter Europæ fines.

Persarum menses sunt qui sequantur :

Pharavardin.

Adarpahaschth.

Chardad.

Thirmeh.

Mervedmeh.

Schaharimeh.

Meharmeh.

Abenmeh.

Adarmeh.

Dimeh.

Benmeh.

Asphandar.

Hi omnes menses sunt dierum 30, postremo autem mensi addunt quinque dierum epagomenas, sive appendices. Progreditur vero *Pharavardin* a neomenia mensis Ægyptii Chojac.

Menses Armeniorum :

Sahami.

Theri.

Cagutsch.

Arats.

Mahich.

Arich.

Ahili.

Mariri.

Marchats.

Harvatsis.

Nawasari.

Huri.

Neomenia *Sahami* concurrat cum sexta die mensis Ægyptiorum Chojac.

Hagarenorum et Arabum isti sunt menses :

Muharam seu *Moarram*

Tzepharu aut *Safar.*

Rabiù Evel sive *Rabiah primus.*

Rabiù Achir vel *Rabiah secundus.*

Giumadi Evel, alias *Giomada.*

Giumadi Achir.

Rezeb aut *Regiab.*

Sahaben aut *Schaban.*

Ramadhan.

Schewal vel *Shaval.*

Dul, *Kaidathi*, *Silcade* aut *Doul Kadah.*

Dulhaga, *Silchize* aut *Doulhegiab.*

Sunt omnes lunares¹; cumque nullos addant dies, ut annos

¹ Primus scilicet *Muharam* dierum 30, secundus *Tzepharu*, dierum 29, et

suos exæquent solaribus, variat apud Hagarenos initium anni, seu mensis *Muharan*, qui anno primo Hegiræ, Christi 622, incidit in diem 16 mensis julii.

Romanorum menses, ut modo enumerantur, cuique sunt noti. Romulus tamen ex decem mensibus annum constituit dierum 304, januario et februario seclusis. Hos duos menses Numa addidit, qui annum instituit dierum 354. Duodeno hoc numero usus est etiam Julius Cæsar, ad dies 365 annum protrahens. Qui ergo in anno Romuleo primus erat Martius, a Marte, quod is pater Romuli credebatur, nomen accepit. Januario autem Numa Pompilius affixit anni primordia, deferens honorem Jano, quem aiebant colendæ terræ, quam belli gerendi fuisse studiosiorem, et volens a re bellica ad agriculturam Romanos transferre. Februarium a Februo, deo lustrationum, denominari adnotavimus cap. II. Aprilem, quasi Aprilem, ἀπὸ ἀπρὸς, *spuma*, ex qua nata Venus, cui mensis iste fuit sacer, vel potius *quod annum aperiat*, dictum volunt; maium vel a majoribus, vel a Maia, matre Mercurii, et junium a junioribus, sive a Junone. Quinctilis, sextilis aliique a numeris sortiti sunt nomina; quanquam lege M. Antonii quinctilis appellatus sit *julius*, in honorem Julii Cæsaris, nati eodem mense; et sextilis dictus sit *augustus*, in honorem Augusti, qui sextilis mense iniit consulatum, tres egit triumphos, Ægyptum devicit et civilibus bellis finem imposuit.

Apud Latinos mensium dies kalendis, nonis et idibus distinguuntur. Kalendæ a καλῆ dictæ sunt, quod olim ad primum lunæ adspectum sacrificio peracto, pontifex ad curiam Capitolii vocata plebe pronuntiabat, quot numero dies usque ad nonas superessent, aut quinquies, aut septies, repetito verbo καλῆ, id est *voco*. Hinc prima dies, ex iis quæ calarentur, *kalendæ*, et curia, ad quam plebs vocabatur, *Curia Calabra* fuit nuncu-

sic deinceps. Addita hisce mensibus nomina sunt variæ tantummodo pronuntiationis. Necessarium non duximus alia mensium nomina apud veteres reperta transcribere. Ea accurate collegit in suis *Institutionibus ad studium antiquitatis*, Everardus Audrichius, Sclarum Piarum omnium, ut puto, qui de hoc argumento scripsere, novissimus.

pata. Nonæ vero a nova lunæ observatione, seu potius quod incidant in diem nonum ante idus, auctore Varrone, lib. V *De LL.* appellatæ fuerunt. *Idus* denique etymon habet ἀπὸ τοῦ εἰδῶς, quod eo die in anno Romuleo luna plenam speciem ostenderet, vel a verbo Thuscorum *viduare*, id est, dividere, quoniam idus mensem dividunt ac findunt, ut inquit Horatius, libro IV, Ode II:

Idus tibi sunt agendæ,

Qui dies mensem Veneris marinæ, findit aprilem.

Qua ratione singuli cujusque mensis dies designentur, perspicue docent qui pertractant de kalendario, atque ad memoriam juvandam tetrastichon quodam conscribunt. Hujus tamen loco placet nobis versus apponere ex Eclogario Ausonii Burdigalensis:

At nonas modo quarta aperit, modo sexta refert lux.
Sexta refert maii, octobris, martisque recursu,
Et qui solstitio sua tempora julius infert.
Cætera pars mensium quartis est prædita nonis;
Omnes vero idus octava luce recurrunt.
Post idus, quas quisque suas habet ordine mensis,
Diversæ numero redeunt variante kalendæ.

CAPUT VI.

PERTRACTATUR DE ANNO, DE JUBILEO ET DE SÆCULO.

Annum dici, quasi majorem circum, sicut annulus minor circulus dicitur, Varro, Servius aliique tradiderunt. A Græcis tamen, qui annum ἐνιαυτὸν appellant, nomen hoc derivasse censet Festus Pompeius; nec desunt, qui illud arcessant *ab innovatione*, sive ἀπὸ τοῦ ἀνακαινοῦσθαι, uti observat laudatus Servius ad versum Virgilio, *Æn.* I:

Triginta magnos volvendis mensibus orbes.

Est itaque annus, tempus quo sol zodiacum percurrit, revolvitur, et cursum iterum innovat.

Unde veteres duxerint annorum initia, diximus cap. præcedenti. Sed animadvertendum est Judæis duplicem esse annum: sacrum, qui incipit à Nisan, ut habetur Exodi XII, 2: *Mensis*

suos exæquent solaribus, variat apud Hagarenos initium anni, seu mensis *Muharan*, qui anno primo Hegiræ, Christi 622, incidit in diem 16 mensis julii.

Romanorum menses, ut modo enumerantur, cuique sunt noti. Romulus tamen ex decem mensibus annum constituit dierum 304, januario et februario seclusis. Hos duos menses Numa addidit, qui annum instituit dierum 354. Duodeno hoc numero usus est etiam Julius Cæsar, ad dies 365 annum protrahens. Qui ergo in anno Romuleo primus erat Martius, a Marte, quod is pater Romuli credebatur, nomen accepit. Januario autem Numa Pompilius affixit anni primordia, deferens honorem Jano, quem aiebant colendæ terræ, quam belli gerendi fuisse studiosiorem, et volens a re bellica ad agriculturam Romanos transferre. Februarium a Februo, deo lustrationum, denominari adnotavimus cap. II. Aprilem, quasi Aprilem, ἀπὸ ἀπρὸς, *spuma*, ex qua nata Venus, cui mensis iste fuit sacer, vel potius *quod annum aperiat*, dictum volunt; maium vel a majoribus, vel a Maia, matre Mercurii, et junium a junioribus, sive a Junone. Quinctilis, sextilis aliique a numeris sortiti sunt nomina; quanquam lege M. Antonii quinctilis appellatus sit *julius*, in honorem Julii Cæsaris, nati eodem mense; et sextilis dictus sit *augustus*, in honorem Augusti, qui sextilis mense iniit consulatum, tres egit triumphos, Ægyptum devicit et civilibus bellis finem imposuit.

Apud Latinos mensium dies kalendis, nonis et idibus distinguuntur. Kalendæ a καλῆ dictæ sunt, quod olim ad primum lunæ adpectum sacrificio peracto, pontifex ad curiam Capitolii vocata plebe pronuntiabat, quot numero dies usque ad nonas superessent, aut quinquies, aut septies, repetito verbo καλῆ, id est *voco*. Hinc prima dies, ex iis quæ calarentur, *kalendæ*, et curia, ad quam plebs vocabatur, *Curia Calabra* fuit nuncu-

sic deinceps. Addita hisce mensibus nomina sunt variæ tantummodo pronuntiationis. Necessarium non duximus alia mensium nomina apud veteres reperta transcribere. Ea accurate collegit in suis *Institutionibus ad studium antiquitatis*, Everardus Audrichius, Sclarum Piarum omnium, ut puto, qui de hoc argumento scripsere, novissimus.

pata. Nonæ vero a nova lunæ observatione, seu potius quod incidant in diem nonum ante idus, auctore Varrone, lib. V *De LL.* appellatæ fuerunt. *Idus* denique etymon habet ἀπὸ τοῦ εἰδῶς, quod eo die in anno Romuleo luna plenam speciem ostenderet, vel a verbo Thuscorum *viduare*, id est, dividere, quoniam idus mensem dividunt ac findunt, ut inquit Horatius, libro IV, Ode II:

Idus tibi sunt agendæ,

Qui dies mensem Veneris marinæ, findit aprilem.

Qua ratione singuli cujusque mensis dies designentur, perspicue docent qui pertractant de kalendario, atque ad memoriam juvandam tetrastichon quodam conscribunt. Hujus tamen loco placet nobis versus apponere ex Eclogario Ausonii Burdigalensis:

At nonas modo quarta aperit, modo sexta refert lux.
Sexta refert maii, octobris, martisque recursu,
Et qui solstitio sua tempora julius infert.
Cætera pars mensium quartis est prædita nonis;
Omnes vero idus octava luce recurrunt.
Post idus, quas quisque suas habet ordine mensis,
Diversæ numero redeunt variante kalendæ.

CAPUT VI.

PERTRACTATUR DE ANNO, DE JUBILEO ET DE SÆCULO.

Annum dici, quasi majorem circum, sicut annulus minor circulus dicitur, Varro, Servius aliique tradiderunt. A Græcis tamen, qui annum ἐνιαυτὸν appellant, nomen hoc derivasse censet Festus Pompeius; nec desunt, qui illud arcessant *ab innovatione*, sive ἀπὸ τοῦ ἀνακαινοῦσθαι, uti observat laudatus Servius ad versum Virgilio, *Æn.* I:

Triginta magnos volvendis mensibus orbes.

Est itaque annus, tempus quo sol zodiacum percurrit, revolvitur, et cursum iterum innovat.

Unde veteres duxerint annorum initia, diximus cap. præcedenti. Sed animadvertendum est Judæis duplicem esse annum: sacrum, qui incipit à Nisan, ut habetur Exodi XII, 2: *Mensis*

iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni, et annum civilem, inchoandum a mense septimo, seu Tisri, quando cuncta exacto messis et vindemiæ tempore, conduntur, ut constat ex eodem libro, cap. xxiii, 16, et xxiv, 22. Græci item, præsertim post Christi adventum, nunc a verno tempore, nunc ab autumno initium anni auspicantur. Et quamvis auctor *Chronici Alexandrini*, anni primordia statuat in die 21 martii, et Maximus Monachus in aprili, communiter tamen annum ecclesiasticum subducunt ab VIII kalendarum aprilium; unde et nos annos ab *Incarnatione* consuevimus numerare. Profecto reliqua annorum initia ex inferius tradenda epocharum explanatione innotescunt.

Quemadmodum varia sunt annorum principia, ita varia est longitudo ac extensio. Discrimen inter annum Romuli, Numæ et Julii Cæsaris assignatum est paulo supra. Illud vero, quod inter annum solarem et lunarem intercedit, unicuique obvium est, siquidem lunarem annum constare diebus 354, et horis fere 9; solarem autem diebus 365, et fere 6 horis, nemo prorsus ignorat. Tempus itaque in istiusmodi quisquillis non est terendum.

Non contemnenda videtur quæstio de annis patriarcharum: nonnulli enim non percipientes quomodo vitam tamdiuturnam egissent, opinati sunt annos illorum fuisse nostratibus breviores, adeo ut decem eorundem annorum unum dumtaxat communem annum conficeret, et Noe v. g., qui Gen. ix, 29, vixisse dicitur annis nongentis et quinquaginta, vixerit annis 95. Sed hæc opinio manifestæ falsitatis revincitur. Etenim Gen. vii, in anno sexcentesimo ipsius Noe distincte commemoratur mensis secundus, cujus die 17 cœpit diluvium, et proximo cap. viii, narratur arcam 27 die mensis septimi requievisse super montes Armeniae; prima die mensis decimi apparuisse, aquis imminutis, cacumina montium; tum dies numerantur usque ad initia anni vitæ sexcentesimi primi, ut manifestum sit annos Noe duodecim mensibus constasse. Ad hæc cap. v ejusdem libri legimus, Cainan genuisse Malaleel, anno ætatis suæ 70, et Henoch Mathusalem anno 65; si autem quilibet annus

patriarcharum annos decem communes comprehendisset, Cainan septennis et Henoch in minori ætate liberos procreassent. « Quis autem, » inquit Augustinus, lib. XV *De civ. Dei*, c. xii, « generat homo septennis? »

Quæritur insuper ejus durationis fuerint anni Ægyptiorum, quorum aliqui ab Osiride ad Alexandrum numerabant annos 10000, aliqui 23000, auctore lib. I *Hist. Diodoro Siculo*. At primo tanquam fabulosa rejicienda est prodigiosa illa Ægyptiorum antiquitas. Deinde Plinio, Censorino et præcitato Diodoro testibus, non fuit apud Ægyptios annorum forma, sed fuerunt anni unius, duorum vel trium tantummodo mensium. Præterea Augustinus lib. XII præcitati operis, cap. x, ait: « Perhibentur Egyptii, quondam tam breves annos habuisse, ut quaternis mensibus finirentur. » Dynastias demum Ægyptiorum a Julio Africano et ab Eusebio descriptas, ex quibus exurgit portentosa illa annorum multitudo, implicitas, non successivas esse, demonstrat in libro I *De idololatria gentium*, Gerardus Joannes Vossius.

Diximus superiori cap. iv, Judæos colere annum sabbaticum, illud nempe, qui cum sex annis præcedentibus constituebat hebdomadam unam annorum. Fuit quoque illis celeberrimus annus quinquagesimus, recurrens post septem hebdomadas annorum, id est, post annos 49. Annus iste quinquagesimus vocatur annus *jubilæi*, Levit. xxv, 2, nomine derivato a *Jubal, buccina*, sive a *Jabal, adducere*, quoniam clangore buccinæ annuntiabatur et afferebat libertatem, atque eodem anno servi sui juris fiebant et fundi redibant ad pristinos dominos. Bernardus Lamy et alii, qui putant jubilæum solitum annuntiari cornu arietis, ignorant arietum cornua, cum solida sint, non vacua, inflari non posse. Jubilæum Septuaginta dixerunt annum *remissionis*, τῆς ἀφέσεως.

Jubilæum romani etiam pontifices instituere. Tribuunt quidam hanc institutionem Bonifacio VIII, qui indulgit, ut centesimo quoque anno venia peccatorum donarentur quicumque inviserent romana templa. At constat ex Const. ipsius Bonifacii lib. V *Extravagantium communium*, cap. *Antiquorum*, hunc pontifi-

cem jubilæum non instituisse, sed confirmasse. Ex quo autem romani pontifices anno centesimo, et non quinquagesimo, indixerint olim jubilæum, non videntur animum intendisse ad Judæorum consuetudinem, sed potius abolere voluisse superstitionem antiquorum Romanorum, qui centesimo quoque anno ab Urbe condita celebrant ludos sæculares. Clemens tamen VI singulis annis quinquagesimis jubilæum alligavit, constit. *Unigenitus*, Extrav. Com. tit. *De remiss. et indulg.*, lata anno 1343. Sedentibus Urbano VI, Bonifacio IX, Martino V et Nicolao V, jubilæum post triginta tres annos repeti consuevit, ac demum Paulus II et Sixtus IV celebrandum esse mandarunt singulis annis 25, prout ab anno 1475, hactenus servatum est.

Prior itaque jubilæorum institutio spectabat ad finem cuiusque sæculi, et quodlibet sæculum comprehendit spatium annorum centum. Vel a *sequor*, quod ætate una abeunte sequatur altera, vel a *seco*, quod in minores partes spatium illud secetur, vel aliunde repetas sæculi etymologiam, parum refert. Quod nos dicimus *sæculum*, Græci appellant *γυναικία*, aut *αἰών*. At *γυναικία* apud Plutarchum aliquando significat annum; Artemidorus autem sæculo tribuit annos septem, Heraclitus triginta, Verrius Flaccus centum et decem, Varro et modo scriptores omnes, annos centum. Nestor, cum vixerit annis 90, nimirum tribus sæculis justa Heracliti numerationem, quasi vitam protraxisset ad tria sæcula, ut definita sunt a Varrone, aperto mendacio ab Ovidio XII *Metamorph.*, ita loquens inducitur:

Vixi annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.

Eodem errore labuntur, qui per nestoreos annos designari arbitrantur insolitam ac prodigiosam senectam.

Græcorum *αἰών* et Hebræorum *Holam* aliquando æternum, aliquando sæculum, et aliquando diuturnum et indefinitum tempus significant. Hac ambiguitate conantur origenistæ eludere illa sacrarum Scripturarum loca, quibus damnatorum supplicia sempiterna esse enuntiatur. Verum eam ambiguitatem non habet aut hebraica phrasis, *Minholamhad Holam*, aut

græca, *ὡς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων*, scilicet, *in sæcula sæculorum*; qua phrasi impiorum cruciatus perenniter duraturus exprimitur Apoc. xx, 10, quanquam ad origenistas refellendos alia plura suppetant argumenta.

CAPUT VII.

QUIBUSDAM CYCLIS PRÆMISSIS, PERIODUS JULIANA EXPLANATUR.

Exactior cæteris mensura annorum est periodus juliana, a Josepho Scaligero, Julii filio, sæculo xvi, ex variis compacta cyclis et annis julianis accommodata; unde ipsius periodi julianæ depromptum est nomen. Nequit idcirco hæc periodus plane disci, nisi cyclorum, ex quibus fabricata est, præmittatur notitia.

Horum cyclorum prior est indictio, quam Græci *ἐπιπέμνησις* vocant, id est, largitionem; a pensatione enim tributorum, quorum canon annis singulis indicebatur, indictionis nomen derivant quamplurimi. Ab apparitione crucis facta Constantino, an. 312, indictionem, quasi *indicationem*, dictam putat Panvinius; ab Actio autem promontorio, seu bello illic commisso, anno U. C. 723, ante æram christianam 31, etymologiam indictionis, quidam Græculi nimium insulse deduxerunt, quasi indictio vocanda foret *ἰναικίων*. Auctor *Chronici Alexandrini* statuit indictionum initia in anno 1 monarchiæ Julii Cæsaris, ante Chr. 84, ac primo æræ antiochenæ. Hinc Scaliger etiam auspiciatur indictiones, quas appellat cæsarianas. Quidam vero indictiones numerant ab anno secundo Cæsaris Augusti, id est, ab anno ante Ch. 30, si computentur a pugna actiaca. At consentiunt omnes indictionem constantinianam ab anno v. ær. 312, et a kalendis septembris esse inchoandam, adeo ut annus proximus 313, kal. jan. signandus sit *indictione I*.

Dixi indictionem *constantinianam*, nam sunt indictionum diversâ nomina ac diversa principia. Constantiniana, ut nuper dixi, inchoatur a kalendis septembris, eamque rationem innuit S. Ambrosius in epistola ad episcopos Æmiliæ; eandem quo-

que tenent epistolæ Gregorii Magni. At indictio *cæsariana*, cujus generis est *valentiaca*, L. IX *De indulgentiis debitorum* in Cod. Theodos., progreditur ab VIII kalendarum octobris; atque hinc indictiones suppetat Ven. Beda *De rat. temp.*, cap. XLVI. Indictio demum romana, nunc pontificia, a kalendis januariis ducit exordium.

Est autem indictionum πεντεδεκατηρίς, sive cyclus annorum quindecim, quibus exactis reditur ad unitatem. Igitur cum annus 313, kal. januariis signandus fuerit *indictione* 1, congruit eadem nota anno 328, 343, 358, atque ita deinceps, ut annus 1582 correctionis gregorianæ notam habuerit indictionis 10, et præsens annus 1760 indictionis 8. Inveniendi autem numeri indictionum in quolibet anno v. ær. vulgatissimus canon comprehenditur sequenti disticho:

Si tribus adjunctis, Domini diviseris annos,
Ter tibi per quinos, indictio certa patebit.

Dato itaque anno Christi addantur 3, et summa dividatur per 15, ac numerus, qui neglecto quotiente residuus est, annum indicat indictionis; si nihil sit reliquum, indictionis annus erit 15.

Sequitur cyclus alter, id est, lunaris, annorum 19, quem græco vocabulo passim ἐννεαδεκατηρίς vocant. Idem cyclus Metonicus appellatur a Metone, celebri astrologo atheniensi, Pausaniæ filio, qui illum edidit anno 4 olympiadis 86, ante æram Christi 433¹. Dicitur quoque aureus numerus, quoniam tanti eundem cyclum faciebat antiquitas, ut illum aureis pingeret characteribus. Inchoavit Meton cyclum suum a solstitio æstivo, sive potius a neomenia illi propinquiore, unde progredi annum atticum prænotavimus cap. VI. Undeviginti illi anni, quibus lunæ astrorumque perficitur revolutio, annus Metonus (forte Metonicus) vocatur a Diodoro Siculo, lib. III *De fabulosis antiquorum gestis*. Invenitur annus cycli lunaris, si dato anno

¹ Rabbi Hillel cyclum alium 19 annorum ad neomenias investigandas Judæis tradidisse fertur anno Christi 358, imperante Constantio. Idem Hillel primus constituit epocham illam judaicam, quæ a creatione mundi usque ad principium æræ christianæ comprehendit annos 3760.

ær. v. addatur unitas, ac summa dividatur per 19. Ea enim partitione facta, numerus, qui secluso quotiente superest, indicat lunarem annum, et si nihil remaneat, erit annus cycli lunaris 19. Juvandæ memoriæ causa traditur canon iste arithmeticus sequenti disticho:

Unum addes annis Domini, summamque novenis,
Et denis tribuas, numerus tibi ut aureus adsit.

Hac regula adhibita constat aureum numerum hujus anni 1760 esse 13. Prætermitto periodum Calippi, qui anno 3 olympiadis 112, id est, 330 ante ær. christ. animadvertens in anno octavo cycli V. Metonici variationem unius diei, instituit periodum ab ipso auctore, *calippicam* nuncupatam, tanquam subsidiariam Metonicæ, et conflata ex quatuor cyclis lunaribus, nempe ex annis 76; hujus enim nullus nobis in hisce institutionibus futurus est usus.

Tertius est cyclus solis complectens annos 28. Hujus auctor fuit Sosigenes, egregius mathematicus, cujus præsertim opera anno confusionis, ante æram dionysianam 46, usus est in kalendarii reformatione Julius Cæsar. Appellatur autem *cyclus solis* a prima hebdomadis die, quoniam exacto dumtaxat spatio annorum 28, iisdem litteris (quas vocant dominicales) dies hebdomadæ prænotantur. Harum vero litterarum juxta Sosigenis institutionem ille erat ordo, quem indicat versiculus:

Gaudet Francus equo, Dorus cane, Balthasar agno.

Cum itaque primus annus cycli sit bissextilis, quemadmodum 5, 9, 13, 17, 21 et 25, præsignabatur olim prior ille annus litteris G, F. At post correctionem gregorianam, quæ contigit anno 1582, litteræ illæ interdum e loco suo dimoventur, atque modo ita cyclus solaris procedit, ut primo hujus cycli anno affixæ sint litteræ D, C, secundo B, tertio A, quarto G, quinto F. Eatque ita deinceps, duplicatis litteris in quolibet anno bissextili, quoniam huic una additur dies mensi februario, diesque dominica de una in aliam feriam transcurrit, ut constat ex kalendario.

Canon investigandi annum hujus cycli est hujusmodi. Dato

anno æræ vulgaris adde 9, deinde summam divide per 28, ac numerus qui neglecto quotiente supererit, is cycli annum commonstrabit; ac si nihil supersit, annus cycli erit 28. Hæc regula comprehenditur sequenti disticho :

Junge annis Domini ter ternos, perque viginti
Octo seca summam; cyclus solaris habetur.

Invenies hujus canonis ope annum 1760 esse 5 cycli solaris, cui respondent, cum bissextilis sit, litteræ dominicales F, E.

Jam vero si cyclus solaris 28 multiplicetur per cyclum lunarem 19, resultat summa 532, quæ summa periodus victoriana sive dionysiana appellatur. Hanc enim periodum anno Christi 463, rogante Hilario papa, instituit Victorius Aquitanus, ut in celebrando Paschate cum Latinis Alexandrini in posterum convenirent, eandemque periodum recensuit et adhibuit anno 526 Dionysius Exiguus, ut ipsemet innuit in epistola quam laudat Beda, *De rat. temp.*, cap. XL. Est autem victorianæ periodi hæc proprietas, quod iidem lunæ et solis characteres, nonnisi transacto illo cyclo annorum 532 simul concurrent: v. g. annus 1 æræ ch. fuit cycli lunaris 2 et solis 10, nec una simul redierunt similes cycli, nisi anno 533 ineunte, atque hoc anno 1760 est cycli lunæ 13 et solis 5, qui conjunctim redibunt anno 2584.

Hunc cyclum victorianum annorum 532 si multiplicemus per cyclum indictionum, consurget summa annorum 7980, quæ summa est periodus illa juliana, cujus gratia præmissa fuit aliarum periodorum explanatio¹.

¹ *Sothicam* periodum, seu *canicularem*, traditam a Porphyrio, de qua Marshamus et Stanleius, complectentem annos 1460 ante æram Nabonassar, cæterosque cyclos, quorum nullus nobis erit usus, necessum non est declarare. Cyclus vero lunisolaris annorum 1932 ab Augustino ætini solerter deductus, utpote innixus supputationi LXX interpr. nequit nobis in usu esse perpetuo.

CAPUT VIII.

DE UTILITATE ET USU PREDICTÆ PERIODI, NECNON DE GRÆCO-ROMANA ATQUE NORISIANA.

Periodi julianæ multiplex est utilitas: nam primum si annus quilibet ejusdem periodi dividatur per 15 juxta canonem supra præmissum, habetur annus indictionis; si per 19, annus cycli lunaris; si per 28, annus solaris cycli. Deinde potest hæc periodus tam annis, qui æram præcessere christianam, tam iis qui subsequuti sunt, imo ante mundum quoque confictis, ac perpetuo in posterum excogitatis aptari. Insuper hujus periodi ope deprehenduntur chronicorum errores, et præcipui historiæ cardines retinentur memoria. Sat est, si dicamus C. Petavium, qui Scaligerum ubique exagitavit, in magno opere *De doctr. temp.*, lib. VII, cap. viii, hæc litteris consignasse: « Magnopere chronologiæ tyronibus auctor sum, uti julianam hanc periodum, ejusque tractationem, et usum sedulo condiscant; certoque sibi persuadeant, sine hoc præsidio difficilem, et erroribus obnoxiam temporum esse doctrinam; e contra vero tutissimam ac facillimam iniri viam, si quis eam sibi, quam dixi, periodum præscribat. » Similia illustris Pagius, *Dissert. prævia in Criticam Annalium Baronii*.

Ut eadem utamur periodo in annis æræ christ. sciamus oportet, annum primum ejusdem æræ esse P. Jul. 4714, quoniam anno juliano 46, in quo communis æræ statuuntur initia, fuit annus 4 indictionis, 2 lunaris cycli, et 10 cycli solaris, qui tres characteres nunquam invenientur rursus conjuncti, nisi post exactam totam periodum annorum 7980; at simul conveniunt anno hujus periodi 4714. Igitur cum annus P. J. 4714 sit primus vulg. æræ, dato quolibet anno Christi, adinvenitur cum quo anno P. Jul. concurrat, si addantur anni 4713, quibus P. Juliana antevertit æræ christianæ. Est itaque præsens annus 1760, P. J. 6473, quo diviso per 15, habetur indictio 8, diviso per 19, habetur annus cycli lunaris 13, et diviso per 28, habetur annus cycli solaris 5.

Ex quo autem cum anno primo æræ vulgaris concurrat annus P. J. 4714, sequitur annum mundi 4004, qui juxta recentiorum et communiori usu receptam chronologiam, est itidem annus primus ejusdem æræ, supputari ab anno P. Jul. 710, atque in hoc anno adspectabilis mundi consignandam esse productionem; siquidem ut anno 4714 respondeat annus 4004, necessum esse superaddere anno 710. Atque hæc de periodo juliana.

Addamus nonnulla de periodo græco-romana, quam exornavit et ad Latinorum usum accommodavit Antonius Pagi. Juxta æram ecclesiasticam antiochenam et constantinopolitanam (æra enim civilis apud Græcos diversa est, ut dicam infra pertractans de annis mundi) natus est Christus anno 5493, qui concurret cum anno juliano 45. Ut hac periodo utamur, 1° debemus annum inchoare more Latinorum a kal. januariis, 2° a cyclo lunæ, quem exhibet hæc periodus, unitatem detrahere, 3° addere quatuor unitates cyclo solis, 4° indictionem, uti exhibetur, retinere nihil detrahendo et nihil addendo. Enimvero si annum P. Græcorum 5493 divides per 15, erit indictio 3; si divides per 19, erit cycli lunæ annus 2; si divides per 28, erit cycli solis annus 3. Indictione igitur retenta et a cyclo lunæ ablata unitate, cyclo autem solis quatuor unitatibus adjectis, habetur indictio 3, annus cycli lunaris 1, et annus cycli solaris 9, qui sunt characteres anni juliani 45, periodi julianæ 4713. Hæc regula cuique anno æræ vulgaris aptari poterit, dummodo ei superaddatur prædicta illa summa annorum 4593, qui juxta Græcos præcedunt ipsius æræ vulgaris initia.

Nonnulli denique induxerunt periodum annorum 1932, quam appellarunt norisianam, quod conflata sit ex 23 cyclis annorum 84, seu comprehendat 23 ogdeocontatesseræteridas, cyclosque paschales Latinorum, quos eruditissimis dissertationibus illustravit cardinalis Norisius. Istius periodi, quæ progreditur ab anno 1 æræ dionysianæ, sive ab anno juliano 44, perutilis est usus ad inveniendum cyclum solarem, novilunia, diemque paschalem. Quæ enim competunt anno primo

æræ christianæ, eadem, cyclo illo revoluto, convenient anno 1933, prout constat ex tabulis expansis in kalendario romano F. Guillelmi Bonjour.

CAPUT IX.

DE EPOCHIS ERISQUE PRECIPUIS, AC PRIMUM DE MUNDIALI.

Hactenus de periodis: nunc de epochis notioribus pertractabimus, a mundana ducentes initium. *Ἐποχή* apud philosophos idem est ac quædam mentis remora, vel cohibitio assensionis, a verbo *ἐπέχω*, *contineo*, *cohibeo*; apud astronomos autem *ἐποχή* est status cœli, situs siderum et gradus planetarum in zodiaco; atque apud chronologos illustre aliquod exordium futuri temporis, quod et æra appellatur.

Æram vero Isidorus dictam putat a priori censu, quo C. Augustus universum orbem descripsit, et omnis orbis professus est *æs reddere* eidem *Augusto*. Id contigit ex Lapide Ancyrano et ex Dione libro LIII, cons. Augusto VI, et Agrippa, id anno U. C. 726, ante ær. chr. 28. Quidam æræ nomen derivant ex quo Arabibus irruentibus in Hispaniam, cœperint anni epochæ hispanicæ, quæ figitur anno 38 ante dionysianam, adnotari hisce litteris A. ER. A. *Annus erat Augusti*, vel potius ab eo tempore Hispani cœperint Romanis *æra* persolvere. Sunt denique nomen æræ deducentes ab *Arah*, *supputare*. Frustra in origine nominum vestiganda immoremur, posteaquam assecuti sumus eorum significationem.

Princeps itaque epocharum est mundana, quæ scilicet a creatione mundi inchoatur. De hac pertractaturi supponimus mundum aliquando habuisse principium; neque id esse inanem persuasionem, fabulamque senilem, ut permulti effutiunt apud Gisbertum Voetium, in opusculo *De atheismo*, et apud Mersennium in *Genesim*. A qua opinione non abhorruisse Galilæum et Thomam Hobbes censet Tribecchovius in dissertatione quam inscripsit, *Veritas creationis mundi*, quanquam mathematici plures non alia fortassis ratione tanquam athei audie-

Ex quo autem cum anno primo æræ vulgaris concurrat annus P. J. 4714, sequitur annum mundi 4004, qui juxta recentiorum et communiori usu receptam chronologiam, est itidem annus primus ejusdem æræ, supputari ab anno P. Jul. 710, atque in hoc anno adspectabilis mundi consignandam esse productionem; siquidem ut anno 4714 respondeat annus 4004, necessum esse superaddere anno 710. Atque hæc de periodo juliana.

Addamus nonnulla de periodo græco-romana, quam exornavit et ad Latinorum usum accommodavit Antonius Pagi. Juxta æram ecclesiasticam antiochenam et constantinopolitanam (æra enim civilis apud Græcos diversa est, ut dicam infra pertractans de annis mundi) natus est Christus anno 5493, qui concurret cum anno juliano 45. Ut hac periodo utamur, 1° debemus annum inchoare more Latinorum a kal. januariis, 2° a cyclo lunæ, quem exhibet hæc periodus, unitatem detrahere, 3° addere quatuor unitates cyclo solis, 4° indictionem, uti exhibetur, retinere nihil detrahendo et nihil addendo. Enimvero si annum P. Græcorum 5493 divides per 45, erit indictio 3; si divides per 19, erit cycli lunæ annus 2; si divides per 28, erit cycli solis annus 3. Indictione igitur retenta et a cyclo lunæ ablata unitate, cyclo autem solis quatuor unitatibus adjectis, habetur indictio 3, annus cycli lunaris 1, et annus cycli solaris 9, qui sunt characteres anni juliani 45, periodi julianæ 4713. Hæc regula cuique anno æræ vulgaris aptari poterit, dummodo ei superaddatur prædicta illa summa annorum 4593, qui juxta Græcos præcedunt ipsius æræ vulgaris initia.

Nonnulli denique induxerunt periodum annorum 1932, quam appellarunt norisianam, quod conflata sit ex 23 cyclis annorum 84, seu comprehendat 23 ogdeocontatesseræteridas, cyclosque paschales Latinorum, quos eruditissimis dissertationibus illustravit cardinalis Norisius. Istius periodi, quæ progreditur ab anno 1 æræ dionysianæ, sive ab anno juliano 44, perutilis est usus ad inveniendum cyclum solarem, novilunia, diemque paschalem. Quæ enim competunt anno primo

æræ christianæ, eadem, cyclo illo revoluto, convenient anno 1933, prout constat ex tabulis expansis in kalendario romano F. Guillelmi Bonjour.

CAPUT IX.

DE EPOCHIS ÆRISQUE PRECIPUIS, AC PRIMUM DE MUNDIALI.

Hactenus de periodis: nunc de epochis notioribus pertractabimus, a mundana ducentes initium. *Ἐποχή* apud philosophos idem est ac quædam mentis remora, vel cohibitio assensionis, a verbo *ἐπέχω*, *contineo*, *cohibeo*; apud astronomos autem *ἔποχη* est status cœli, situs siderum et gradus planetarum in zodiaco; atque apud chronologos illustre aliquod exordium futuri temporis, quod et æra appellatur.

Æram vero Isidorus dictam putat a priori censu, quo C. Augustus universum orbem descripsit, et omnis orbis professus est *æs reddere* eidem *Augusto*. Id contigit ex Lapide Ancyrano et ex Dione libro LIII, cons. Augusto VI, et Agrippa, id anno U. C. 726, ante ær. chr. 28. Quidam æræ nomen derivant ex quo Arabibus irruentibus in Hispaniam, cœperint anni epochæ hispanicæ, quæ figitur anno 38 ante dionysianam, adnotari hisce litteris A. ER. A. *Annus erat Augusti*, vel potius ab eo tempore Hispani cœperint Romanis *æra* persolvere. Sunt denique nomen æræ deducentes ab *Arah*, *supputare*. Frustra in origine nominum vestiganda immoremur, posteaquam assecuti sumus eorum significationem.

Princeps itaque epocharum est mundana, quæ scilicet a creatione mundi inchoatur. De hac pertractaturi supponimus mundum aliquando habuisse principium; neque id esse inanem persuasionem, fabulamque senilem, ut permulti effutiunt apud Gisbertum Voetium, in opusculo *De atheismo*, et apud Mersennium in *Genesim*. A qua opinione non abhorruisse Galilæum et Thomam Hobbes censet Tribecchovius in dissertatione quam inscripsit, *Veritas creationis mundi*, quanquam mathematici plures non alia fortassis ratione tanquam athei audie-

rint, nisi quod scripserint quaestionem de origine mundi non posse dirimi physicis argumentis.

Arbitramur tamen nos humana quoque evinci ratione, mundum sempiternum non esse. Aeternitas enim est Numinis attributum, et necessum est, ut quidquid est ex nihilo, aliquando non fuerit. Frustra etiam fingitur illa mundi longævitas, quam nullae produnt historiae; quod pariter asserendum est de naufragiis et cataclysmis, quibus autumant periisse vetustissimarum rerum memoriam. Quis enim, si homines universi aut igne aut aqua consumpti sunt, praeteritorum vitam nuntiavit? Si vero a communi interitu servati sunt aliqui, cur ii, secus ac fecit Noe, a diluvio servatus, nil prorsus de majoribus suis tradiderunt! Demum, ut caetera mittam, artes, scientiae, bella et quidquid novi decursu temporis contigit, fictam mundi aeternitatem evertunt. Non fugit haec ratio ipsos contemptores divinitatis et religionis, inter quos T. Lucretius, lib. V *De rer. nat.*, ait:

Præterea si nulla fuit genitalis origo
Terrarum, et cæli, semperque æterna fuere,
Cur supra bellum thebanum et funera Trojæ
Non alias alii quoque res cecinere poetæ?
Quare etiam quædam nunc artes expoliuntur,
Nunc etiam augescunt?

Tametsi autem hæc monumenta nullum robur haberent, nihilominus ad asserendam mundi nativitatem et initium divina nos Scriptura compelleret.

Verum quaestio agitur gravissima, num hebraicorum, num græcorum codicum sit præferenda chronologia. Illi nos adhærendum existimamus, quam exhibent hebraica exemplaria. Principio nos movet, quod codicibus discrepantibus, confugiendum ad illos sit, qui primum editi fuerunt, et purior ex fonte quam e rivulis aqua hauriatur. Deinde diversitatem numerorum, aliter se habentium in codicibus græcis, aliter in hebraicis, tribuendam esse scriptori, qui de bibliotheca Ptolomæi græca Biblia describenda primus accepit, monet lib. XV *De civ. Dei*, cap. XIII, S. Augustinus. Præterea hebraicam supputationem sequitur latina Vulgata, quam tridentina synodus canonicam

definivit, etsi divinæ Scripturæ auctoritati sola numerorum varietas vel similia amanuensium errata parum officiant. Fieri ulterius non potuit, ut in codicibus tam multis, ac tam longe lateque dispersis Judæorum malitia annorum seriem perverteret; neque causa potest excogitari cur id attentarent, cum sua potius, quam Græcorum chronologia ipsorum confutetur impietas. Ad hæc Hieronymus, ad Chromatium scribens, Versionem LXX corruptam atque violatam esse testatur; et Justinus martyr, in *Dialogo cum Tryphone*, atque Origenes, *Homilia XII in Jeremiam*, vocant Judæos hellenistas Scripturarum falsarios. Si denique non malitia, sed imperitia adulterata est in sacris Bibliis series numerorum, facilius id evenire potuit in græcis codicibus, quam in hebraicis, cum isti annos designent integris dictionibus numerabilibus, non elementorum apicibus, notisque arithmeticeis. Vide quæ sequenti capite dicentur de epocha universalis diluvii.

Recepta itaque Hebræorum chronologia, epocha mundi figenda est in anno P. Julianæ 710, ante æram christianam 4004. Etsi enim certo definiri nequeat quo anno mundi natus est Christus, tamen secundum illam supputationem a mundi exordio usque ad Nativitatem Domini, fluxere, plus, minus, anni 4000, et ab ipsa Nativitate usque ad æram vulg. anni 4, quæ est sententia recentiorum chronologorum, æris paulo infra explicandis cohærens et juvandæ memoriæ aptior caeteris.

Epocha tamen Hebræis communior (nam variæ supputationes reperiuntur etiam apud rabbinos) inchoatur ab anno 3761 ante æram christianam, a *Tisri*, septimo mense, annos enumerando.

Inter Græcos Antiocheni a mundi exordio usque ad Incarnationem Domini enumerant annos 5493¹. Constantinopolitani

¹ Etsi Moschovitæ, Russique Græcorum schismati hærentes, ante constantinopolitana æra uterentur, attamen sub Petro I, ac sub initia postremi hujus sæculi XVIII, adhibere cœperunt communem vulgaremque supputationem epochæ dionysianæ; juxta tamen consuetudinem protestantium, qui correctionem kalendarii factam, sedente romano pontifice Gregorio XIII, nondum receperunt.

et Moschovitæ annos 5509, Alexandrini 5501; sed hi biennio Natale Christi præmittunt; incarnatum enim, natumque ex Virgine Dei Verbum existimant anno 43 juliano, C. Augusti 42, quum Antiocheni et Constantinopolitani Incarnationem et Nativitatem Domini consignent anno 45 juliano, et C. Augusti 44. Itaque Antiochenorum æra decennio discrepat ab alexandrina, et hæc a constantinopolitana annis 3. Juxta communiorem Græcorum æram natus est Christus anno a creatione mundi 5493.

Igitur si dato anno æræ vulgaris addantur anni 4004, erit annus mundi juxta nostram et omnium fere recentiorum chronologiam; si addantur anni 3761, erit annus mundi juxta vulgatum computum Hebræorum; et si addantur anni 5493, erit annus mundi juxta æram inter Græcos communiorem. Ab aliis autem recentioribus in hoc discrepamus, quod hi in autumno et die 23 octobris, nos verno tempore ac die 21 martii, quando sol constituitur in 1 gradu Arietis, arbitramur Deum produxisse cælum et terram. Opinionis autem nostræ alibi munimenta produximus.

CAPUT X.

AFFERUNTUR EPOCHÆ SACRÆ QUÆ ÆRAM CHRISTIANAM PRÆCESSERUNT.

Sex sunt illustriores historiæ sacræ epochæ, unde a mundi creatione usque ad Christum totidem distinguuntur ætates. Ac prima est, quæ ab ipsa mundi productione ducit initium, de qua pertractatum est nuper. Altera, quæ inchoatur ab universali diluvio. Tertia progrediens a vocatione Abraham. Quarta, quam auspicamur a lege per Moysen lata. Quinta ducens initium ab ædificatione templi. Sexta, quam a soluta per Cyrum captivitate exordimur.

Epocha *diluvii* figenda est in anno P. Jul. 2366, mundi 4636, ante æram ch. 2348. Ex chronologia enim bibliorum hebraicorum et latinæ vulgatæ, Adam genuit Seth anno ætatis suæ

Seth Enos, an.

130

105

235

	235
Enos Cainan, an.	90
Cainam Malaleel, an.	70
Malaleel Jared, an.	65
Jared Henoch, an.	162
Henoch Mathusalam, an.	65
Mathusala Lamech, an.	187
Lamech Noe, an.	182
Diluvium vero cœpit anno Noe	600
Conficiunt hi anni summam	4636

Græci quidem ab orbe condito ad diluvium usque numerant annos 2242, et Samaritani annos 1307. At supra ostendimus præferendam esse chronologiam hebraici textus, cui et chaldæus, et latinus consentiunt. Deinde græci codices inter se discrepant. Nam in Vulgatis editionibus LXX habetur Adam genuisse filium Seth anno ætatis suæ 230; in versione autem qua usus est S. Joannes Chrysostomus, et in ea quam adhibuerunt Flavius Josephus in *Antiquitatibus judaicis*, et Theophilus Antiochenus, lib. III *Ad Autolicum*, necnon in Bibliis Aldinis legitur ab Adam genitum Sethum *τριακοστῆ καὶτριακοσιστῆ, trigesimo ac trecentesimo*; quam lectionem probarunt quoque Suidas et Joannes Antiochenus, annos ab origine mundi usque ad diluvium 2342, non vero 2242, enumerando. Imo S. Clemens Alexandrinus, lib. I *Strom.*, aliam sequutus supputationem, ab Adamo ad diluvium numerat annos 2148. Non possumus itaque calculos adeo discrepantes, neglectis hebraicis, approbare.

Idem asserendum est de computo Samaritanorum. Etenim S. Hieronymus, libro *Tradit. hebraic.*, testatur, tam in hebræis quam in Samaritanorum libris legi Mathusalem genuisse Lamech anno ætatis suæ 187, et nihilominus in autographo, ut fertur, codice samaritano, quem laudant Scaliger, in *Notis eusebianis*, et Seldenus, *Præfac. in Marmora arundelliana*, habetur Mathusalam genuisse Lamech anno 77, atque in Bibliis samaritanis in lucem editis, necnon apud Vossium diss. iv

et Moschovitæ annos 5509, Alexandrini 5501; sed hi biennio Natale Christi præmittunt; incarnatum enim, natumque ex Virgine Dei Verbum existimant anno 43 juliano, C. Augusti 42, quum Antiocheni et Constantinopolitani Incarnationem et Nativitatem Domini consignent anno 45 juliano, et C. Augusti 44. Itaque Antiochenorum æra decennio discrepat ab alexandrina, et hæc a constantinopolitana annis 3. Juxta communiorem Græcorum æram natus est Christus anno a creatione mundi 5493.

Igitur si dato anno æræ vulgaris addantur anni 4004, erit annus mundi juxta nostram et omnium fere recentiorum chronologiam; si addantur anni 3761, erit annus mundi juxta vulgatum computum Hebræorum; et si addantur anni 5493, erit annus mundi juxta æram inter Græcos communiorem. Ab aliis autem recentioribus in hoc discrepamus, quod hi in autumno et die 23 octobris, nos verno tempore ac die 21 martii, quando sol constituitur in 1 gradu Arietis, arbitramur Deum produxisse cælum et terram. Opinionis autem nostræ alibi munimenta produximus.

CAPUT X.

AFFERUNTUR EPOCHÆ SACRÆ QUÆ ÆRAM CHRISTIANAM PRÆCESSERUNT.

Sex sunt illustriores historiæ sacræ epochæ, unde a mundi creatione usque ad Christum totidem distinguuntur ætates. Ac prima est, quæ ab ipsa mundi productione ducit initium, de qua pertractatum est nuper. Altera, quæ inchoatur ab universali diluvio. Tertia progrediens a vocatione Abraham. Quarta, quam auspicamur a lege per Moysen lata. Quinta ducens initium ab ædificatione templi. Sexta, quam a soluta per Cyrum captivitate exordimur.

Epocha *diluvii* figenda est in anno P. Jul. 2366, mundi 4636, ante æram ch. 2348. Ex chronologia enim bibliorum hebraicorum et latinæ vulgatæ, Adam genuit Seth anno ætatis suæ

Seth Enos, an.

130

105

235

	235
Enos Cainan, an.	90
Cainam Malaleel, an.	70
Malaleel Jared, an.	65
Jared Henoch, an.	162
Henoch Mathusalam, an.	65
Mathusala Lamech, an.	187
Lamech Noe, an.	182
Diluvium vero cœpit anno Noe	600
Conficiunt hi anni summam	4656

Græci quidem ab orbe condito ad diluvium usque numerant annos 2242, et Samaritani annos 1307. At supra ostendimus præferendam esse chronologiam hebraici textus, cui et chaldæus, et latinus consentiunt. Deinde græci codices inter se discrepant. Nam in Vulgatis editionibus LXX habetur Adam genuisse filium Seth anno ætatis suæ 230; in versione autem qua usus est S. Joannes Chrysostomus, et in ea quam adhibuerunt Flavius Josephus in *Antiquitatibus judaicis*, et Theophilus Antiochenus, lib. III *Ad Autolicum*, necnon in Bibliis Aldinis legitur ab Adam genitum Sethum *τριακοστῆ καὶτριακοσιστῆ, trigesimo ac trecentesimo*; quam lectionem probarunt quoque Suidas et Joannes Antiochenus, annos ab origine mundi usque ad diluvium 2342, non vero 2242, enumerando. Imo S. Clemens Alexandrinus, lib. I *Strom.*, aliam sequutus supputationem, ab Adamo ad diluvium numerat annos 2148. Non possumus itaque calculos adeo discrepantes, neglectis hebraicis, approbare.

Idem asserendum est de computo Samaritanorum. Etenim S. Hieronymus, libro *Tradit. hebraic.*, testatur, tam in hebræis quam in Samaritanorum libris legi Mathusalem genuisse Lamech anno ætatis suæ 187, et nihilominus in autographo, ut fertur, codice samaritano, quem laudant Scaliger, in *Notis eusebianis*, et Seldenus, *Præfac. in Marmora arundelliana*, habetur Mathusalam genuisse Lamech anno 77, atque in Bibliis samaritanis in lucem editis, necnon apud Vossium diss. iv

chronologica, et apud Petavium, lib. IX *De doctrina temp.*, cap. VII, anno 67. Aperte denique S. Epiphanius, *Hær.* LV, fatetur omnia Samaritanorum exemplaria in numeris discrepare. Atque hæc præstantiam hebraicæ supputationis confirmant. Æra itaque diluvii recte in anno mundi 1656 constituitur; unde in computo judaico Hillel habetur: « Ab Adam ad diluvium usque anni mille sexcenti quinquaginta sex. »

Inchoatur tertia mundi epocha *ab Abrahami migratione* et exitu a Mesopotamia, sive a benedictione illa Gen. XII, 3: *In te benedicentur universæ cognationes terræ*, atque a promissione fœderis evangelici. Statuitur autem hæc epocha in anno P. Julianæ 2793, mundi 2083, post diluvium 427, ante æram christi 1921. Enimvero æra diluvii fixa est paulo supra in anno mundi

	1656
Sem genuit Arphaxad anno ætatis suæ centesimo, et post diluvium	2
Arphaxad Sale, anno æt. suæ ¹	35
Sale procreavit Heber, an.	30
Heber Phaleg, anno	34
Phaleg Rehu, an.	30
Rehu Sarug, anno	32
Sarug Nachor, an.	30
Nachor Thare, anno	29
Thare Abraham, an.	130

Thare autem post annos 75 vita functo, dum ætatis suæ annum ageret 205, Deus iniit fœdus cum Abraham.

Conficiunt prædicti anni summam annorum 2083, et seculis annis 1656, qui fluxerunt ante diluvium, summam annorum 427.

Græci tamen a diluvii initio usque ad migrationem Abraham numerant annos 1311, et samaritani annos 1077, ita ut codices

¹ Inter Arphaxad et Sale, quidam ducti auctoritate LXX interpretum, et S. Lucæ evangelistæ, locant Cainanum; plura autem de ea quæstione, an inserendus ille sit, an abradendus, diximus *De theol. discipl.*, libro XXVI, cap. IV.

samaritani superent hebræos annis 650. Græci samaritanos annis 234, et hebræos annis 884. At necessum non est repetere, cur hebraicam supputationem computo Samaritarum Græcorumque præferamus.

Sunt nihilominus, qui nostræ adhærentes chronologiæ, a diluvio ad migrationem Abraham ex Haran urbe Mesopotamiæ, ubi Thare decessit, enumerant solummodo annos 357. Hi nimirum natum putant Abraham anno Thare 70, non 130. Fulcitur hæc sententia verbis Gen. II, 26: *Vixit Thare septuaginta annis, et genuit Abraham*; pugnatque pro illa acerrime Petavium, lib. IX *De doctr. temp.*, cap. XVIII. Sequimur tamen nos Usserium, aliosque viros doctissimos, qui docent Abraham natum anno Thare 130. Ratio est, quoniam ex præcit. cap. II Gen., versu 32, Thare mortuus est in Haran anno vitæ suæ 205. Quando autem Abraham, jubente Domino et patre defuncto, egressus est de Haran, *septuaginta quinque annorum erat*, ex cap. XII Gen., vers. 4. Si modo annos istos 75 Abraham subtraxerimus ab illis annis 205 vitæ Thare, residui erunt anni 130. Hac itaque ætate Thare genuit Abraham. Porro cap. II Gen., v. 26, non tantum Abraham commemoratur, sed etiam duo illius fratres. Legitur enim: *Vixitque Thare septuaginta annis, et genuit Abram, Nachor et Aran*. Fieri non potuit ut hi tres eodem anno 70 Thare nascerentur. Abraham itaque priori loco nominatus est, non quia *πρωτότοκος* et natu major, sed promissionis et dignitatis causa. Hinc Aran, qui ante Thare patrem suum mortuus est in Ur Chaldæorum, genuit filiam nomine Melcham, quæ nupsit Nachor patruo suo. Videtur itaque Aran senior duobus fratribus suis Nachor et Abraham. Eadem ratione, non ætatis, sed dignitatis privilegio, inter filios Noe primo loco nominatur Sem, Gen. V, 31: *Noë vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham et Japhet*; quanquam Japhet fuerit filiorum Noe primogenitus, ut probabilius existimant rabbinorum doctissimi, R. Salomon, Abenezræ, R. Levi Ben-Gerson, Moses Gerundensis, necnon Procopius, Cajetanus aliique apud Vossium, diss. V *Chronolog.*, cap. V. Vossius idem et Hugo Grotius in Genesisim, atque

Jacobus Usserius, in *Annalibus Vet. et Novi Testam.* 1 et 2 æt. mundi. His adstipulatur quod Gen. ix, 24, Cham dicitur filius Noe *minor*, et Japhet, x, 21, juxta hebraicos codices, de quorum tamen sensu contentiose disseritur, *magnus* aut *major*.

Quarta epocha progreditur ab exitu filiorum Israel de *Ægypto* et a lege data per Moysen. Egressi sunt autem Israelitæ de *Ægypto* anno P. Julianæ 3223, anno mundi 2513 et anno ante æram christianam 1491. Enimvero quando Abraham egressus est de Haram agebat annum ætatis suæ 75, ut dictum est supra, ejusque anno centesimo natus est Isaac. Numerantur itaque ab exordio peregrinationis Abraham usque ad

Isaac anni	25
Isaaco nascuntur Jacob et Esau, an.	60
Jacob cum universa familia in <i>Ægyptum</i> descendit annos natus	130
Moritur ibidem post annos	17
Fluxerunt deinde usque ad Exodum	198
Sunt anni	430

Præcesserant vocationem Abrahamæ anni a creatione mundi	2083
Adde nunc annos 430, conficitur epochæ mundialis summa annorum	2513

Habetur de annis illis 430 peregrinationis ac servitutis illustre testimonium Exodi xii, 40: *Habitatio autem filiorum Israel in Ægypto fuit quadringentorum triginta annorum.* Enimvero annos istos 430 a peregrinatione Abraham supputandos esse, aperte docet Apostolus ad Galatas, iii, 17. Consentiant Patres, inter quos S. Hieronymus, in hunc locum, inquit: « Computandi isti anni 430 ab eo tempore quo Deus ad Abraham locutus est dicens: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* » Idem tradit Josephus, lib. II *Antiq.*, cap. v: Κατέλιπον δὲ τὴν Αἴγυπτον, μετὰ Σαθίου πεντῆ καὶ δεκάτῃ κατὰ σελήνην, μετὰ ἑτὴ τριάκοντα καὶ τετρακίσια ἢ τὸν πρόγονον ἡμῶν Ἀβραάμιν εἰς τὴν Χαναανίαν

ἔθελον. « Reliquerunt autem *Ægyptum* mense Xanthico, luna 14, anno quadringentesimo trigesimo, postquam pater noster Abraham in Chananæam venit. » Abierunt in eandem sententiam rabbinorum doctissimi, necnon Severus Sulpitius, Beda, Rupertus, Tostatus, ut sexcentos alios omittam. Suffragatur quoque Versio LXX, quæ citato cap. xii Exodi habet, ἐν γῆ Αἴγυπτου, καὶ ἐν γῆ Χαναάν. Haud secus legitur in codice samaritano.

Profecti sunt Israelitæ Ramesse, inferioris *Ægypti* urbe, quam putant aliqui eandem esse cum Arsenoite¹, die 15 mensis Abib seu Nisan, Exodi xii, 37. Tertio autem post exitum mense Moses in monte Sinai, cunctis ab accessu prohibitis præter Aaron, sed majestatis fulgorem cernentibus ac trepidantibus, a Domino legem accepit, Exodi xix, 20. Quare epocha Exodi et Legis latæ eodem anno mundi 2513 statuitur.

Subducitur epocha quinta a jactis a Salomone fundamentis templi, id est, exactis ab exitu filiorum Israel de *Ægypto* annis 479, et anno 480 inchoato, nimirum anno P. Jul. 3702, mundi 2992, ante æram chr. 1012. Fulcitur hæc epocha hisce calculis:

Mosis post datam legem numerantur anni	40
Josue et Seniorum	17
Judicium	299
Heli sacerdotis	40
Samuelis et Saulis	40
Davidis item	40
Salomonis jam completi	3

Sunt in unam summam redacti 479.

Quibus si addantur anni 2513 qui a creatione mundi fixerunt ante legem scriptam, consurgit annus epochæ mundialis 2992, in quo jacta fuerunt templi fundamenta.

¹ Vide Tabulas geographicas Aug. Lubin. In Lexico Baudrand., *Rameses* dicitur *Iskaal Lein Alschemes*, aliis *Busiris* memorata a Plinio, Strabone, etc.

Commonstrant hujus epochæ initium quæ leguntur lib. III Regum, vi, 1 : *Factum est ergo quadragesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super² Israel, ædificari cœpit domus Domino.* Idem legitur lib. II Paralip., iii, 2. Consentiant codices hæbræi, horumque chronologia, quæ inscribitur *Seder Holam*. Idem habetur in Bibliis græcis juxta editionem complutensem et melioris notæ alias; tametsi in quibusdam *ὀρθοκροστῶ* exaratum sit *τεσσαρακοστῶ*. In depravatum hujus generis codicem incidit Carolus Sigonius, qui, *Comment. in Historiam sacram Severi Sulpitii*, inquit, capite vi, lib. III : « Regum in codice hæbræo numerantur anni 480, in græco 440. » Habetur tamen ἐν τῷ τεσσαρακοστῶ καὶ τετρακοσιοστῶ ἔτσι in romana LXX interpretum editione, sed mendum ipse quoque Sulpitius, lib. I memoratæ *Historiæ* longe antea deprehenderat. Jam ergo anni 479 transacti erant ab Exodo, et decurrebat quadragesimus octogimus, quando a Salomone templum cœpit ædificari, ut diximus paulo supra.

Supputatur epocha sexta a fine captivitatis babilonicæ, et a libertate Judæis per Cyrum restituta, anno P. Jul. 4178, mundi 3468, ante æram christianam 536. Nam a jactis templi fundamentis usque ad invasionem Judææ factam a Nabuchodonosor et ad initium captivitatis fluxerunt anni 407

In captivitate Judæi permanserunt an. 70
Sunt omnes anni 477. Addantur 2991, qui ante ædificationem templi præcesserant, secundo enim mense anni mundi 2992 incepta fuit sacræ ædis structura; resultat summa annorum 3468 mundanæ epochæ.

Hujus epochæ initia ex chronologia regum Juda et Israel magis apparent. Defuncto enim Salomone, cum regnasset annis 40, ex III Regum, xi, 42, ideoque cum vixisset a fundatione templi annis 36, Roboam ejus filius decem a se tribus avertit, quæ venerunt in ditione Jeroboami, atque ita regnum Juda et regnum Israel distracta sunt, et regnarunt ab anno m. 2992.

REGES JUDA.		REGES ISRAEL.	
Salomon	36		36
Roboam	17	Joroboam	22
Abias	3	Nadab	4
Aza	41	Baaza	24
Josaphat	25	Ela	2
Joram	7	Zambri 7 d.	
Ochocias	1	Amri	12
Athalia	6	Achab	22
Joas	40	Ochosias	2
Amasias	29	Joram	12
Ozias	51	Jehu	28
Joatham	16	Joachas	17
Achaz	16	Joas	16
Ezechias	27	Jeroboamus II.	41
Manasses	55	Interregnum	11
Amon	2	Zacharias 6 m.	
Josias	31	Selhum 1 m.	
Joachas 3 m.		Manahem	10
Joachim	4	Phacee	20
Captivitatis	70	Osee anno	9
Summa	477	venit in potestatem Salmanasar, regis Assyriorum; unde ad libertatem Judæorum numerantur anni	192
		Summa	477

Perspicua erit hujus calculi ratio, si animadvertatur captivitatem babilonicam cœpisse anno 4 Joakim et mundi 3398. Oseam vero regem Israel subjugatum fuisse a Salmanasare, anno regni sui 9 et mundi 3276, a jactis templi fundamentis 285. Sive autem anno m. 3398 addas annos 70 captivitatis, sive anno m. 3276 addas annos 192, qui a Salmanasare ad restitutam per Cyrum libertatem fluxerunt, pervenies ad annum m. 3468 et a fundatione templi 477.

A libertate judaici populi et a monarchia Persarum fundata per Cyrum usque ad Christi Nativitatem, numerantur 532;

nimirum a Cyro usque ad Alexandrum Macedonem computantur anni	201
Ab Alexandro ad Antiochum	412
Hinc ad Joannem Hircanum	90
Ab Hircano ad Herodem Magnum	93
Hujus anno trigesimo sexto, si ejus anni computentur ab eo tempore, quo salutatus fuit rex a Romanis, natus est Christus	36
Summa annorum	532

Addatur hæc summa epochæ libertatis judaicæ, sive anno mundi 3468, et conflabitur summa annorum 4000, quos a mundi creatione usque ad Redemptoris nostri Nativitatem innixi eruditissimorum virorum calculis diximus numerandos.

Habet iste computus præsidium aliquod in traditione Hebræorum, attributa Eliæ prophetæ in Thalmud, lib. *Sanhedrin*, cap. Helec, quæ est hujusmodi: *Sex millia annorum mundi, et postea interitus; duo millia inanitatis, duo millia legis, duo millia annorum Messia*¹. Sed quoniam hæc traditio non est Eliæ Thesbitæ, sed rabbini ejusdem nominis, qui floruit circa annum 134 a restituto templo, atque nostrum non est definire futura tempora, quæ, ut legimus Act. 1, 7: *Pater posuit in sua potestate*; ideo non alius erit nobis traditionis illius usus, nisi ad revincendam pervicaciam Judæorum, qui licet exacti sint, Herode alienigena inter ipsos regnante, anni 4000, irritis tamen votis, et per orbem dispersi adhuc Messiam præstantur.

¹ Nicolaus cardinalis de Cusa, in *Conjectura de novissimis dieb.*, n. 12 et 13, verius esse opinatur, tot annos a Moysis morte usque ad Christum fluxisse, quot ab Adam usque ad dies Noe, et quot a diebus diluvii sub Noe usque ad mortem ipsius Moysis; adeo ut tot fluere debeant a Christo usque ad complementum annorum. Ita præcunte Philone, omne tempus dividit in quatuor partes, quarum postrema a Christi resurrectione ad mundi finem extendatur. Qua sententia, si vera foret, apertum esset quomodo Christus dicatur mortuus in medio annorum, et quare tempus, quod a morte Christi ad mundi finem decurrit, seu postremum quaternarium, appellatur *finis sæculorum ac tempus novissimum*. De hac pariter conjectura nihil temere definimus.

Constat ex dictis sex mundi ætates ante Christi adventum distingui:

I. A creatione ad diluvium annorum	1656
II. A diluvio ad vocationem Abrahæ	426
III. A vocatione Abrahæ ad Exodum	430
IV. Ab Exodo ad templum	479
V. A templo ad finem captivitatis	477
VI. A soluta captivitate ad Christum	532
Summa annorum	4000

CAPUT XI.

PROFANÆ EPOCHÆ QUÆ PRÆCEDUNT ÆRAM CHRISTIANAM.

Sequuntur modo epochæ illustriores quarum in historia frequentior est usus. Harum prima est *imperii Assyriorum*, cujus initia recentior chronologia statuit in anno P. Julianæ 3447, mundi 2737, ante Christum 1267¹, quo tempore Ninus, Beli filius, initio fœdere cum Ariæo, rege Arabum, Asiam fere totam in sui potestatem redegit, ut litteris tradiderunt Herodotus, Appianus Alexandrinus et Dionysius Halicarnassensis. Petavius tamen, lib. XIII *De doctrina temp.*, statuit imperii Assyriorum primordia in anno P. Jul. 2604, ante Christum 2110.

¹ Ita etiam in IV mundi ætate Jacobus Usserius. Plures statuerunt hujus imperii, regnique babilonici initia in anno m. 1717, eo quod Calisthenes philosophus dixerit captam ab Alexandro Macedone Babylonem anno epochæ Assyriorum 1903; captam vera Babylonem ab Alexandro anno 3619, a quo deductis annis solidis 1903, manet initium Babylonis in anno 1717. Ita Galvisius; sed Alexandro dedita est Babylon an. P. J. 4382, mundi 3672, ante Christum, seu ante æram christianam 332. Franciscus Junius, Pareus, Piscator, alique auctorem imperii assyrici faciunt non Assur aut Ninum, sed hujus parentem Nemrodum. Hunc autem et Ninum eundem hominem fuisse contendit in sua *Chronologia* Mercator. Semiramidem Nino uxorem fuisse tradit Diodorus Siculus. A Semiramide positum Nino epitaphium excisum in columna, in libro *De æquivocis*, refert Xenophon. Epitaphium est quod sequitur: « Mihi pater Jupiter Belus, Avus Saturnus » Babylonius, Proavus Chus, Saturnus Æthiops, Abavus Saturnus Ægyptius, Atavus Coelus Phœnix Ogyges. » Hunc esse Noe perspicuum est; ideoque Saturnius Ægyptius est Cham, et Ninus fuit filius Beli, filii Nemrod, filii Chus, filii Cham, filii Noe. At qua ratione cogimur epitaphium illud probare et subscribere Xenophonti?

nimirum a Cyro usque ad Alexandrum Macedonem computantur anni	201
Ab Alexandro ad Antiochum	412
Hinc ad Joannem Hircanum	90
Ab Hircano ad Herodem Magnum	93
Hujus anno trigesimo sexto, si ejus anni computentur ab eo tempore, quo salutatus fuit rex a Romanis, natus est Christus	36
Summa annorum	532

Addatur hæc summa epochæ libertatis judaicæ, sive anno mundi 3468, et conflabitur summa annorum 4000, quos a mundi creatione usque ad Redemptoris nostri Nativitatem innixi eruditissimorum virorum calculis diximus numerandos.

Habet iste computus præsidium aliquod in traditione Hebræorum, attributa Eliæ prophetæ in Thalmud, lib. *Sanhedrin*, cap. Helec, quæ est hujusmodi: *Sex millia annorum mundi, et postea interitus; duo millia inanitatis, duo millia legis, duo millia annorum Messia*¹. Sed quoniam hæc traditio non est Eliæ Thesbitæ, sed rabbini ejusdem nominis, qui floruit circa annum 134 a restituto templo, atque nostrum non est definire futura tempora, quæ, ut legimus Act. 1, 7: *Pater posuit in sua potestate*; ideo non alius erit nobis traditionis illius usus, nisi ad revincendam pervicaciam Judæorum, qui licet exacti sint, Herode alienigena inter ipsos regnante, anni 4000, irritis tamen votis, et per orbem dispersi adhuc Messiam præstantur.

¹ Nicolaus cardinalis de Cusa, in *Conjectura de novissimis dieb.*, n. 12 et 13, verius esse opinatur, tot annos a Moysis morte usque ad Christum fluxisse, quot ab Adam usque ad dies Noe, et quot a diebus diluvii sub Noe usque ad mortem ipsius Moysis; adeo ut tot fluere debeant a Christo usque ad complementum annorum. Ita præcunte Philone, omne tempus dividit in quatuor partes, quarum postrema a Christi resurrectione ad mundi finem extendatur. Qua sententia, si vera foret, apertum esset quomodo Christus dicatur mortuus in medio annorum, et quare tempus, quod a morte Christi ad mundi finem decurrit, seu postremum quaternarium, appellatur *finis sæculorum ac tempus novissimum*. De hac pariter conjectura nihil temere definimus.

Constat ex dictis sex mundi ætates ante Christi adventum distingui:

I. A creatione ad diluvium annorum	1656
II. A diluvio ad vocationem Abrahæ	426
III. A vocatione Abrahæ ad Exodum	430
IV. Ab Exodo ad templum	479
V. A templo ad finem captivitatis	477
VI. A soluta captivitate ad Christum	532
Summa annorum	4000

CAPUT XI.

PROFANÆ EPOCHÆ QUÆ PRÆCEDUNT ÆRAM CHRISTIANAM.

Sequuntur modo epochæ illustriores quarum in historia frequentior est usus. Harum prima est *imperii Assyriorum*, cujus initia recentior chronologia statuit in anno P. Julianæ 3447, mundi 2737, ante Christum 1267¹, quo tempore Ninus, Beli filius, initio fœdere cum Ariæo, rege Arabum, Asiam fere totam in sui potestatem redegit, ut litteris tradiderunt Herodotus, Appianus Alexandrinus et Dionysius Halicarnassensis. Petavius tamen, lib. XIII *De doctrina temp.*, statuit imperii Assyriorum primordia in anno P. Jul. 2604, ante Christum 2110.

¹ Ita etiam in IV mundi ætate Jacobus Usserius. Plures statuerunt hujus imperii, regniq; babilonici initia in anno m. 1717, eo quod Calisthenes philosophus dixerit captam ab Alexandro Macedone Babylonem anno epochæ Assyriorum 1903; captam vera Babylonem ab Alexandro anno 3619, a quo deductis annis solidis 1903, manet initium Babylonis in anno 1717. Ita Galvisius; sed Alexandro dedita est Babylon an. P. J. 4382, mundi 3672, ante Christum, seu ante æram christianam 332. Franciscus Junius, Pareus, Piscator, aliiq; auctorem imperii assyrici faciunt non Assur aut Ninum, sed hujus parentem Nemrodum. Hunc autem et Ninum eundem hominem fuisse contendit in sua *Chronologia* Mercator. Semiramidem Nino uxorem fuisse tradit Diodorus Siculus. A Semiramide positum Nino epitaphium excisum in columna, in libro *De æquivocis*, refert Xenophon. Epitaphium est quod sequitur: « Mihi pater Jupiter Belus, Avus Saturnus » Babilonius, Proavus Chus, Saturnus Æthiops, Abavus Saturnus Ægyptius, Atavus Coelus Phœnix Ogyges. » Hunc esse Noe perspicuum est; ideoque Saturnius Ægyptius est Cham, et Ninus fuit filius Beli, filii Nemrod, filii Chus, filii Cham, filii Noe. At qua ratione cogimur epitaphium illud probare et subscribere Xenophonti?

Is enim putat Ninum fuisse Asur, filium Nemrod, filii Chus, filii Cham, filii Noe, ac Nemrodum esse Belum, qui condidit Babylonem, de quo Gen. x, 40. Non videtur mihi ea opinio inverisimilis; nam Babylonem conditam a Belo tradiderunt quoque Abydenus apud Eusebium, lib. IX *De præp. evang.*, cap. xli, et Dorotheus Sydonius eo versu :

Antiqua urbs Babylon, Tyrio quæ condita Belo.

Nemrod autem dictus est *Belus*, quoniam Ninus, ut inquit S. Hieronymus, in cap. ii *Oscæ*, patrem suum in Deum retulit, ac Deus in Daniele *Bel* dicitur; unde *Belus* Assyriorum, et *Baal*, quem Sidonii et Phœnicos coluerunt.

Certior est epocha secunda *excidii Trojæ*, regiae olim, et clarissimæ urbis Phrygiæ minoris, sitæ ad montem Idam, oramque maritimam. Nam Ilium eversum anno 408 ante primam olympiadem, fere omnes consentiunt, Capellus, Petavius, Usserius, alii; idque Græcorum chronica testantur, auctore Eusebio, in X *De præp. evang.* Quamvis autem Tatianus, apud eundem Eusebium, et Eratosthenes, apud Clem. Alexandrinum, in I *Strom.*, a Trojæ excidio ad priorem olympiadem numerent annos 407, hæc tamen unius tantum anni differentia nequit nos a communi opinione divellere. Annus vero 408, ante olympiadem 1, est annus P. Jul. 3530, mundi 2820, ante Christum 4184. In hoc itaque anno Troja capta et Ilium dirutum est.

Tertia est epocha *regni Argivorum*, quorum primus rex Inachus in Peloponneso principatum inivit anno P. Jul. 2858, m. 2148, ante æram christianam 1656. Ab anno tamen superiori Inachi regnum auspiciatur Petavius, lib. XIII *De doctr. temp.*, quod, cum minimum discrimen sit, non moramur.

Proxima est epocha *olympiadum*, quæ statuitur omnium suffragio in anno P. Julianæ 3938, mundi 3228, ante Ch. 776, die 19 mensis julii. Loquimur de olympiadum supputatione qua utuntur Græcorum historiae, ab hoc dumtaxat tempore meliori annorum rerumque serie digestæ, ac minus fabulosæ. At Græci enumerant olympiades a prædicto anno P. Jul. 3938, quo anno ludos olympicos instauravit Iphitus, et stadio vicit

Corebus Eleus. Hinc olympiades istæ *iphitææ* vulgo appellantur. Verum ante annos 430 agonem olympicum constituerat Hercules Idæus, et quinto quoque anno jusserat celebrari, auctore Pausania in Eliacis. Est olympias spatium annorum quatuor, ex eo appellata, quod juxta Olympiam Elidis civitatem, quæ et Pisa dicta est, quinto quoque anno fierent certamina gymnica in honorem Jovis Olympii. Ita Vossius in *Etyrnologico*. Quatuor itaque annis transactis nova inchoatur olympias, adeo, ut æra christiana, quæ figitur in anno iphitæo 777, initium ducat ab anno 1 olympiadis 195.

Quinta est epocha *Urbis conditæ*, constituenda in anno P. Jul. 3961, mundi 3251, ante æram communem 753. Quamvis enim diversa statuuntur a chronologis Urbis initia, quæ a M. Porcio Catone, a Fastis capitolinis, a Fabio Pictore et Lucio Cincio traduntur, atque in partes distrahunt chronologos, nihilominus recentiores sensu unanimi auspiciantur, æram christianam ab anno U. C. 754, ideoque supponunt ante eandem æram annos Urbis 753 præterisse. Atque recentiorum sententiæ suffragatur, quod hæc sit opinio Varronis, et communiori recepta plausu, unde anni U. C. hic supputati, appellari solent anni Urbis *Varroniani*. Deinde Dionysius Halicarnassensis, lib. I, Cato, aliique scribunt, conditam Romam anno 432 post Trojæ excidium, qui annus concurrit cum anno P. Julianæ 3961. Præterea juxta Varronem et Plutarchum natalia Urbis statuuntur in anno Iphiti 24, id est, anno 4 olympiadis 6¹, qui unus idemque est cum prædicto anno P. Julianæ 3961, ante Christum 753.

Hanc itaque epocham et nos sectabimur in annis Urbis enumerandis. At prætermittere nolumus non minori probabilitate inniti sententiæ illorum, qui censent conditam Romam anno P. Julianæ 3966, mundi 3256, ante Christum 748, id est, toto quinquennio post Palilia varroniana. Fulcitur hæc opinio, quam cæteris præferendam putant Panvinius noster et Jacobus Usse-

¹ Conditam Romam anno 2 olympiadis septimæ ex sententiâ Cornelii Nepotis et Lutatii scribit *Polyhist.* cap. 1, Solinus. Antea appellatam *Valentiam* quidam putant. Vide ibi *Exercit. Salmasii*. Ex nomine sententiarum est orta diversitas, siquidem et Ρόμη et robur, ac *Valentia* idem sonant.

rius, Fabii Pictoris auctoritate, et sæcularium ludorum, fastorumque ratione; quibus momentis evincitur Romam fuisse conditam anno Iphiti 29, seu anno 1 olympiadis 8, ante æram christianam 748, atque anno 6 varroniano.

Sexta epocha est *Nabonassari*, statuenda in anno P. Jul. 3967, m. 3257, ante Ch. 747. Primum quoniam communi fere chronologorum consensione prior annus Nabonassari incidit in annum Iphiti 29, labentem, sive in annum 1 olympiadis 8, itidem labentem, atque in annum U. C. 7, si a kalendis januariis, non a Palilibus computetur; atque hi omnes characteres quadrant anno P. J. 3967. Deinde in canone regum Babyloniorum edito a Ptolomæo, a principio regni Nabonassari usque ad obitum Alexandri Magni, numerantur anni 424; decessit autem Alexander anno P. J. 4390, ante ær. chr. 324, qui est annus quadragesimus vicesimus quartus, computatus ab anno P. Jul. 3967. Præterea Censorinus, qui scribebat librum de die natali *cos. Ulpio et Pontiano*, cap. xiii, eundem consulatum adscribit anno Nabonassari nongentesimo octogesimo sexto. Incidit vero consulatus Ulpii et Pontiani in annum ær. chr. 238. Adde huic numero annos 747, ante vulgarem æram, conficitur summa annorum 985, qui ante prædictum consulatum fluxerunt. Igitur anno 747 ante æram chr., sive anno P. Jul. 3967, constituenda est epocha Nabonassari¹.

Inquiritur quisnam fuerit Nabonassarus, ejus epocham nuper definivimus. Andreas Oleander, Joannes Funcius et Botlinghus existimant Nabonassarum esse eundem cum Salmanasare, patre Sennacherib, de quo IV Regum, xviii, 9, ac putant opinionem suam comprobari nominum similitudine; sed illos prolixè refellit Isagoge chronologica Sethus Calvisius. Et quidem ratio temporum non convenit, nam quo tempore Salmanasar imperabat Assyriis, Babyloniorum rex erat Bero-

¹ Hac æra Nabonassari nihil antiquius reperiri in Chaldæorum astronomis plures viri docti observarunt; unde constat pertentam esse ipsorum Chaldæorum jactantiam, dum ab eo tempore, quo astra observari cœperunt, usque ad expeditionem Alexandri Magni fluxisse autumant annos 470000.

dach, filius Baladan, Regum IV, xx, 12, sive Merodach Baladan, Is. xxxix, 1. Iste vero Merodach non alius est quam Maidoch Cempad, qui juxta canonem Ptolomæi regnavit in Babylone anno 27, postquam imperium illud instituit Nabonassarus. Igitur Nabonassarus alterius imperii fuit moderator, alterius Salmanasar, et ille aliquantulum senior isto. Neque ulla est nominum similitudo, cum Salmanasar scribatur *Salmane-sel* et Nabonassarus *Nebonepter*, si recurramus ad fontes. Nabonassarus itaque idem est ac Baladan primus, unde genitus est Merodach Baladan, memoratus ab Isaia. Appellatur idem Baladan ab Herodoto Belesus, atque is est qui, conspirante Arbace aut Pharnace, Mediæ præfecto, destruxit imperium Assyrium, regnumque Babylonie occupavit. Ita imperii Baladan initia adeo fuerunt conspicua, ut æram hanc constituerent, quam dicimus epocham Nabonassari.

Septima epocha est *Cyri seu monarchiæ Persarum*, figenda in anno P. Jul. 4178, m. 3468, ante æram christ. 536. Hoc enim anno Cambyse patre in Persia defuncto, Cyrus potitus est monarchia totius Orientis, Judæisque in regno suo versantibus, facultatem concessit in patriam redeundi, ac templum Jerosolymitanum iterum ædificandi, ut diximus cap. præcedenti.

Octava epocha est *monarchiæ Græcorum*, cujus initia referri debent ad an. P. Jul. 4384, m. 3674, ante Chr. 330. Enimvero Alexander Philippi Macedo successit patri defuncto, anno ætatis suæ vigesimo, P. Jul. 4378, et anno 1 olympiadis 111, quo anno Philippum inter ludos occisum a Pausania scribunt Diodorus, Plutarchus et Arrianus. Delevit autem Alexander Darii copias, et ipse Darius Bessi parricidio interiit anno 3 olymp. 112, P. Julianæ 4384, atque ita Alexander anno regni sui sexto, ut historici tradunt, toto Oriente potitus est; æra itaque Græcorum, si computetur a monarchia Alexandri, recte in anno 330 ante æram vulgarem constituitur.

Alexandri tamen distinguuntur æræ aliæ duæ: quarum prima supputatur a morte Philippi, id est, ab anno 1 olymp. 111, ante æram christianam 336, ut nuperrime dicebamus;

altera vero ab anno 3 ejusdem olymp. 111, ante Chr. 334, et P. Jul. 4380, quo anno idem Alexander electus Græcorum adversus Persas imperator, in Asiam transmisit, et Darium ad Granicum amnem illustri certamine superavit. Atque hæc æra in anno tertio regni Alexandri figenda, a Diodoro, Plutarcho, Curtio cæterisque historicis peculiari ratione adnotatur, idemque historici olympiadem centesimam undecimam, in quam incidit, vocare solent antonomastice τὴν Ἀσολυμπιάδα.

Complures, dum annos Græcorum enumerant, utuntur *epocha Seleucidarum*, quam nono ponimus loco. Pro hujus epochæ intelligentia sciendum est ab Alexandro, qui naturæ concessit anno P. Jul. 4390, olymp. 111 anno 1, et ante Chr. anno 324, posteaquam a morte Philippi regnasset annis 12 et mensibus 8, nullum designatum fuisse imperii successorem; tametsi apud Perdicam, cui moriens annulum suum dederat, summa potestas aliquandiu vigerit. Diviso itaque inter Macedones imperio, Seleucus Babylonem invasit, atque inde expulso Nicanore, duce Antigoni, Mediam, Susianam, cæterasque finitimas regiones in suam redegit potestatem. Contigit id anno 1 olymp. 117, id est, anno P. Julianæ 4402, mundi 3692, ante Christum 312, et Urbis conditæ 442. Atque hæc est epocha Seleucidarum, quam auctor libri I Machabæorum computat a mense Nisan et a verno tempore; auctor autem II libri ab autumno et a mense Tisri. Quare nulla est contradictio quod lib. I Mach., cap. vii, 1, statuitur initium regni Demetrii in anno Seleucidarum 151, et lib. II, cap. xiv, 4, in anno 150. Hæc Seleucidarum æra ab autumno subducta appellari consuevit *æra contractuum*, quod autumnali tempore collectis segetibus et vindemia peracta, prædia novis colonis inito contractu locentur.

Me non latet nonnullos supputare annos Seleucidarum, non ab initio regni Seleuci in Babylone, sed ab initio regni ejusdem Seleuci in Syria, id est, ab anno 4 olymp. 119, ante Christum 301, in quo anno ab exercitu Seleuci, Lysimachi et Cassandri Antigonus et Demetrius devicti fuerunt, et Seleucus condidit Antiochiam. Sed qui ita sentiunt, facili negotio refel-

luntur. Primo quoniam Eusebius, in *Chron.*, refert natalia regni Babylonis, Syriæ et superiorum locorum in annum 1 olymp. 117, et in lib. VIII *Demonstr. evang.*, in annum duodecimum post mortem Alexandri, ideoque in annum P. Jul. 4402. Deinde quia concilium nicænum, quod constat celebratum fuisse anno Ch. 325, act. II synodi chalcedonensis, necnon ab Eusebio, a Dionysio Exiguo, a Cresconio aliisque dicitur celebratum *anno Græcorum* 636, quod falsum erit, nisi Græcorum, sive Seleucidarum æram computaverimus ab autumno anni 312 ante Christum. Postremo quoniam cardinalis Norisius, diss. II *De epochis Syromacedonum*, tam invicte hanc æram Seleucidarum definivit, ut nullus sit in præsentiarum chronologus, qui hanc sententiam oppugnet.

Jam vero epochæ, quæ remanent explicandæ, inconcussum habent certissimumque principium. Decima itaque est « æra subactæ a Romanis Judææ, » et debellatæ a Pompeio Jerosolymæ. Hæc æra in anno P. Jul. 4651, m. 3941, ante Christum 63 statuenda est. Nam Pompeius an. U. C. 691 *cons. Cicerone et Antonio*, capto templo in solemnibus jejuniis tertii mensis, hoc est, die 28 Casleu, vertente anno 2 olymp. 179, Judæos fecit tributarios romano populo, et licet Hircano reddiderit pontificatum, abstulit illi tamen diadema et Syriam Scæuro quæstori suo regendam commisit. Quæ ex Josepho, lib. XIV *Antiq.*, cap. viii, et lib. I *De bello*, cap. v, ex Dione, lib. XXXVII, ex Severo Sulpicio, lib. II *Hist. sacræ*, aliisque historicis, satis comperta sunt. Profecto adnotatione dignum esse videtur, quod eadem die 28 mensis 3 Jerosolyma ante annos 543 a Nabuchodonosor capta fuerat, eademque die post annos 26 rursus ab Herode et Sosio fuit expugnata, ita ut uno eodemque die Judæorum populus olim Babyloniis, deinde Romanis, postea Herodi Idumæo cæperit inservire.

Undecima est *æra antiochena*, cujus initium locandum est in anno P. J. 4665, m. 3955, ante Chr. 49, sive anno 4 olymp. 182, et U. C. 705, *cons. Claudio Marcello et L. Cornelio Lentulo*. Hanc epocham illustravit prælaudatus cardinalis Norisius, dissert. III *De epochis Syromacedonum*, ex nummis sub Publico

Licinio Muciano et sub Pomponio Flacco procusis. Ex utroque enim numismate constat epocham antiochenam progredi ab autumno prædicti A. U. 703, et P. Jul. 4665. Nam Mucianus fuit Syriæ administrator an. U. C. 821, et Flaccus Syriam obtinuit anno U. 786. In priore autem numismate sub Muciano signatur annus epochæ antiochenæ 117, in altero sub Flacco annus ejusdem epochæ 82. Ut vero annus Antiochenus 117 incidat in annum U. 821, necessum est, ut primus annus epochæ Antiochenorum concurrat cum anno U. 703; idque pari ratione consequitur, si annus U. 786 sit æræ antiochenæ 82. His aliisque gravissimis munimentis Norisius refellit Langium et Scaligerum, qui æram antiochenam inchoarunt ab anno U. C. 706, P. Jul. 4666, necnon Chrismannum et Hervartum, qui annos antiochenos cœpisse autumarunt una cum annis julianis. Quod Norisius validissime propugnavit, traderant aliis monumentis innixi Petavius, lib. X *De doctr. temp.*, cap. LXIV, et Usserius ad annum P. Jul. 4665.

Duodecima est epocha *primi anni juliani*, quæ omnium consensu computatur ab anno U. C. 709, ante æram chr. 45, sive P. Julianæ 4669, mundi vero 3959. Siquidem annus iste, a kalendis januariis computandus, primus est qui sequitur annum *confusionis* et reformationem calendarii factam a Julio Cæsare, ut luxantes annos ad certos limites revocaret.

Decima tertia est epocha *Cæsaris Augusti* sive romani imperii. Principatus autem Cæsaris Augusti varia statuuntur initia. Vel enim computantur a nece Julii Cæsaris, avunculi sui, qui idibus martiis occisus est in senatu, anno U. C. 710, atque ita Augustus imperare cœpit anno P. Jul. 4670, m. 3960, ante æram christianam 44. Vel numeratur ab initio triumviratu, seu fœdere et conspiratione Augusti, Lepidi et Antonii, qui prætextu reipublicæ constituendæ imperium adepti sunt anno U. C. 711, die 27 novembris; atque ita cœpit Augusti principatus anno P. Jul. 4671, m. 3961, ante Christum 43. Vel supputantur a pugna actiaca seu navali certamine quo, apud Actium, urbem et promontorium Epiri, Antonio devicto an. U. C. 723, quarto nonas septemb., cessit Augusto univer-

sum romanum imperium, et sic ipsius principatus inchoatur ab anno P. Jul. 4683, m. 3973, ante æram christ. 31. Hæc a nullo erudito chronologo controvertuntur, ac proluxa dissertatione etiam a nobis alibi complanantur.

Quarta decima est *æra hispanica*, computanda ab anno P. Julianæ 4676, m. 3866, ante æram chr. 38. Labente enim anno U. 715, *coss. L. Marcio et C. Sabino*, Domitius Calvinus Hispaniam Augusto subegit, ut libro XVIII narrat Dio; ac a proximis kal. januariis anni U. C. 716, qui est P. Jul. 4676, cœperunt Hispani inire novum annorum computum. De hac epocha S. Julianus, archiepiscopus toletanus, libro II *Contra Judæos*, inquit: « Æra inventa est ante 38 annos, quam Christus nasceretur¹. Nunc autem acclamatur æra 724. Detrahitur itaque 38 annis, ex quo æra inventa est, usque ad Christi Nativitatem, residui sunt anni 686. » Diximus cap. IX non deesse, qui ipsum commune æræ nomen repetant ab epocha ista Hispanorum.

Postrema et quinta decima epocha est *Herodis Magni*, quo regnante in Judæa natus est Christus. At non unum est regni Herodis principium. Is enim, cum alienigena esset et Idumæus genere, teste Josepho, lib. XIV *Antiq.*, cap. II, post occupatam ab Antonio Syriam, ejusdem Antonii opera declaratus fuit rex a Romanis, *Domitio Calvino et Asinio Pollione coss.*, teste eodem Josepho, cit. lib., cap. XIV, et lib. II *De bello*, cap. item XIV. Perspicuum est autem consulatum Calvini et Pollionis incidere in annum U. C. 713, et 4 olympiadis 185, sive in annum 6 julianum et quintum principatus Augusti, si a nece Julii Cæsaris computetur. Atque annus iste est P. Jul. 4674, mundi 3964, ante ær. chr. 40. At Herodes summa rerum politus est *Vipsanio Agrippa et Caninio Gallo coss.*, anno U. C. 717, quando captis Jerosolymis periit Antigonus, quasi recurrente in idem temporis momentum illata a Pompeio Judæis calamitate, ut prænotatum est supra, et præcitatius Josephus scribit lib. XIV *Antiq.*, cap. XXVII. Itaque ab anno U. C.

¹ Loquitur S. Julianus de natali *dionysiano*, nimirum de tempore a quo dionysianam, communemque æram auspicamur.

717, et 4 olymp. 185, Juliano 9 et Augusti 10, sive, quod idem est, ab anno P. Jul. 4667, m. 3967, ante ær. chr. 37, computanda est hæc epocha herodiana. Hinc est, quod Herodes regnasse dicitur annos triginta quatuor a morte Antigoni, triginta vero septem ex quo declaratus fuit rex a Romanis, teste eodem Josepho, lib. XVII *Antiq.*, cap. x, et lib. I *De bello*, cap. ultimo. Mortuus est autem Herodes anno U. C. 751, anno juliano 43, C. Aug. 42 et P. Julianæ 4710, circa festa paschalia, ut lib. XXIX *Th. discipl.*, cap. 1, prop. 3, demonstravimus. Atque hæc de epochis, quæ Nativitatem Domini præcesserunt.

CAPUT XII.

DE ANNO DOMINICÆ NATIVITATIS ET DE ÆRA CHRISTIANA.

Non eadem est, ut quidam existimaverunt, æra christiana et epocha natalis Christi; nam hæc incerta est, illa vero omnino explorata et singulis manifesta. Controvertitur quo anno intemerata Virgo Christum peperit; omnesque tandem consentiunt vel anno U. C. 748, 3 olymp. 193, P. Julianæ 3708, et Cæsaris Augusti 39, vel anno proxime sequenti, in lucem editum fuisse generis nostri Reparatorem. Postremam sententiam nos post Norisium, Cappellum, Usserium, Natalem Alexandrum, Gravesonium aliosque permultos, amplexati sumus, pro altera Pagio, Blanchinio, Schelestrateno, cum illustri aliorum eruditorum copia, certantibus.

Sententia igitur nostra Maria primogenitum suum in lucem edidit anno 41 juliano, Cæsaris Augusti 40, U. C. 749, olympiadis 193 anno 4, P. Jul. 4709, et quinto ante æram communem ad finem properante, VIII kalend. jan. *Augusto XII* et *L. Cornelio Sylla* *cons.* Produximus vero sententiæ hujus nostræ munimenta cum lib. XXVI *Theologicarum disquisitionum*, cap. II, tum in dissertationibus chronologicis, quas prælo commisimus.

At vulgaris æra progreditur a kalendis januarii anni 46 juliani, C. Augusti 45, U. C. 754, olympiadis 195 anno primo, Per. Jul. 4714, solido quadriennio post Christi Nativitatem.

Apertissime enim viri clarissimi, Petavius, lib. XI *De doct. temp.*, cap. XXIX, Norisius, in *Dissert. de duobus Nummis Diocletiani et Licinii*, et Pagius ad annum Ch. 284, demonstrarunt æram diocletianam, seu martyrum alexandrinorum, incipere a consulatu *Carini Augusti II* et *Aurelii Numeriani A. II*, id est, a prædicto anno 284, P. Jul. 4997 et U. C. 1037. Detractis itaque ab æra Diocletiani annis 283, qui præcesserunt ab exordio æræ christianæ usque ad imperium ejusdem Diocletiani, residuus erit annus P. Jul. 4714, et U. C. 754, in quo proinde rectissime constituuntur ipsius christianæ æræ principia.

Hæc vulgaris æra eadem est cum illa quam dionysianam appellitant. Dionysius enim Exiguus loco cycli annorum 95, quem S. Cyrillus cœpit ab anno 153 Diocletiani, ær. chr. 436, ac terminavit in anno Diocletiani 247, Christi 530, induxit cyclum victorianum annorum 532, suisque cyclis noluit memoriam imperii persecutoris innectere, sed magis elegit ab Incarnatione Domini tempora prænotare, ut Dionysius ipse testatur in sua ad Petronium epistola. Quum autem idem Dionysius cyclos suos inchoaverit ab anno Diocletiani 248, et æræ chr. 531, ut ibidem Dionysius declarat, et docet quoque Venerabilis Beda, *De rat. temp.*, cap. XLV, sequitur annum 1 cycli Dionysii esse annum julianum 45, qui proxime initia æræ christianæ præcessit, et eundem cyclum ab æra dionysiana discrepare, ut demonstrat Petavius lib. XII *De doct. temp.*, cap. II; imo vulgaris æræ non Dionysium revera auctorem fuisse, sed Bedam, quemadmodum in *dissert. III De cyclo paschali Ravennate*, cap. V, animadvertit Norisius.

In eo tamen a Bedæ computo discrepamus, quod is a Christi Domini conceptione, non ab ejus Nativitate, seu potius neglectis diebus septem anni exeuntis, a proximis kalendis januariis annos christianæ epochæ supputamus. Quanquam rationem illam computandi annos a dominica Incarnatione Orientis Ecclesiæ, et diu in publicis monumentis Florentini aliique servaverint. Imo Pisani ad nostra usque tempora unum annum æræ conceptionis Domini addiderunt, fortasse enumerationem

717, et 4 olymp. 185, Juliano 9 et Augusti 10, sive, quod idem est, ab anno P. Jul. 4667, m. 3967, ante ær. chr. 37, computanda est hæc epocha herodiana. Hinc est, quod Herodes regnasse dicitur annos triginta quatuor a morte Antigoni, triginta vero septem ex quo declaratus fuit rex a Romanis, teste eodem Josepho, lib. XVII *Antiq.*, cap. x, et lib. I *De bello*, cap. ultimo. Mortuus est autem Herodes anno U. C. 751, anno juliano 43, C. Aug. 42 et P. Julianæ 4710, circa festa paschalia, ut lib. XXIX *Th. discipl.*, cap. 1, prop. 3, demonstravimus. Atque hæc de epochis, quæ Nativitatem Domini præcesserunt.

CAPUT XII.

DE ANNO DOMINICÆ NATIVITATIS ET DE ÆRA CHRISTIANA.

Non eadem est, ut quidam existimaverunt, æra christiana et epocha natalis Christi; nam hæc incerta est, illa vero omnino explorata et singulis manifesta. Controvertitur quo anno in temerata Virgo Christum peperit; omnesque tandem consentiunt vel anno U. C. 748, 3 olymp. 193, P. Julianæ 3708, et Cæsaris Augusti 39, vel anno proxime sequenti, in lucem editum fuisse generis nostri Reparatorem. Postremam sententiam nos post Norisium, Cappellum, Usserium, Natalem Alexandrum, Gravesonium aliosque permultos, amplexati sumus, pro altera Pagio, Blanchinio, Schelestrateno, cum illustri aliorum eruditorum copia, certantibus.

Sententia igitur nostra Maria primogenitum suum in lucem edidit anno 41 juliano, Cæsaris Augusti 40, U. C. 749, olympiadis 193 anno 4, P. Jul. 4709, et quinto ante æram communem ad finem properante, VIII kalend. jan. *Augusto XII* et *L. Cornelio Sylla* *cons.* Produximus vero sententiæ hujus nostræ munimenta cum lib. XXVI *Theologicarum disquisitionum*, cap. II, tum in dissertationibus chronologicis, quas prælo commisimus.

At vulgaris æra progreditur a kalendis januarii anni 46 juliani, C. Augusti 45, U. C. 754, olympiadis 195 anno primo, Per. Jul. 4714, solido quadriennio post Christi Nativitatem.

Apertissime enim viri clarissimi, Petavius, lib. XI *De doct. temp.*, cap. XXIX, Norisius, in *Dissert. de duobus Nummis Diocletiani et Licinii*, et Pagius ad annum Ch. 284, demonstrarunt æram diocletianam, seu martyrum alexandrinorum, incipere a consulatu *Carini Augusti II* et *Aurelii Numeriani A. II*, id est, a prædicto anno 284, P. Jul. 4997 et U. C. 1037. Detractis itaque ab æra Diocletiani annis 283, qui præcesserunt ab exordio æræ christianæ usque ad imperium ejusdem Diocletiani, residuus erit annus P. Jul. 4714, et U. C. 754, in quo proinde rectissime constituuntur ipsius christianæ æræ principia.

Hæc vulgaris æra eadem est cum illa quam dionysianam appellitant. Dionysius enim Exiguus loco cycli annorum 95, quem S. Cyrillus cœpit ab anno 153 Diocletiani, ær. chr. 436, ac terminavit in anno Diocletiani 247, Christi 530, induxit cyclum victorianum annorum 532, suisque cyclis noluit memoriam imperii persecutoris innectere, sed magis elegit ab Incarnatione Domini tempora prænotare, ut Dionysius ipse testatur in sua ad Petronium epistola. Quum autem idem Dionysius cyclos suos inchoaverit ab anno Diocletiani 248, et æræ chr. 531, ut ibidem Dionysius declarat, et docet quoque Venerabilis Beda, *De rat. temp.*, cap. XLV, sequitur annum 1 cycli Dionysii esse annum julianum 45, qui proxime initia æræ christianæ præcessit, et eundem cyclum ab æra dionysiana discrepare, ut demonstrat Petavius lib. XII *De doct. temp.*, cap. II; imo vulgaris æræ non Dionysium revera auctorem fuisse, sed Bedam, quemadmodum in *dissert. III De cyclo paschali Ravennate*, cap. V, animadvertit Norisius.

In eo tamen a Bedæ computo discrepamus, quod is a Christi Domini conceptione, non ab ejus Nativitate, seu potius neglectis diebus septem anni exeuntis, a proximis kalendis januariis annos christianæ epochæ supputamus. Quanquam rationem illam computandi annos a dominica Incarnatione Orientis Ecclesiæ, et diu in publicis monumentis Florentini aliique servaverint. Imo Pisani ad nostra usque tempora unum annum æræ conceptionis Domini addiderunt, fortasse enumerationem

illam sequuti cycli decemnovalis, cujus præcesserat unus annus, *quando facta est Incarnatio*, ut inquit Beda præcitato cap. XLV, et in libro *De argum. lunæ*, pag. 215. Sed provide sapienterque instituerunt paucis abhinc annis provinciæ nostræ rectores, ut ad confusionem omnem vitandam *communi stylo* uteremur.

Nunc statuto vulgaris æræ principio in anno juliano 46, U. C. 754, P. Jul. 4714, facillimum est cum annis Christi epochas illas componere, quas duobus præcedentibus capitibus explicavimus. Adde e. g. huic anno 1760 annus 776, et habebis annum iphitæum, sive olympiacum 2536. Adde annos 753, et emerget annus U. C. 2513. Adde annos 330, et erit annus Græcorum 2090. Adde annos 423, et conflabitur annus Seleucidarum 2184. Adde annos 45, et exsurget annus Julianus 1805. Adde annos 38, et occurret annus 1798 æræ hispanicæ. Adde annos 4713, et efficietur annus P. Julianæ 6473. Ita et reliquis epochis agendum est addendo annis æræ christianæ annos qui eandem æram præcesserunt alterius epochæ, cujus computus investigatur.

CAPUT XIII.

DE ANNIS CHRISTI ET DE EPOCHA TIBERII CÆSARIS.

Definito anno dominicæ Nativitatis, arduum non est annos reliquos vitæ Salvatoris nostri adinvenire. Nam ex Ægypto, quo illum una cum Matre adsportaverat S. Joseph, ab angelo monitus de proxima cæde bethlehemiticorum puerorum, rediit Jesus, defuncto Herode et in Judæa regnante Archelao, anno U. C. 751, juliano 43, Augusti 42, ante æram vulg. 3, atque ætatis suæ anno secundo; siquidem hoc anno contigit circa festa paschalia mors Herodis, et peracto Paschate Archelaus Romam veniens confirmatus fuit ethnarcha super Judæam, et Idumæam, et Samariam, cæteris regni Herodis provinciis Philippo et Herodi Antipæ distributis, ut narrat lib. XVII *Antiquitatum*, cap. x, Flavius Josephus. De hoc reditu de Ægypto pertractat S. Matthæus, cap. XIX.

Duodecim annos natus Jerosolymam a parentibus ductus Christus ad festum Paschæ, Jerosolymis permansit, et per triduum quæsitus, inventus est in atrio Templi sedens ac disserens inter legisperitos, Lucae II, 40. Quod contigisse anno ær. v. 8, Herodis Antipæ et Philippi anno 11, juliano 53, Cæsaris Augusti 52, et U. C. 761, ex prædefinito tempore dominicæ Nativitatis aperte consequitur.

Baptizatum Dominum a Joanne, cum ingredi cœpisset annum trigesimum, testatur S. Lucas, cap. III, 23, ideoque consignandus est Christi baptismus anno ær. v. 26, juliano 71, U. C. 779, Herodis Antipæ et Philippi 29.

Inter Christi baptismum, ejusque crucifixionem quatuor intercessisse Paschata colligimus ex evangelica historia: de quorum primo agitur Joannis II, 13, de altero Joan. V, 1, de tertio Joannis VI, 4. Postremum vero illud est quo celebrato affixus est cruci; ideoque passio Domini consignanda est anno ætatis suæ 33, ær. vulgaris 29, olympiadis 202 anno primo, correctionis Julii Cæs. 74, P. Julianæ 4742, Herodis Antipæ et Philippi 32, consulibus (ut memorabilem Redemptionis annum illustrioribus characteribus designemus) *Rubellio Gemino* et *C. Fusio Gemino*, quibus coss. Dominum subiisse pro nobis teterrimum crucis supplicium sententia est et antiquior, et communior, et verior.

Videtur tamen huic sententiæ adversari quod legitur Lucae III, 1, prædicationem et baptismum Joannis, a quo Dominus tinctus est in Jordane, cœpisse *anno quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris*. Cum enim Tiberius imperium adeptus sit statim post mortem Cæsaris Augusti, qui decessit *coss. duobus Sextis*, anno U. C. 767, die 14 kalendarum septembrium, id est, anno ær. vulg. 14, et die 19 augusti; sequitur annum Tiberii decimum quintum incidere in annum ær. vulg. 29, et U. C. 782, quo anno, aut sequenti, Dominum venisse ad baptismum contendunt cum Usserio plerique recentiores. Qui proinde passionem Domini differre coguntur ad annum ær. v. 33, veræ ætatis Christi trigesimum septimum, U. C. 786, ac Tiberii Cæsaris 19.

Verum hæc sententia, quæ aperte et veterum traditioni et, ni fallor, Evangelio quoque repugnat (propterea quod non anno 34, ut autumant recentiores illi chronologi, sed anno tricesimo ineunte baptizatum Dominum Lucas narrat absque ullis involucris verborum), nunquam mihi probari potuit, atque ad evangelicam cum romana conciliandam historiam, cum viris eruditissimis recurrendum esse censeo ad epocham imperii proconsularis Tiberii Cæsaris.

Itaque præter imperium augusteum, quod diximus collatum Tiberio anno U. C. 767, die 19 mensis sextilis, admittendum est imperium proconsulare ejusdem Tiberii; de quo scribit Velleius Paterculus, lib. II, cap. cxxi: « Senatus populusque romanus postulante patre ejus, ut jus æquum ei in omnibus provinciis exercitibusque esset, » etc. Atque hoc imperium concessum Tiberio, dum ex Pannoniis, Dalmatisque triumphum egit, tradit eo loci Paterculus. Triumphus autem Tiberii consignatur a scriptoribus romanæ historiæ *Tiberio Germanico Cæsare et C. Fonteio Capitone coss.*, anno U. C. 765, et vulg. ær. 12. Bene ergo se habet anno ær. v. 26, quo consignavimus baptismum Domini, vertebatur annus imperii proconsularis Tiberii Cæsaris *decimus quintus*, ut inquit Lucas evangelista, et annus imperii augustalis 12, absolvendus 14 kal. septembris, et anno ær. v. 29, quo asserimus Christum in ara crucis fuisse immolatum, fluebat annus imperii proconsularis 28, annus autem imperii augustei 15. Atque ita Tertullianus, lib. *Adv. Judæos*, cap. viii, ait passum Christum *quintodecimo anno imperii Tiberii*, et in *I Contra Marcionem*, baptizatum anno 12, ejusdem Tiberii Cæsaris. Quæ de solo imperio proconsulari, prout a nobis fixum est, possunt intelligi.

CAPUT XIV.

DE EPOCHIS, QUARUM INITIUM STATUITUR POST ÆRAM
CHRISTIANAM.

Consueverant plerique veterum supputare anno a *Passione Domini*, quam superiori capite consignanda diximus in con-

sulatu duorum *Geminorum* et in anno vulg. æræ 29. S. Hieronymus, *De script eccl.*, et S. Isidorus Hispalensis, in libro *De vita et morte sanctorum*, docent Petrum, apostolorum principem, coronatum fuisse martyrio *anno 37 post Domini Passionem*, et Hippolytus Portuensis apud Canisium et Schelestratium ait annum 13 imperatoris Alexandri esse a *Passione Christi* 206. At Petrum subiisse martyrium *coss. Nerva et Vestino*, anno æræ vulg. 65, affirmat S. Epiphanius, h. 26, cap. vi, et consonat catalogus romanorum pontificum, tempore Liberii exaratus. Annus vero 13 imperii Alexandri, successoris *Æliogabali*, concurrat sum anno æræ vulg. 234. Nequit autem annus a *Passione Christi* 37 incidere in annum æræ communis 65, neque annus ab eadem *Passione* 206, incidere in annum æræ 234, nisi mors Christi consignetur in anno æræ vulgaris 29 et in consulatu *Geminorum*; quæ aperte epocham dominicæ Passionis stabiliunt et corroborant quæ de annis Domini dicta sunt capite præcedenti.

Diu etiam in usu fuit *æra Diocletiani seu martyrum*, quam cap. xii figendam dixi in anno æræ christianæ 284, quod Baronius ad eundem annum, Petavius, *De doctrina temp.*, lib. II, cap. xxx, Norisius, in *Diss. de duobus nummis Dioclet. et Licinii*, et Emmanuel a Schelestrate, dist. ii *Antiq. eccl.*, cap. viii, veteribus inscriptionibus, Ambrosii et Evagrii testimoniis, aliisque monumentis tanta evidentia statuerunt, ut rejecta opinione Scaligeri, chronologi omnes in illorum sententiam descenderint¹.

Illustris item est *epocha Constantini*, inter imperatores, qui palam professi sunt religionem christianam² primi; quam epocham quidam a devicto Maxentio et a restituta Ecclesie

¹ *Æra* Diocletiani, quam diximus appellari *æram martyrum*, ab Eusebio vocatur *æra persecutionis*, ab Æthiopibus *æra gratiæ*, et ab Mahumetanis *æra Elkupti seu Coptitarum*. Cum subducatur ab obitu Numeriani, quo occiso Diocletianus assumpsit primum imperium anno Chr. 284, XV kalendas octobris; convincuntur errasse quotquot aliunde hujus æræ primordia sunt auspiciati.

² Dixi *palam*, ut evitetur quæstio de religione utriusque Philippi, de qua alibi.

pace, quidam vero a celebrata nicæna synodo auspicantur. Constantinus imperare cœpit ex fastis Idatio attributis, *Constantio Chloro Aug. VI et Galerio Maximiano Aug. VI, coss.*, nempe anno Ch. 306, VIII kalendas augusti; Maxentium vero superavit juxta præcitatos fastos, *Constantino Aug. II et Licinio Aug. II, coss.*, scilicet anno Ch. 312, V kalendas novembris, quo tempore, ut inquit Severus Sulpitius, impositus est finis persecutioni. Nicæna demum synodus, ipso Constantino imperante, celebrata est *coss. Paulino et Juliano*, id est anno Ch. 325, XIII kalendas julias, quemadmodum præter historicos omnes testantur in præfat. ad Symbolum Patres concilii chalcædonensis.


Apud Arabes et Saracenos in usu est epocha, quam *Hegiram* vocant, sive a fuga Mahumedis, sive ab Hagar, a qua gens Hagarena ducit originem. Statuendum initium Hegiræ in anno Christi 622, et die 16 julii, ineunte feria sexta¹, cujus diei nocte pseudopropheta ex urbe Mecha invalescentibus hostibus coactus est fugere, protritum est ac vulgare. Sed quoniam singuli Turcarum menses sunt lunares, et ideo anni Hegiræ varia habere solent initia, ut prænotavimus cap. v, ad revocandos annos Hegiræ ad annos julianos nullam aliam viam adinvenimus magis expeditam, quam si post triginta duos annos julianos, exactos et absolutos, dixerimus annos Hegiræ 33, siquidem intervallo annorum 32 communium, redit Hegira ad idem fere principium, et dies 10, horæ 21 et minuta 12, quibus annus Hegiræ minor est anno juliano, unum annum ejusdem Hegiræ superaddant².

Addamus epocham Caroli Magni, seu foundationis novi

¹ Die julii 16, sive XVII kal. augusti, unde inchoatur *Hegira*, erat dies lunæ 5. Epacta enim erat signanda XIV, et aureus numerus 6. Erat item annus cycli solaris 6, et notandus *lit. domin. C.*, ideoque *dies Veneris*. Concurrebat autem annus ille 622, cum anno 1371 æræ Nabonassar, ab U. C. supputato a Palilibus 1375, ab institutione olympiadum 1398, atque vertebatur Heraclii imperatoris annus XIII.

² Omittimus epocham Persarum institutam anno 631, dictam vero *Yezdeyerd* a Yezdejerdo filio Scharjari, Persarum rege, cujus epochæ anni ratione quantitatis sunt Nabonassarei sive ægyptiaci veteres.

imperii atque finis imperii Græcorum, et initii imperii Turcarum. Carolum Magnum inauguratum fuisse solemniter a romano pontifice Leone III, faustisque populi acclamationibus dictum *imperatorem romanum et augustum*, anno Christi 800, hora secunda matutina diei 25 decembris, scribit in ejus vita, cap. xxviii, illius cancellarius Eginhardus. Hinc itaque initia ducit Occidentis imperium. Græcum autem ad Turcas pertransiit anno Christi 1453, quando Mahumetes II, filius Amuratis II, anno tertio principatus sui, Hegiræ 857, Constantinopolim expugnavit. Mirum quod primus in Oriente imperator christianus fuit Constantinus Magnus, filius Helenæ, et ultimus Constantinus Palæologus, itidem filius Helenæ.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

BREVIARIUM.

Constitui hoc Opere tyronibus sacrarum scientiarum studio animum intendentibus, memoriæ juvandæ causa, improbique laboris vitandi, tradere universæ ecclesiasticæ historiæ prospectum quemdam vel epitomen, iis quæ ad res humanas profanasque attinent, penitus non prætermisissis. A Natali autem Salvatoris nostri *Dionysiano*, ad hæc usque tempore facta sæculorum partitione, opus istud progreditur. Natali illo, communisque æræ inspectis primordiis, misso vero dominicæ Nativitatis anno, in controversia maxima posito, illuxit primum christiani nominis sæculum. *C. Cæsare* et *L. Emilio Paulo* *coss.*, anno Octaviani Augusti 45, computato a cæde Julii Cæsaris dictatoris. Inchoatus tunc erat annus quintus ætatis Christi, in sententia eorum, qui natum propugnant anno U. C. 749. Primus enim annus communis æræ concurrit cum anno U. C. 754, P. Jul. 4714, correct. julianæ 46, et primo olympiadis 195. Anno autem ejusdem ær. v. 26, decimo quinto imperii proconsularis Tiberii Cæs. incæpit Præcursoris Domini prædicatio, quam subsecutus est Reparatoris baptismus. Is vero juxta vetustissimam sanctorum Patrum traditionem immolatus in ara crucis pro universi humani generis redemptione, lytrum persolvit anno communis æræ 29, ætatis suæ 33, imperii Augustalis Tiberii 16, proconsularis 19, *coss. duobus Geminis*, ac primo olympiadis 202. Postquam vero resurrexit,

et quadraginta dierum spatio Ecclesiam, quam acquisivit sanguine suo, fidei ac mysteriorum traditione formavit; ad cœlos victor conscendens, eandem Ecclesiam romanis pontificibus, vices suas gerentibus, instituendam regendamque commisit.

PRIMUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

DE ROMANIS PONTIFICIBUS PRIMI SÆCULI.

Administrarunt itaque romanam Ecclesiam primo sæculo *Petrus, Linus, Cletus et Clemens.*

I. Petrus, Galilæus genere, apostolorum princeps, et Cephæ, id est, *Petræ* nomine insignitus, Romam sub *Claudio* venerat circa initia anni 42 ær. v., id asserentibus Eusebio, Hieronymo et Severo Sulpitio. Rediisse rursus ad eandem urbem imperante *Nerone*, nullus dubitat; nec desunt, qui hunc unum statuam ejus in Urbem adventum, innixi testimonio Lactantii in lib. *De mortibus persecutorum*. Ibidem Simonem Samaritanum, magnum vaferrimum, cui erectam a Romanis statuam affirmat Justinus Martyr¹ (*Semoni Sango*, deo Sabinorum, erectam fuisse putant alii) volare tentantem oratione e sublimi aere dejecit². In persecutione Neronis obiit affixus cruci *oss. Nerva et Vestino*, id est, anno 65, post

¹ Etiam Eusebius, lib. XI *Hist. eccl.*, cap. xiv. Statuamque Simoni Mago erectam fuisse diversam a statua erecta Semoni Sango deo fido, demonstrat ad an. 44 Ven. card. Baronius.

² Id quidam recentiores in dubium revocant; sed vide Ven. Baronium ad an. Chr. 68, et Ven. Bellarminum, lib. I *De rom. Pontif.*, cap. xxiii, et lib. II, cap. ii.

passionem Domini 37, tertio kal. julias, cum a priori in Urbem adventu tenuisset ibidem cathedram sacerdotalem circa annos 25.

II. Linus Volaterris, ut fertur¹, exortus, et in ecclesiasticis tabulis appellatus *e regione Tusciæ*, successit Petro, seditque juxta vetustiores catalogos, emendatosque codices libri pontificalis, annis undecim, et martyrio coronatus est, quanquam id negent recentiores nonnulli, anno ær. v. 76, *oss. Vespasiano VII et Tito V*, nona die kalendarum octobris.

III. Successor Lini juxta traditionem romanæ Ecclesiæ, præferendam criticorum commentationibus², fuit *Cletus*, patria Romanus, qui episcopatum gessisse dicitur annis 12, menses enim diesque in hac synopsi ut plurimum prætermissus. Quare obiit *oss. T. Aurelio Fulvo II et A. Sempronio Atratino*, nimirum anno ær. v. 89, eique in pontificatu successit *Clemens*.

IV. Hunc Romanum et præclarissimo natum genere opinabatur antiquitas; recentiores levissima ducti conjectura putant ex judaica stirpe procreatum. Episcopatum tenuit annis 9, scilicet usque ad annum Christi 98, quo, imperante Trajano, in Chersonesum Thraciæ deportatus, post exactum ærumnis et egestate biennium, in mare demersus est, anno tertio imperii ejusdem Trajani, v. ær. 10, ut inquirunt Euse-

¹ *Linus, natione Tuscus, patria Volaterranus*, inquit Baronius ad an. 69, et ita Pagius cæterique; in Catalogis tamen et in libro pontificali habetur dumtaxat, *Linus, natione Italus, e regione Tusciæ, ex patre Herculano*, etc. Sunt qui procreatum scribunt ex præclarissima *Maurorum* gente.

² Lino quidam Clementem, non Cletum successisse opinantur, et fulcitur horum opinio auctoritate SS. Optati Milevitani lib. II, et Augustini epistola clxv. Vetusta tamen romanæ Ecclesiæ monumenta Clementem faciunt ordine quartum. Orta priorum sententia ex quo Cletum eundem esse cum Anacleto crediderint, nominis decepti similitudine. Fuerunt ex hæreticis, qui Cletum simul cum Lino sedisse autumarunt. Fallax assertio, traditioni, catalogis pervetustis, et unitati apostolicæ Sedis repugnans, æque absurda, ac sit illa, quæ Petrum et Paulum eadem potestate, eodemque jure Ecclesiæ romanæ asserunt præfuisse. Hæc est autem utriusque Pagii Chronologia, romanus Petri pontificatus incœpit anno æræ vulgaris 55, Lini 65, Clementis 67, Cleti 77, Anacleti 85, Evaristi 93, etc.

et quadraginta dierum spatio Ecclesiam, quam acquisivit sanguine suo, fidei ac mysteriorum traditione formavit; ad cœlos victor conscendens, eandem Ecclesiam romanis pontificibus, vices suas gerentibus, instituendam regendamque commisit.

PRIMUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

DE ROMANIS PONTIFICIBUS PRIMI SÆCULI.

Administrarunt itaque romanam Ecclesiam primo sæculo *Petrus, Linus, Cletus et Clemens.*

I. Petrus, Galilæus genere, apostolorum princeps, et Cephæ, id est, *Petræ* nomine insignitus, Romam sub *Claudio* venerat circa initia anni 42 ær. v., id asserentibus Eusebio, Hieronymo et Severo Sulpitio. Rediisse rursus ad eandem urbem imperante *Nerone*, nullus dubitat; nec desunt, qui hunc unum statuam ejus in Urbem adventum, innixi testimonio Lactantii in lib. *De mortibus persecutorum*. Ibidem Simonem Samaritanum, magnum vaferrimum, cui erectam a Romanis statuam affirmat Justinus Martyr¹ (*Semoni Sango*, deo Sabinorum, erectam fuisse putant alii) volare tentantem oratione e sublimi aere dejecit². In persecutione Neronis obiit affixus cruci *oss. Nerva et Vestino*, id est, anno 65, post

¹ Etiam Eusebius, lib. XI *Hist. eccl.*, cap. xiv. Statuamque Simoni Mago erectam fuisse diversam a statua erecta Semoni Sango deo fido, demonstrat ad an. 44 Ven. card. Baronius.

² Id quidam recentiores in dubium revocant; sed vide Ven. Baronium ad an. Chr. 68, et Ven. Bellarminum, lib. I *De rom. Pontif.*, cap. xxiii, et lib. II, cap. ii.

passionem Domini 37, tertio kal. julias, cum a priori in Urbem adventu tenuisset ibidem cathedram sacerdotalem circa annos 25.

II. Linus Volaterris, ut fertur¹, exortus, et in ecclesiasticis tabulis appellatus *e regione Tusciæ*, successit Petro, seditque juxta vetustiores catalogos, emendatosque codices libri pontificalis, annis undecim, et martyrio coronatus est, quanquam id negent recentiores nonnulli, anno ær. v. 76, *oss. Vespasiano VII et Tito V*, nona die kalendarum octobris.

III. Successor Lini juxta traditionem romanæ Ecclesiæ, præferendam criticorum commentationibus², fuit *Cletus*, patria Romanus, qui episcopatum gessisse dicitur annis 12, menses enim diesque in hac synopsi ut plurimum prætermissus. Quare obiit *oss. T. Aurelio Fulvo II et A. Sempronio Atratino*, nimirum anno ær. v. 89, eique in pontificatu successit *Clemens*.

IV. Hunc Romanum et præclarissimo natum genere opinabatur antiquitas; recentiores levissima ducti conjectura putant ex judaica stirpe procreatum. Episcopatum tenuit annis 9, scilicet usque ad annum Christi 98, quo, imperante Trajano, in Chersonesum Thraciæ deportatus, post exactum ærumnis et egestate biennium, in mare demersus est, anno tertio imperii ejusdem Trajani, v. ær. 10, ut inquit Euse-

¹ *Linus, natione Tuscus, patria Volaterranus*, inquit Baronius ad an. 69, et ita Pagius cæterique; in Catalogis tamen et in libro pontificali habetur dumtaxat, *Linus, natione Italus, e regione Tusciæ, ex patre Herculano*, etc. Sunt qui procreatum scribunt ex præclarissima *Maurorum* gente.

² Lino quidam Clementem, non Cletum successisse opinantur, et fulcitur horum opinio auctoritate SS. Optati Milevitani lib. II, et Augustini epistola clxv. Vetusta tamen romanæ Ecclesiæ monumenta Clementem faciunt ordine quartum. Orta priorum sententia ex quo Cletum eundem esse cum Anacleto crediderint, nominis decepti similitudine. Fuerunt ex hæreticis, qui Cletum simul cum Lino sedisse autumarunt. Fallax assertio, traditioni, catalogis pervetustis, et unitati apostolicæ Sedis repugnans, æque absurda, ac sit illa, quæ Petrum et Paulum eadem potestate, eodemque jure Ecclesiæ romanæ asserunt præfuisse. Hæc est autem utriusque Pagii Chronologia, romanus Petri pontificatus incœpit anno æræ vulgaris 55, Lini 65, Clementis 67, Cleti 77, Anacleti 85, Evaristi 93, etc.

buis, lib. III *Hist. eccl.*, cap. xxxiv, Hieronymus, *De script. eccl.*, martyrologium Bedæ XI kal. decembris, et MSS. codices Florentini libri pontificalis. Unde apparet recentioris chronologiæ, Clementis obitum statuentis in anno 77, haud certa et labilis supputatio¹.

Patriarcharum nomina.

Hoc primo sæculo alexandrinam Ecclesiam rexerunt *S. Marcus* evangelista, *Anianus Avilius* et *Cerdo*. Antiochenam post Petrum, *Evodius* et martyr *Ignatius*. Jerosolymitanam *Jacobus Alphæi* et *Simeon*.⁵

CAPUT II.

CONCILIIUM PRIMUM CONGREGATUM EST PAULO ANTE ADVENTUM SPIRITUS SANCTI.

Tria primo vertente sæculo celebrata fuerunt concilia, in Actibus apostolorum descripta.

Concilium primum congregatum fuit paulo ante adventum Spiritus sancti, ut alius apostolus eligeretur in locum Judæ proditoris. Electus est autem *Matthias* in concursu Barsabæ, cognomento *Justi*. Vide Act. apostol., cap. i.

In altero concilio septem electi fuere diaconi, non administri dumtaxat mensarum, ut inquit novatores, sed liturgiæ inservientes et ordinati manuum impositione. Quorum primus

¹ Chronologia romanorum pontificum, qui sederunt prioribus sæculis, adeo implicata est, ut diversam supputandi rationem complures inierint. Vide Baronium, Petavium, Papebrochium, utrumque Pagium, Tillemontium, Pearsonium, Dodwellum, alios. Ad hanc præferendam nos impulerunt, quæ de Petri in Urbem adventu, et de obitu Clementis, Trajano imperante, veteres tradiderunt. Quod adversus Clementis chronologiam ab Eusebio traditam, opponunt ex Epistola ejusdem Clementis ad Corinthios Isaac Vossius epist. II ad Rivetum, Pearsonius in Vindictis epistolarum S. Ignatii, et Antonius Pagius ad annum 78, solvitur a Schelstrateno, diss. II *Antiq. eccl.*, cap. i. Legendus ad annum 69 et 93 venerabilis Annalium conditor Baronius. In ea, quam sequimur, chronologia, etiam pontificatus Anacleti comprehenditur in primo sæculo. De illo tamen agendum sæculo proximo, quoniam ei complures tribuunt 9 aut 10 annos episcopatus, et hunc Ven. Baronius inter annum 103 et 112 circumscribit.

Stephanus, sapientia et signis præclarus, obrutus lapidibus retulit præsignatam nomine proprio coronam, Act. cap. vi et vii. Hæc duo concilia paulo post Ascensionem Domini contingere.

Tertium celebratum fuit circa annum Christi 50, jam promulgato in Palæstina evangelio, decretumque ea in synodo, ne regeneratis baptismate circumcisionis, rituumque legis mosaicæ onus imponeretur, ibid. cap. xv. Convenerunt ad hanc synodum apostoli omnes et presbyteri, non vero plebs ac fidelium multitudo; omniumque primus locutus est, iudiciumque protulit, Petrus, sed cæterorum quoque apostolorum nomine promulgata sententia, atque ita futuris sacerdotum conventibus præscripta forma.

Sunt qui putant aliud ab apostolis coactum concilium ad condendum Symbolum, promulgandosque canones, qui *apostolici* nuncupantur¹. Verum quod ad *Symbolum* attinet, nec de tempore, nec de modo, quo conditum sit, conveniunt historici. *Apostolicum* dici arbitramur, quod apostolicam comprehendat doctrinam. Eadem ratione laudati canones dicti sunt *apostolici*; imo hos inter spurii extant nonnulli; unde liber, quo 84 continentur, can. *Sancta romana*, dist. xv, declaratur apocryphus.

CAPUT III.

DE HERETICIS PRIMI SÆCULI.

Eruperunt primo sæculo hæreses Simionis Cerinthi, Menandri, Ebionis, Saturnini, Basilidis et nicolaitarum².

Simon, genere Samaritanus, baptizatus a Philippo, in eam primum prolapsus est impietatem, ut crediderit dona Spiritus

¹ Quidam octo apostolorum concilia recensent, quorum tamen octavum vel dubium, vel supposititium esse opinantur. Videsis *Apparatum Annati* lib. V, sectione II.

² Omittimus hæreses sectasque adhuc persistentes, Judæorum nempe, pharisæorum, quorum origo refertur ad tempora Machabæorum; nomen vero est a *Pharas*, *segregavit*, *Sadducæorum*, qui dicti sunt a *Psedech* vocabulo significante *justitiam*. Essæorum, obscuri nominis, neque in libris Novi Testamenti occurrentis. *Herodianorum*, de quibus cap. xxii S. Matthæus.

sancti pecunia obtineri. De se adeo superbe sensit, ut sese deum Judæorum legislatorem, mundique Reparatorem et Paracletum quoque jactaret. Helenæ, quam deperibat, sub Minervæ nomine cultum impendit patriæ. Dogmatizavit præterea mundum productum ab angelis, animosque solutis corporibus in alia corpora transmigrare. Fertur et negasse futuram mortuorum resurrectionem.

Cerinthus in Asia natus, viventibus adhuc apostolis, commentus est, Deum non esse creatorem mundi. Legem Moysis etiamnum ad salutem necessariam asseruit. Mille annorum regnum carnalibus voluptatibus, victimisque eruentis transigendum invexit, et Christum purum hominem ex Maria et Joseph procreatum ausus est affirmare.

Menander et *Ebion*¹ eidem hæserunt luto, fuitque unus Simonis conferraneus et discipulus; alter e secta pharisæorum et Pauli apostoli infensissimus hostis, *mendicus*, quod ejus nomen sonat, et inops.

Saturninus ac *Basilides*² fuerunt Menandri auditores. Addidere tamen illius erroribus peculiaria figmenta, ut 365

Primi frivolas traditiones legi contrarias servabant. *Secundi* negabant animos post obitum permanere, esse spiritum et futuram resurrectionem. *Tertii*, cum alioqui cœlibes essent ac religiosi, sacrificia exteriora damnabant. *Postremi* credebant Herodem fuisse Messiam in lege promissum. Adde *Samaritanos* a Judæis schismate separatos.

¹ Ebionem emersisse statim post excidium jerosolymitanum tradit Eusebius.

² Tertulianus, *De præscript.*, cap. XLVI, et S. Hieronymus, in Amos, aiunt, Deum omnipotentem a Basilide appellari *Abrazam*. S. Irenæus in voce illa *Abrazas* contineri docet numerum illum cœlorum 365. Perspicua est computatio; nam græce A valet 1, β 2, ρ 100, α 1, ξ 60, α 1, ζ 200. Quorum numerorum summa est 364. Vossius, in I *De idol.*, eo nomine designari putat deum Persarum *Mithram*, id est, solem, qui annuo cursu implet numerum illum dierum. Basnage et Beausobre nomen illud repetunt ab Ægyptiorum superstitione. Non sunt audiendi qui in ipso vocabulo *Abrazas* Trinitatis et Incarnationis mysteria vestigant. A, inquit, est Ab Pater, B Ben Filius, R Ruach Spiritus, A Achodes Sanctus, Σοτηρία Salus, Α Ἀπὸ Per, ξ, ξύλον Crucem. Nemo non videt hujus interpretationis auctores modo ad hebraicum, modo ad græcum alphabetum confugere, litterasque a suo loco amovere. Quis etiam credat vel Ægyptios vel hæreticos primi sæculi propugnasse divinarum personarum Trinitatem et Domini incarnationem? Idem dicendum de *Abacadabra*, voce a prædicto vocabulo *Abrazas* derivata.

angelorum propaginem, parem cœlorum membrorumque humani corporis numerum, et quosdam prophetas barbaris insulisque nominibus designatos.

Nicolaitarum impura secta admittebat mulierum, etiam conjugatarum, promiscuum usum, esumque carniū idolothyti, Nomen accepere a *Nicalao* diacono, qui uxori imprudenter dimissæ facultatem fecit, ut nuberet cuicumque vellet. Commemorantur nicolaitæ cap. II Apocalyps. Apollonius Tyanæus Romæ sub Domitiano exercebat præstigia¹.

CAPUT IV.

DE SCRIPTORIBUS PRIMI SÆCULI.

Si epistolæ Jesu Christi *ad Abgarum*, regem Edessenorum, et B. Mariæ Virginis *ad Messanenses* et *ad Florentinos* exploratæ essent auctoritatis, principem sibi locum isto in capite vindicarent. Verum supposititiæ censentur; quamvis prima ob Eusebii assertionem lib. I *Hist. eccl.*, cap. XIII, propugnatores habeat complures².

Memorandi sunt itaque scriptores agiographi, quorum libri in canone divinarum Scripturarum habentur; tum recensendi sunt cæteri.

S. Matthæus, qui et *Levi* Evangelium conscripsit hebraica lingua, circa annum 8 a Christi resurrectione; ipse autem circa annum ær. v. 60, martyrium perpessus est Hierapoli in Parthia.

Marcus ex hebræo Matthæi, atque ex his quæ audierat a Petro, Evangelium mandavit litteris Romæ, græcæ, quæ tum communis erat, lingua, non autem latina, idque circa annum 40 ær. vulg., et post decimum a Christi passione.

¹ Quidam post S. Philastrium memorarunt *judæistas*, qui perditionem laudarent. Alii Thebutis, qui apostatavit a fide, Hymenæi, Philecti et Alexandri, de quibus Paulus apostolus, Diotrephis, de quo ep. III Joannes mentionem fecere. At non omnes impii, et communionem privati nomen sectæ alicui dedere.

² De hac epistola in utramque partem disputavimus lib. XXIX *De theol. discipl.*, cap. VI, num 4.

Lucas Antiochenus et medicus (pictorem quoque nonnulli faciunt, scriptura ac antiquitate silentibus) Evangelium græce scripsit in Achaia vel Bœotia partibus circa annum ær. v. 56. Scripsit et Actus apostolorum, atque ipse martyrio affectus est in Bithynia, anno ætatis suæ, ut fertur, 84, cum vitam egisset cœlibem.¹

Joannes, filius Zebedæi et Salomis, Evangelium edidit reversus Ephesum, Nerva imperante, anno 97; cum tamen relegatus a Domitiano in insulam Pathmum, superiori anno 96 scripsisset *Apocalypsim*. Ephesi itidem, eodemque tempore, quo Evangelium, tres conscripsit Epistolas, quæ habentur in canone: semioque confectus, tranquillo fine quievit post initia proximi sæculi, id est, anno 104.

Paulus, *Saulus* antea, Cilix ac patria Tarsensis, anno ær. v. 34, ad Christum conversus et factus ex persecutore apostolus, Evangelium longe lateque promulgavit, suisque Epistolis eruditur Ecclesiam. Extant Pauli epistolæ xiv. Una *ad Romanos* et *ad Corinthios* duæ, scriptæ circa annum 57, *ad Galatas* quarta, adversus judaizantes, data ante priorem *ad Corinthios* juxta Dodwellum et Caveum, seu potius anno 58. Ex urbe Roma scripsit circa annum 60 *ad Ephesios*, *ad Philippenses*, *ad Philemonem* et *ad Hebræos*; epistola pariter *ad Colossenses* eodem tempore, eodemque loco scripta est. Duæ *ad Thessalonicenses*, datæ videntur Corinthi, anno 52, *ad Titum* scripsit ex Epiro vel Macedonia, anno 64, et *ad Timotheum* epistolas duas, paulo ante martyrium, consignandum anno 65, non, ut quidam autumant, 68. Affictæ autem ac suppositæ sunt, quæ sub Pauli nomine ab aliquibus laudantur, *ad Senecam* atque *ad Laodicenses*.

Petrus quoque duas epistolas Roma conscripsit ad electos Ponti, Asia, Bithyniæ et finitimarum provinciarum, plenas instituendæ vitæ præceptis: unam anno 43 dum Marcus, Alexandriam profecturus, Roma discederet; alteram postremo vitæ suæ tempore, instante jam depositione *tabernaculi* sui, scilicet, corporei carceris, ut inquit cap. 1, 14.

Jacobus *Alphæi*, primus Jerosolymorum episcopus, *columna*

appellatus a Paulo, epistolam scripsit argumento multiplicem, in qua docet fidem sine operibus nihil prodesse; quæ epistola appellatur *catholica* et edita est anno 61, paulo antequam præcipitaretur de pinna templi et a synedrio damnaretur, procurante Anano pontifice.

Judas vel *Thaddæus*, prædicti Jacobi germanus frater, scripsit et ipse brevem epistolam, de qua olim hæsitant nonnulli, quoniam de libro *Henoch*, qui apocryphus est, testimonium assumit. Sed communi tandem approbatione tanquam canonica recepta est. Ex versu 18 constat fuisse scriptam post secundam Petri. Libris hactenus recensitis Novum componitur Testamentum¹.

Modo scriptores laudabimus alios: ac primum *Clementem*, romanum pontificem, cujus duæ extant *ad Corinthios* epistolæ, quarum prima communi eruditorum consensu recipitur, aliam vero Hieronymus, Photius et recentiorum plures existimant reprobendam. Eidem Clementi perperam adscribuntur octo *Constitutionum apostolicarum* libri, *Itinerarium Petri*, disputatio *Petri et Apionis*, et epistolæ aliæ quinque.

Barnabas, qui et *Joseph levites*, unam conscripsit epistolam, quam tamen Hieronymus et Eusebius vocant *apocrypham*, nempe extra canonem divinatorum librorum.

Hermas, seu *Pastor*, edidit opus tripartitum, complectens *visiones*, *statuta ac similitudines*, sed *apocryphum* declaratur decreto Gelasii². Scripsit Hermas circa an. 92.

Etiam *Flavius Josephus* et *Philo Alexandrinus*, Judæorum doctissimi, solent hic recenseri; ille ob testimonium de Christo, quod habetur libro XVIII *Antiq. judaic.*; iste autem, quod in *vita eorum, qui ascetæ dicuntur*, videatur plurimum commen-

¹ Codicem apocryphorum librorum Novi Testamenti compilavit, ediditque Fabricius. Qui de apostolis scripsere, a Sagittario quoque in *Introduct. ad Hist. eccl.* et a Franc. Buddæo *De eccl. apostolica* laudantur.

² Olim tamen a pluribus magno in pretio habitus, et in quibusdam perlectus Ecclesiis. Nicomedi Evangelium, aliæque spuria prætermittimus. *Dionysium Areopagitam*, ac primum Atheniensium episcopum, Eusebius, lib. III *Hist. eccl.*, cap. iv, cæterique commemorant. An sit auctor librorum, qui sub ejus nomine circumferuntur, et an distinguendus sit a S. Dionysio Parisiensium antistite, controversatur.

dare christianos alexandrinus. Utrumque tamen ambiguum est atque obscurum. Commemorat S. Hieronymus in *Catal.*, n. 24, *Justum a Tiberiade* Joseph æqualem.

Prætermitto *Acta presbyterorum Acaia*, seu martyrii S. Andree apostoli, scripta, quæ tribuuntur *Prochoro, Lino et Abdia*, Epistolas *Martialis episcopis Lemovicensium*¹, atque *Acta Pilati*; de quibus varia sunt sapientissimorum virorum judicia, nec aliquid certi possumus definire².

CAPUT V.

DE ROMANIS IMPERATORIBUS, MARTYRIBUS ET SANCTIS ALIIS PRIMI SÆCULI ILLUSTRIORIBUS.

Octavianum *Augustum*, e Velitris oriundum, sed natum Romæ juxta Suetonium, Velitris auctore Dione, romanum tenuisse imperium, quando natus est Christus, et ejusdem Cæsaris anno 45 inchoandam æram christianam, dictum est supra. Obiit autem Augustus *cons. duobus Sextis*, id est, anno ær. v. 14, die 19 mensis sextilis, cum imperasset annis fere 38, vixisset autem 76. Augusto imperante, ab Herode Ascalonita, Judæorum rege, interfecti fuere in omnibus finibus Bethlehemi cuncti infantes bimuli, quos Ecclesia numerat inter martyres. Contigit immanissima hæc cædes quarto ante æram communem anno.

¹ Habendus eodem in loco *Aurelianus*, S. Martialis auctor et in episcopatu successor.

² Dionysium Areopagitam, eique adscripta opera, ob dissensiones auctorum cum de uno aut duplici Dionysio, tum de libris Dionysii nomine insignitis, consulto prætermisimus. Sed Areopagitæ libros, præter Maximum monachum, Syncellum, Suidam, Photium, aliosque Græcorum, laudant Trithemius, facultas parisiensis in sua contra Erasmum censura, Sextus Senensis, lib. II *Biblioth.*, S. Bellarminus, lib. *De script. eccl.*, Baronius, ad an. 109, Possevinus, in *Apparatu sacro*, Nat. Alex., dissert. xxii, sæculi I, Annatus et alii, in oppositam partem abeuntibus Erasmo, Riveto, Dallæo, Launoio, Morino, Blondello, Caveo, Papebrochio item, sed hoc aliisque orthodoxis alieno spiritu ab iis, qui ecclesiasticam student evertere hierarchiam.

Sibyllarum libri, qui modo extant, communiori eruditorum judicio habentur supposititii.

Augusto successit in imperio *Tiberius* e gente Claudia, filius Tiberii Neronis et Liviæ Drusillæ. Augusteum principatum indeptus eodem anno 14; cum tamen ante exactum biennium consecutus fuisset imperium proconsulare, cujus epocham sequitur Lucas evangelista. Decessit autem Tiberius anno Christi 37, *cons. Acerronio et Nigrino*, die 16 martii: eoque imperante anno 28 æræ vulgaris, jussu Herodis Antipæ, saltatrice puella petente, decollatus est S. Joannes Baptista, et proximo anno suffixus cruci caput martyrum mundique Redemptor¹.

Post Liberium imperavit *Caius*, cognomento *Caligula*, filius Germanici et Agrippinæ, confossus a Cassio Cherea triginta vulneribus die 24 januarii, dum quartum cum *Sentio Saturnino* gereret consulatum, anno sc. vulg. æræ 41; quo imperante, egregiam fidei catholice navavit operam S. Barnabas, eandemque fidem amplexus est Cornelius centurio, baptizatus a Petro; atque fideles an. 40 cœperunt Antiochiæ denominari christiani².

Successit Caio *Claudius*, frater Germanici et filius Drusi et Antonie, sublatus veneno in boletis sumpto, conscia uxore Agrippina, die 13 octobris, *cons. M. Asinio Marcello et M.*

¹ Tiberius ob vitium ebrietatis *Biberius* a jocularibus dictus, atque ob portentosam libidinem, cujus nefanda exempla in secessu insule Capræensis invexit, *Caprineus* appellatus et *Hircus*; unde in Epigram. Ausonius:

Prænomen Tiberi nactus Nero prima juventæ

Tempora laudato gessit in imperio.

Frustra dehinc solo caprearum clausus in antro,

Quæ prodit vitiis, credit aperta locis.

Protomartyr Stephanus lapidibus obrutus, Tiberio imperante, *Act. cap. vii*. Vide Baronium ad annum Christi 34. Per idem tempus persecutionem magnam factam in Ecclesia Jerosolymis testantur præcit. *Act. apost. cap. viii, 1*, referenda potius ad anni 33 exitum. Suetonius et Tacitus tradunt Tiberium obiisse die 16 martii, Dio autem die 26.

² Eodem anno 40 Caius Caligula jussit statuam suam poni in templo jerosolymitano. Verum id differente Petronio, Syriæ præside, et contrariante Agrippa mandatum non fuit executioni; erratque Grotius asserens impletum in Caio, quod scribit Apostolus in II ad Thessalonicenses, cap. iii, 4, et illum esse prænunciatum eo loci Antichristum. *Caligulam* dictum volunt a caligis, quas ornatas margaritis portaverit, vel potius a caligis, quas deferrebat gregarii milites. Ausonius præmisso Tiberio:

Post hunc castrens caligæ cognomine Cæsar,

Successit sævo sævior ingenio.

dare christianos alexandrinus. Utrumque tamen ambiguum est atque obscurum. Commemorat S. Hieronymus in *Catal.*, n. 24, *Justum a Tiberiade* Joseph æqualem.

Prætermitto *Acta presbyterorum Acaia*, seu martyrii S. Andree apostoli, scripta, quæ tribuuntur *Prochoro, Lino et Abdia*, Epistolas *Martialis episcopis Lemovicensium*¹, atque *Acta Pilati*; de quibus varia sunt sapientissimorum virorum judicia, nec aliquid certi possumus definire².

CAPUT V.

DE ROMANIS IMPERATORIBUS, MARTYRIBUS ET SANCTIS ALIIS PRIMI SÆCULI ILLUSTRIORIBUS.

Octavianum *Augustum*, e Velitris oriundum, sed natum Romæ juxta Suetonium, Velitris auctore Dione, romanum tenuisse imperium, quando natus est Christus, et ejusdem Cæsaris anno 45 inchoandam æram christianam, dictum est supra. Obiit autem Augustus *coss. duobus Sextis*, id est, anno ær. v. 14, die 19 mensis sextilis, cum imperasset annis fere 38, vixisset autem 76. Augusto imperante, ab Herode Ascalonita, Judæorum rege, interfecti fuere in omnibus finibus Bethlehemi cuncti infantes bimuli, quos Ecclesia numerat inter martyres. Contigit immanissima hæc cædes quarto ante æram communem anno.

¹ Habendus eodem in loco *Aurelianus*, S. Martialis auctor et in episcopatu successor.

² Dionysium Areopagitam, eique adscripta opera, ob dissensiones auctorum cum de uno aut duplici Dionysio, tum de libris Dionysii nomine insignitis, consulto prætermisimus. Sed Areopagitæ libros, præter Maximum monachum, Syncellum, Suidam, Photium, aliosque Græcorum, laudant Trithemius, facultas parisiensis in sua contra Erasmum censura, Sextus Senensis, lib. II *Biblioth.*, S. Bellarminus, lib. *De script. eccl.*, Baronius, ad an. 109, Possevinus, in *Apparatu sacro*, Nat. Alex., dissert. xxii, sæculi I, Annatus et alii, in oppositam partem abeuntibus Erasmo, Riveto, Dallæo, Launoio, Morino, Blondello, Caveo, Papebrochio item, sed hoc aliisque orthodoxis alieno spiritu ab iis, qui ecclesiasticam student evertere hierarchiam.

Sibyllarum libri, qui modo extant, communiori eruditorum judicio habentur supposititii.

Augusto successit in imperio *Tiberius* e gente Claudia, filius Tiberii Neronis et Liviæ Drusillæ. Augusteum principatum indeptus eodem anno 14; cum tamen ante exactum biennium consecutus fuisset imperium proconsulare, cujus epocham sequitur Lucas evangelista. Decessit autem Tiberius anno Christi 37, *coss. Acerronio et Nigrino*, die 16 martii: eoque imperante anno 28 æræ vulgaris, jussu Herodis Antipæ, saltatrice puella petente, decollatus est S. Joannes Baptista, et proximo anno suffixus cruci caput martyrum mundique Redemptor¹.

Post Liberium imperavit *Caius*, cognomento *Caligula*, filius Germanici et Agrippinæ, confossus a Cassio Cherea triginta vulneribus die 24 januarii, dum quartum cum *Sentio Saturnino* gereret consulatum, anno sc. vulg. æræ 41; quo imperante, egregiam fidei catholice navavit operam S. Barnabas, eandemque fidem amplexus est Cornelius centurio, baptizatus a Petro; atque fideles an. 40 cœperunt Antiochiæ denominari christiani².

Successit Caio *Claudius*, frater Germanici et filius Drusi et Antonie, sublatus veneno in boletis sumpto, conscia uxore Agrippina, die 13 octobris, *coss. M. Asinio Marcello et M.*

¹ Tiberius ob vitium ebrietatis *Biberius* a jocularibus dictus, atque ob portentosam libidinem, cujus nefanda exempla in secessu insule Capræensis invexit, *Caprineus* appellatus et *Hircus*; unde in Epigram. Ausonius:

Prænomen Tiberi nactus Nero prima juventæ

Tempora laudato gessit in imperio.

Frustra dehinc solo caprearum clausus in antro,

Quæ prodit vitiis, credit aperta locis.

Protomartyr Stephanus lapidibus obrutus, Tiberio imperante, *Act. cap. vii*. Vide Baronium ad annum Christi 34. Per idem tempus persecutionem magnam factam in Ecclesia Jerosolymis testantur præcit. *Act. apost. cap. viii, 1*, referenda potius ad anni 33 exitum. Suetonius et Tacitus tradunt Tiberium obiisse die 16 martii, Dio autem die 26.

² Eodem anno 40 Caius Caligula jussit statuam suam poni in templo jerosolymitano. Verum id differente Petronio, Syriæ præside, et contrariante Agrippa mandatum non fuit executioni; erratque Grotius asserens impletum in Caio, quod scribit Apostolus in II ad Thessalonicenses, cap. iii, 4, et illum esse prænunciatum eo loci Antichristum. *Caligulam* dictum volunt a caligis, quas ornatas margaritis portaverit, vel potius a caligis, quas deferrebat gregarii milites. Ausonius præmisso Tiberio:

Post hunc castrens caligæ cognomine Cæsar,

Successit sævo sævior ingenio.

Acilio Aviola, nempe anno Ch. 54. A Claudio Herodes Agrippa adauctus Judææ et Samariæ principatu, in Ecclesiam desæviit, et Jacobum fratrem Joannis occidit gladio, ac Petrum carceri, unde ab angelo ereptus est, mancipavit¹.

Post Claudium imperium tenuit *Nero* e gente Domitia, filius Domitii *Enobarbi* et *Agrippinæ*, qui seipsum interemit die 10 junii, *cons. Silio Italico* et *M. Galerio*, nempe anno Ch. 68. Undecimo Neronis anno, ær. chr. 64, exorta est prima, post herodianam, seu judaicam, persecutio in Christi fideles, incendii Urbis et exitiosæ superstitionis confata calumnia². Non modo Romæ, sed ubique persecutio desæviit. Necati in urbe apostolorum principes. *Processus* et *Martinianus*, *Basilissa*, *Anastasia*, *Herodion*, *Olympias*, aliique apostolorum discipuli; interfecti item Mediolani an. 65 *Nazarius* et *Celsus*, necnon *Gervasius* et *Protasius*. Per idem temporis *Torpes* Pisis martyr occubuit³. Postremo autem Neronis anno *Marcus* evangelista prope urbem alexandrinam, et *Evodius* Antiochiæ, cujus post Petrum gessit episcopatum, martyrium perpessi sunt. Fertur anno Neronis quarto obdormisse et ad cælum fuisse assumptam beatissimam Christi Matrem; an Jerosolymis, an Ephesi, Patres et historici non consentiunt. Concurrit quartus ille annus cum anno ær. v. 57⁴.

¹ Repudiaverat Claudius *Æmiliam* Lepidam, *Plautiam* Herculanillam et *Æliam* Petinam, nobilissimas matronas. *Massalina*, altera Claudii uxor, adeo impura, ut viro vivente palam nuberet *Caio Silio*, jugulata est proco quoque *Silio* necato. *Agrippina* filia erat fratris sui *Germanici*, unde a S. C. postulavit, ut nuptiæ inter patruos neptesque ratæ haberentur. A *Nerva* abrogatum fuit hoc senatusconsultum, repugnans etiam divinis legibus, *Levitici* xviii, 12.

² Decem vulgo ante *Constantinum Magnum* enumerantur persecutiones Ecclesiæ, de quibus singulis suo loco, I *Neronis*, II *Fl. Domitiani*, III *Ulpii Trajani*, IV *M. Aur. Antonini Veri*, V *Sept. Severi*, VI *Maximini Thracis*, VII *Decii*, VIII *Valeriani*, IX *Aureliani*, X *Diocletiani* et *Maximiani*.

³ Decem millia martyrum in eadem civitate sub *Nerone* martyrium perpessi sunt. Putarunt nonnulli *Neronem* iterum venturum et futurum fore præcursorem *Antichristi*. Tradit id *Lactantius De mortibus persecut.*, cap. ii. At variant lectiones; et qui credunt *Neronem* esse translatum, et adhuc vivere, ibidem appellantur *deliri*. Reversurum scribit *Instruct.* 41, *Commodianus*.

⁴ In fragmento *Hippolyti Thebani* inter codd. vaticanos habetur *Deiparam*

Extincto *Nerone*, regnarunt unius anni intervallo *Sergius Sulpicius Galba*, *Marcus Salvius Otho* et *Aulus Vitellius*; quibus, uno post alium, interfectis, imperium indeptus est *Flavius Vespasianus* anno Christi 69, kalendis junii. Anno *Vespasiani* 2, æræ vulg. 70, a morte Christi 42, a *Tito* ejus filio expugnata est *Jerusalem* kal. sept., in cujus urbis obsidione perierunt undecies centena millia *Hebræorum*, et 97 millia in captivitatem adducta sunt¹. *Vespasianus* vero naturæ concessit anno Ch. 79, die 24 junii, in consulatu suo nono, imperiique anno 10. Sub *Galba* fertur in *Achaia* pro *Christo* mortem crucis pertulisse *S. Andreas* apostolus, et anno post *jerosolymitanum* excidium, nempe ær. v. 71, *Bartholomæo* in majori *Armenia* detracta cutis, et caput abscissum.

Imperavit post *Vespasianum* invictissimus ejus filius *Titus*, qui post biennium fatis cessit, *Silvano* et *Pollione* *cons.*, anno Ch. 81, idibus septembris. Post quem imperium arripuit *Domitianus*, ejus frater, filius *Vespasiani* et *Domitillæ*.

Domitianus imperium administravit annis 15, interiitque XIV kal. octobris, *cons. Valente* et *Antistio*, anno Ch. 96. Erupit *Domitiano* imperante secunda Ecclesiæ persecutio, anno Ch. 93. *Pergami* in *Mysia* *Antipas* inclusus in bovem æneum candentem; *Romæ* *Joannes* in olei ferventis dolium²; *Flavius Clemens*,

vixisse post *Domini* passionem annis XI; omnes vero illius annos fuisse LXI. *Apostolis*, de quibus in I. P. adde LXXII discipulos: *Timotheum* discipulum *Pauli*, primum episcopum *Ephesiorum*, et *Cæsarium* *Terracinensem*, ac sanctis mulieribus, quæ *Dominum* secutæ sunt: *Mariam Clæophæ*, *Salomen*, *Martham* et *Mariam Magdalenam*, sorores *Lazari*.

¹ Excidium *Jerosolymitanum* prædictum a *Daniele* cap. ix, 26, et a *Christo Domino*, *Math.* xxiv, 15, ante annos septem ingentibus clamoribus annuntiare cepit *Jesus F. Anani*, anno nempe ær. v. 63, atque an. 63, die 21 maii, visi in aere currus exercitusque pugnantes, atque die 29 in festo *Pentecostes* audita vox illa excedentium angelorum, *Migremus hinc*. Legitote *Joseph De bello*.

Sub *Vespasiano* dirutum fuit templum illud *Judæorum* in *Egypto*, quod ædificaverat ante annos fere 236 *Onia* a *Jasone* fratre suo delectus pontificatu. Ab hoc templo derivatam quidam putant fabulam *Asini*, quem *Judæi* ab ethnicis coluisse dicuntur; neque enim inverisimile est illud, quod erat appellandum τὸ ἱερὸν Ὀνίου, appellatum fuisse neglecta minima littera *jota* τὸ ἱερὸν Ὀνοῦ.

² Eundem *Joannem* vixisse annos CX, usque ad *Domitianum*, legitur

Domitiani patruelis, percussus gladio; *Flavia Domitilla* in insulam Pontiam relegata, cum duobus eunuchis *Nereo* et *Achilleo*, postea Tarracinæ martyrium passis; occisus *M. Acilius Glabrio*, exconsul; *Felicula* item virgo inedia, fame et equuleo necata, et *Nicomedes* presbyter plumbatis cæsus. Jussit quoque Domitianus occidi omnes posteros Davidis, ut inquit Eusebius, lib. III *Hist. eccl.*, cap. XIX¹. Hoc Cæsare quidam Athenis affectum martyrio aiunt *Dionysium Areopagitam*, mortuumque *Onesimum*, Ephesiorum episcopum, repugnante tamen Baronio.

Domitiano successit *Nerva Cocceius*, Narniensis, qui regnavit tantummodo usque ad diem 27 januarii anni Ch. 98, quo obiit stomachi dolore correptus. Post Nervam autem imperavit *M. Ulpus Trajanus*, Hispali natus, de quo proximo secundo sæculo.

CAPUT VI.

DE PRIMI CHRISTIANI SÆCULI DOCTRINA AC DISCIPLINA.

Quidquid modo credendum proponit romana Ecclesia, a Christo vel apostolis traditum fuit. Articulos fidei initio expositos colligitur e *Symbolo* edito pro initiandis baptisate. Trium personarum divinarum distinctionem, miracula quæ evenerunt baptizato Domino et forma baptismi evangelici aperte confirmant. Verbi divinitatem, execratio hæresis cerinthianæ, et Evangelium, Joannis præsertim, comonstrant. Eucha-

in prælaudato fragmento; at post obitum Domitiani ex Pathmo rediisse Ephesum, ibique Ecclesiam rexisse usque ad Trajani tempora, tradit Hieronymus.

¹ Alibi 20, Domitianus ipse dicitur a Juvenale *Calvus Nero*, a Tertulliano « Portio Neronis in crudelitate, » a Lactantio « Non minor Nerone tyrannus, » ab Eusebio « Neronianæ impietatis et odii adversus Deum successor. » Vid. Not. Baluzi in lib. *De mortibus persecut.*, cap. III. Non videtur itaque a cæde christianorum, ut Dodwellus et Gisb. Cuperus autumant, abstinuisse.

Dio in *Domitiano* plures ab eo necatos commemorat, aliorumque interficiendorum nomina sub pulvinari scripta in tabulis tiliaceis: maturatas in ejus necem insidias, Domitia uxore, Norbano PP. et Petronio II, haud ignaris, inflicta illi vulnera, cadaver a Phillide nutrice sepultum.

ristiæ sacramentum et sacrificium comprobatur institutione dominicæ cœnæ, litterisque apostolicis ad Corinthios et ad Hebræos. Sacramentalem absolutionem demonstrat collata apostolis facultas ligandi et solvendi. Extremæ Unctionis egregium est testimonium caput v epistolæ Jacobi. Sacrorum librorum canonem ab initio conditum inde eruitur, quod non inveniatur a quo, et ubi primum fuerit institutus. Traditionem aliorum dogmatum ab ætate apostolorum viguisse ostendimus, ex quo aliquo exorto errore, statim Ecclesia illum proseripserit. Ecclesiasticam hierarchiam, distinctionem episcoporum a presbyteris et sacram ordinationem impositione manuum peractam, Acta declarant apostolica, et Pauli epistola ad Titum¹.

Ad disciplinam quod attinet, abrogatis cæremoniis quæ typus erant futurorum, retinendos crediderunt apostoli ritus ad res divinas decentius tractandas perutiles, ut lumina, thura, indumenta. Statis diebus, septimo primum hebdomadis die, tum dominico, conveniebant in unum, festaque religiose servabant. Pro templis fuerunt principio privatorum hominum ædes. Præmissis precibus, sacrorumque librorum lectione, unde liturgia derivavit, fiebat oblatio et sub utraque specie communio. Non omittebatur utilis exhortatio, et addebantur sobria quædam convivia, quæ agapæ dicebantur. Communis erat fidelium vita, et in unum singula conferebantur. Gravioribus vitiiis polluti privabantur communione sacrorum, quam pœnam Apostolus infligit cuidam Corinthio. Exortas controversias apostoli aut voce, aut per litteras componebant; his denatis, dirimebat antistes, aut communi consensione terminabantur. Ne religionis nostræ mysteria irriderentur a paganis,

¹ Liturgiam in Ecclesiæ primordiis cum sola oratione dominica, paucisque precibus peractam, post Gregorium papam in Epist. ad Joannem Syrac. tradiderunt Valafridus Strabo, Rupertus, Stephanus Augustod., Honoratus, Durandus, aliique de divinis officiis et sacris ritibus pertractantes. Quare ab eruditis inter spurias rejiciuntur liturgiæ, quæ sub nomine apostolorum Petri, Matthæi, Marci, necnon Jacobi cæteris forte antiquior, atque XII simul apostolorum laudantur. De illa, quæ legitur in Constitutionibus Clementis Rom. idem ferri solet judicium.

arcani disciplina caute servata est; unde fideles cœnæ *Thyestæ*, aliorumque criminum insimulabantur ab iis qui nesciebant quid in eorum congressu ageretur¹.

APPENDIX

DE EXTERNIS EVENTIBUS.

Per pauca ex profana historia hic ducimus subjicienda, ad Judæos Romanosque spectantia.

Anno 1 æræ christianæ *Caius* iniit consulatum in Syria. 2, *Lucius Cæsar* repentino morbo obiit Massiliæ. 3, *C. Cæsar* Tigranem Armenia expulit, præfecitque Ariobarzanem origine Medum. 4, *Augustus* renuit appellari a populo romano Dominus et adoptavit Tiberium. 5, conspecta Romæ, die 28 martii eclipsis solis, de qua Dio, libro LV. *Agrippæ*, nepoti Augusti, data toga virilis. 6, *Archelaus* Romam accersitus, et Viennam, ob tyrannidem, quam in Judæos et Samaritas exercuit, pulsus est in exilium. 7, Judæa, Samaria et Idumæa a *Sulpitio Quirinio* redactæ sunt in provinciam, et oppressus

¹ Auctor Constitutionum apostolicarum, lib. V, c. xviii, affirmat instituta fuisse ab apostolis festa dominicæ Resurrectionis, dominicæ in Albis, Ascensionis Domini et Pentecostes. Idem tradit de Paschatis custodienda vigilia. Jejunium IV Temporum esse pariter ex traditione apostolica alibi diximus, idque non uno in loco asserit Leo Magnus. Apostolorum et Stephani protomartyris festa indicta fuisse a discipulis ipsorum apostolorum, affirmat idem auctor Constitutionum lib. VIII, c. xxxiii.

Altaria quovis tempore ad oblationem sacrificiorum erecta, Ecclesia etiam Christi ad sacram synaxim adhibuit. Lege Apostolum ad Heb., c. xiii, Tertullianum, *De orat.*, c. xiv, et I ad Uxorem, c. vii, Cyprianum epist. lxxvi, altaria tanquam primitus condita commemorantes. Ligna initio fuisse constat, sed aliqua pro locorum opportunitate fuisse lapidea censet, lib. I *Rerum liturg.*, c. xx, cardinalis Bona. Idem præcedenti capite xix ab apostolorum ætate templa extitisse, et etiam a pontificibus consecrata, plerumque tamen constructa in cœmeteriis cryptisque martyrum (unde martyria quoque dicebantur) multiplices eruditione demonstrat. Quenam extiterint in urbe Roma docebit Aringhus. Primam vero christianorum ecclesiam fuisse aiunt domum, in qua Dominus celebravit postremum Pascha, et instituit Eucharistiam. Illic ordinatos septem diaconos, et consecratum Jacobum primum, jerosolymitanum episcopum, tradit Nicephorus, lib. II, cap. iii, ductus testimonio, non satis explorato, Evodii, episcopi antiocheni, qui primus post Petrum sedit Antiochiæ, ut ait Eusebius, libro III *Hist. eccl.*, cap. xxii.

est *Judas Galilæus*, qui concitaverat ad arma Judæos. 8, dejectus pontificatu *Joazar*, et substitutus *Ananus*, profanatum a Samaritanis templum, ossibus mortuorum ubique sparsis. 9, lata ab Augusto in cœlibes lex *Papia Poppæa*; confectum a Tiberio bellum Pannonicum; extinctus in Germania cum tribus legionibus *Quintilius Varus*. 10, *Tiberius* suo, Drusique fratris nomine, dedicavit Romæ ædem Concordiæ, et fato functa est Solome, soror Herodis Magni. 11, in Germaniam *Tiberius* et *Germanicus* irruerunt. 12, *Annius Rufus* missus est in Judæam procurator; exauctoratus ab ipso *Ananus*, et huic suffectus est *Ismael*. Romæ *Tiberius* de Germanis triumphavit. 13, *Augustus* in decennium, veluti invitus, suscepit regimen reipublicæ. 14, idem *Augustus* lustrum condidit et Nolæ in Campania decessit. 15, *Drusus*, Tiberii filius, dictus est Cæsar. Procurator Judææ in locum Anni Rufi *Valerius Oratus* constitutus est a Tiberio. 16, *Archelaus*, Cappadociæ rex, Romam evocatus, ibi angore senioque confectus est. 17, triumphavit *Germanicus* de Cheruscis, Cattis et Angrivariis. Pulsus in exilium *Ovidius*. Ingens terræmotus in Asia. *Valerius Gratus*, detruso Ismaele, pontificem Judæorum subrogavit *Eleazarum*, filium Anani. 18, *Germanicus*, victo Orode, res Armeniæ composuit, et Jerosolymis renuntiatus a Valerio pontifex Jud. *Simon F. Camithi*. 19, discussa Romæ sibyllarum oracula; Ægyptia et judaica sacra interdicta; dirutum Isidis templum, et in Tiberim simulacrum demersum; *Germanicus* a Pisone, ut vulgo creditum, sublatus veneno. 20, *Piso* judicio postulatus sibi mortem conscivit. 21, vita functus est *P. Sulpicius Quirinus*, qui censum peregit in Syria. 22, *Cn. Sentius* e Syria revocatus, eique suffectus est *L. Pomponius Flaccus*. 23, *Ælius Sejanus* Drusum Tib. F., veneno ei per Lygdum spadonem propinato, e vita sustulit; *Livia*, Drusi conjuge, adulterio corrupta. Dejecto Simone P. Jerosolymis suffectus *Josephus Cajaphas*. 24, *Philippus Tetrarcha* instauratam Paneadem urbem vocavit *Cæsaream Philippi*. 25, *Pontius Pilatus*, revocato Valerio Grato, factus procurator Judææ¹. 26, Thraces

¹ Pilatus jubente Tiberio, anno Christi 35 vel 36, Romam venire jussus,

arcani disciplina caute servata est; unde fideles cœnæ *Thyestæ*, aliorumque criminum insimulabantur ab iis qui nesciebant quid in eorum congressu ageretur¹.

APPENDIX

DE EXTERNIS EVENTIBUS.

Per pauca ex profana historia hic ducimus subjicienda, ad Judæos Romanosque spectantia.

Anno 1 æræ christianæ *Caius* iniit consulatum in Syria. 2, *Lucius Cæsar* repentino morbo obiit Massiliæ. 3, *C. Cæsar* Tigranem Armenia expulit, præfecitque Ariobarzanem origine Medum. 4, *Augustus* renuit appellari a populo romano Dominus et adoptavit Tiberium. 5, conspecta Romæ, die 28 martii eclipsis solis, de qua Dio, libro LV. *Agrippæ*, nepoti Augusti, data toga virilis. 6, *Archelaus* Romam accersitus, et Viennam, ob tyrannidem, quam in Judæos et Samaritas exercuit, pulsus est in exilium. 7, Judæa, Samaria et Idumæa a *Sulpitio Quirinio* redactæ sunt in provinciam, et oppressus

¹ Auctor Constitutionum apostolicarum, lib. V, c. xviii, affirmat instituta fuisse ab apostolis festa dominicæ Resurrectionis, dominicæ in Albis, Ascensionis Domini et Pentecostes. Idem tradit de Paschatis custodienda vigilia. Jejunium IV Temporum esse pariter ex traditione apostolica alibi diximus, idque non uno in loco asserit Leo Magnus. Apostolorum et Stephani protomartyris festa indicta fuisse a discipulis ipsorum apostolorum, affirmat idem auctor Constitutionum lib. VIII, c. xxxiii.

Altaria quovis tempore ad oblationem sacrificiorum erecta, Ecclesia etiam Christi ad sacram synaxim adhibuit. Lege Apostolum ad Heb., c. xiii, Tertullianum, *De orat.*, c. xiv, et I ad Uxorem, c. vii, Cyprianum epist. lxxvi, altaria tanquam primitus condita commemorantes. Lignea initio fuisse constat, sed aliqua pro locorum opportunitate fuisse lapidea censet, lib. I *Rerum liturg.*, c. xx, cardinalis Bona. Idem præcedenti capite xix ab apostolorum ætate templa extitisse, et etiam a pontificibus consecrata, plerumque tamen constructa in cœmeteriis cryptisque martyrum (unde martyria quoque dicebantur) multiplices eruditione demonstrat. Quænam extiterint in urbe Roma docebit Aringhus. Primam vero christianorum ecclesiam fuisse aiunt domum, in qua Dominus celebravit postremum Pascha, et instituit Eucharistiam. Illic ordinatos septem diaconos, et consecratum Jacobum primum, jerosolymitanum episcopum, tradit Nicephorus, lib. II, cap. iii, ductus testimonio, non satis explorato, Evodii, episcopi antiocheni, qui primus post Petrum sedit Antiochiæ, ut ait Eusebius, libro III *Hist. eccl.*, cap. xxii.

est *Judas Galilæus*, qui concitaverat ad arma Judæos. 8, dejectus pontificatu *Joazar*, et substitutus *Ananus*, profanatum a Samaritanis templum, ossibus mortuorum ubique sparsis. 9, lata ab Augusto in cœlibes lex *Papia Poppæa*; confectum a Tiberio bellum Pannonicum; extinctus in Germania cum tribus legionibus *Quintilius Varus*. 10, *Tiberius* suo, Drusique fratris nomine, dedicavit Romæ ædem Concordiæ, et fato functa est Solome, soror Herodis Magni. 11, in Germaniam *Tiberius* et *Germanicus* irruerunt. 12, *Annius Rufus* missus est in Judæam procurator; exauctoratus ab ipso *Ananus*, et huic suffectus est *Ismael*. Romæ *Tiberius* de Germanis triumphavit. 13, *Augustus* in decennium, veluti invitus, suscepit regimen reipublicæ. 14, idem *Augustus* lustrum condidit et Nolæ in Campania decessit. 15, *Drusus*, Tiberii filius, dictus est Cæsar. Procurator Judææ in locum Anni Rufi *Valerius Oratus* constitutus est a Tiberio. 16, *Archelaus*, Cappadociæ rex, Romam evocatus, ibi angore senioque confectus est. 17, triumphavit *Germanicus* de Cheruscis, Cattis et Angrivariis. Pulsus in exilium *Ovidius*. Ingens terræmotus in Asia. *Valerius Gratus*, detruso Ismaele, pontificem Judæorum subrogavit *Eleazarum*, filium Anani. 18, *Germanicus*, victo Orode, res Armeniæ composuit, et Jerosolymis renuntiatus a Valerio pontifex Jud. *Simon F. Camithi*. 19, discussa Romæ sibyllarum oracula; Ægyptia et judaica sacra interdicta; dirutum Isidis templum, et in Tiberim simulacrum demersum; *Germanicus* a Pisone, ut vulgo creditum, sublatus veneno. 20, *Piso* judicio postulat sibi mortem conscivit. 21, vita functus est *P. Sulpicius Quirinus*, qui censum peregit in Syria. 22, *Cn. Sentius* e Syria revocatus, eique suffectus est *L. Pomponius Flaccus*. 23, *Ælius Sejanus* Drusum Tib. F., veneno ei per Lygdum spadonem propinato, e vita sustulit; *Livia*, Drusi conjuge, adulterio corrupta. Dejecto Simone P. Jerosolymis suffectus *Josephus Cajaphas*. 24, *Philippus Tetrarcha* instauratam Paneadem urbem vocavit *Cæsaream Philippi*. 25, *Pontius Pilatus*, revocato Valerio Grato, factus procurator Judææ¹. 26, Thraces

¹ Pilatus jubente Tiberio, anno Christi 35 vel 36, Romam venire jussus,

domuit *Sabinus*. 27, *Herodes Antipas* Præcursorem carcere Macherunte detinuit. 28, deducitur ab hoc anno *victoriana periodus*, quæ cum annis æræ vulgaris conjungitur, si ab his anni 27 detrahantur. 29, obiit *Livia*, mater Tiberii, 86 anno ætatis suæ. 30, *Sejanus*, dissimulante Tiberio, honoribus afficitur a senatu. 31, idem e curia in carcerem abductus occiditur, ejusque cadaver in Tiberim demergitur. Judæis infensissimum appellat *Philo de legatione ad Caium*. 32, *Junius Gallio*, immodicus Tiberii adulator, damnatus exilio. 33. Mortuo Pomponio Flacco, præfecto Syriæ, successit *L. Vitellius*. 34, obiit *Philippus Tetrarcha*. 35, in locum *Cajaphæ Vitellius* pontificem renunciavit *Jonatham, Anani F.* 36, visam in Ægypto phœnicem *Dio, Plinius et Solinus* testantur. 37, mortui Tiberii successor *Caligula*, Judææ procuratorem loco Pontii Pilati constituit *Marulum*. 38. *Caligula* ad mortem adegit *Macronem P. P. Flaccum*, hujus amicum, in Andrum insulam relegavit. 39, *Herodes Antipas* expoliatus est tetrarchia, et Lugdunum prius, tum in Hispaniam relegatus. 40, orta Alexandria inter Judæos et Græcos seditione, *Philo* Judæus et *Apion* grammaticus Romam venerunt. *Agrippa* a Caio patris Herodis tetrarchiam obtinuit. 41, Caio Caligula occiso a Cassio, *Claudius Cæsar* Agrippam catena aurea donavit, atque is Jerosolymam reversus, amoto a sacerdote Theophilo, Anani F., substituit *Simonem*, cognomento *Cantharam*. 42, revocato Petronio præses Syriæ renunciatus est

misso in Judæam Darullo, qui interim procuratoris munere fungeretur. Non pervenit tamen Romam Pilatus ante obitum Tiberii, qui decessit anno 37, die 19 martii, ut diximus cap. v. Propria se manu Pilatus interfecit anno ær. vulg. 39, juxta alios an. 40. Relegatus dicitur a Caligula Viennam Galliæ. Deportatum Lugdunum scribit in *Apologia contra Galli calumnias* Franciscus Petrarcha, pag. 4079 edit. Basil. Ait ibidem Petrarcha Pilatum fuisse Gallum. Quod aiunt prætorem fuisse Areti, ubi extant *Pilati* nomine ædes, crediderim esse popularem credulitatem.

Prætermisimus hujus sæculi eventus alios complures, nempe ingentem in Asia terræmotum anno juxta Eusebium 20, incensum theatrum Pompeii, anno 23, perniciosam amphitheatri ruinam in urbe Fidenatum cum magna hominum clade, memoratam a Tacito, allatam ex Ægypto miræ pulchritudinis phœnicem, de qua idem Tacitus, Dio ac Plinius, Lugdunum incendio conflagratum, *Aproniano Capitone* coss., id est, anno Christi 59, etc.

Vibius Marsus. Agrippa Simonem exiit pontificatu, quem contulit *Matthiæ*, fratri Jonathæ. Romæ laboratum maxima frumenti penuria. 43, invasit *Claudius*, domuitque Britanniam; ademptum Matthiæ pontificatum Agrippa *Max Elionæo* dedit. Fames prænunciata ab Agabo irrupit. 44, triumphavit *Claudius* de Britannis; illi Romæ, et in Galliis arcus triumphalis decretus; *Messalinæ* ejus uxoris Carpentum, ut olim *Liviæ A.* concessum. Obiit Judææ rex *Agrippa*, regni que procurator missus est *Cl. Cuspius Fadus*, cui successit *Cassius Langinus*. 45, *Agrippa junior* jus in templum, et sacrum ærarium consecutus, pontificatu decoravit *Josephum Caneï F.* 46, *Messalina*, Claudii conjux, veneno sustulit *M. Vinucium* recusantem cum ipsa stupri consuetudinem. *Helena* Adiabenes, in veteri Syria regina, laborantes fame Judæos juvit, quod et fecit *Izates*, rex, illorum religionem amplexus. 47, C. Silio Nervæ *Messalina* palam in urbe nupsit, raptoque Silio ad supplicium, impurissima fœmina occisa est in hortis lucullianis. Post Cuspium Fadum Judæam administravit *Tiberius Alexander*. Opera *Herodis* regis Chalcidis pontificatus a Josepho, Caneï F., translatus in *Ananiam filium Nebedæi*. 48, *L. Annæus Seneca* e Corsica, quo eum Caligula relegarat, a Claudio revocatus hortatu uxoris suæ, instituendæ pueritiæ *Neronis F.* præficitur. In procuratione Judææ Tiberio Alexandro successit *Ventidius Cumanus*, et per id temporis naturæ concessit *Herodes rex Chalcidis*. 49, missus ad regendam Samariam *Ant. Claudius Felix*, Claudii imp. libertus, regnumque Chalcidis Agrippæ juniore collatum est: Judæi Roma expulsi. *Seneca* gessit præturam. 50, *Claudius* opera Pallantis liberti adoptavit Domitium Neronem. 51, præfuit Syriæ *F. Vinidius Quadratus*; Parthi in Armeniam irruerunt, collatumque Neroni fuit imperium proconsulare. 52, propter cujusdam Galilæi cadem, magni Judæos inter ac Samaritas excitati tumultus. *Claudius* edidit *Naumachiam*; Nero *Octaviam*, Claudii filiam, duxit uxorem. 53, propter rixas Samaritarum venerunt Romam *Jonathas*, *Ananias* et *Ananus*, principes sacerdotum; Agrippæ præter regnum Chalcidis data *Philippi tetrarchia*. 54, extincto

Claudio, successit *Domitius Nero*, ejus gener, filiusque Agrippinæ. 55, latronibus, magis, et impostoribus referta Judææ, quam *Felix* præfectus animadvertendo in improbos purgare curavit. Interfectus tamen eo hortante etiam *Jonathas* pontifex a Dora Jerosolymitano. 56, Corinthii scortis liberius abutebantur. 57, *Demetrius* faber argentarius Dianæ Ephesiæ conflabat et vendebat ædículas. 58. Parthi rursus cum Romanis pro Armenia certarunt. 59, subortam Cæsaræ seditionem inter Judæos ac gentiles, utrisque urbem illam esse suam asserentibus. *Felix* minaci edicto studuit compescere. 60, revocato Felici successor datus est *Porcius Festus*, qui latrones provinciam infestantes jussit comprehendi. *Agrippa* pontificatum contulit *Ismaeli Phabei F.* 61, propter magnum cœnaculum ab eodem Agrippa ædificatum prope *Xystum*, unde prospiciebat quidquid agebatur in templo, in regem Jerosolymitani proceres surrexere. 62, *Nero*, dimissa Octavia causans sterilitatem et relegata in Pandatariam, uxorem duxit *Poppæam Sabinam* ¹. Exauctorato Jerosolymis Ismaele, pontifex creatus est ab Agrippa *Josephus Simonis F.*, cognomine *Cabeus*, ac Porcio Festo defuncto successor missus a Nerone *Albinus*. 63, *Vologeses* Syriam occupans repellitur a *Corbulone* proconsule; rex *Agrippa* pontificem max. nominavit *Jesum F. Gamalielis*, post *Jesum* alterum *F. Damnæi*. 64, *Nero*, ut cerneret Trojæ ardentis imaginem, Romam incendit, et ad invidiam declinandam jussit christianos exquisitissimis pœnis affici. 65, interfecti a Nerone *Lucanus* poeta et *Seneca* præceptor suus; *Poppæa* etiam gravida ictu calcis perempta. Jerosolymis vacca ad aram mactanda peperit agnum; visæ per aerem discurrentes igneæ

¹ Rapuit postea Nero Statiliam Messalinam, uxorem Attici Vestini consulis, ipso nuptiarum tempore trucidato. Vim intulit Rubriæ, virgini vestali, et Sporum exsecris virilibus duxit in conjugem, imò et ipse nupsit liberto Doryphoro. Turpissima patravit alia; de quibus Dio, Suetonius, Tacitus. Matris Agrippinæ cædem Nero mandavit Aniceto centurioni, corpusque parentis, vulneribus confossum ac denudatum, inspicere ausus est. Apposita fuit ad Agrippinæ statuam tabella cum hac inscriptione: *Ego quid potui? Sed tu culeum meruisti.* Pœnam scilicet parricidæ descriptam a Tullio in Orat. pro Sex. Roscio Amerino. Vide Pompeiam legem Digest., lib. XLVIII, titulo IX, I. *Quamquam.*

phalanges, atque vox illa excedentium angelorum, *Migremus hinc.* 66, vexante *Gessio Floro* Judæos, hi contra Romanos delectis belli ducibus arma sumpserunt, 67, *Vespasianus*, inita contra Judæos expeditione, recuperavit Galilæam, Jotapatam expugnavit, urbes alias in deditionem recepit, adaucto Romanorum exercitu legionibus, quas Titus ejus filius abduxit Alexandria. 68, *Vespasianus*, compositis Galliarum motibus, in Judæam redux Jerichuntem occupavit, misitque Cæsarea Romam Titum, ut *Galbæ*, qui successit Neroni, gratularetur imperium, et novi principis jussa capesseret. 69, *Titus* audita, dum præternavigaret Achaïam, cæde *Galbæ*, remeavit ad patrem; extincto autem Vitellio, *Vespasianus* ad imperium evehitur, dum adhuc moraretur in Syria. 70, patre in Italiam reverso, *Titus* Jerosolymas cinxit obsidione, paulo ante diem Azymorum, concurrentem cum 14 aprilis; eandemque urbem penitus occupavit die 8 *Gorpiæi*, seu 1 septembris. 71, *Titus* ac pater de subacta Judæa triumpharunt. Missus in ipsam Judæam legatus Cæsaris *Lucilius Bassus*. Indictus *fiscus judaicus*, id est, jussi Hebræi, ubicumque degerent, pendere Capitolio binas drachmas, quas antea templo solvebant. 72, *Nazarei*, qui legem et Evangelium servabant, sunt appellati. 73, sublato e vivis Lucilio Basso, Judææ obtinuit regimen *Flavius Silva*. Sexcenti sicarii ad *Lupum* Ægypti præsidem adducti sunt puniendi. 74, *Jonathas* Judæus Cyrenenses pauperes in solitudinem adduxit, quasi illic miracula patraturus; at detecta ac punita est impostura. 75, advenit Romam *Berenices*, Agrippæ majoris filia, quam Titus adamavit, et in Palatio detinuit, quod cum ægre ferrent Romani, invitus invitam dimisit. 76, claruit *Q. Asconius Pedianus* historicus. 77, natus est imp. *Hadrianus*. 78, obiit Ravennæ *S. Apollinaris* martyr. 79, *Vespasianus* in villa sua apud Sabinos profluvio ventris extinguitur. Imperat *Titus*. Vesuvii incendium in Campania vicinas urbes hominesque combussit. 80, extruxit *Titus*, dedicavitque Romæ amphitheatrum ac thermas. Pantheon et templa Serapidis, Isidis et Neptuni flamma vastavit. 81, *Domitianus*, imperium indeptus, septembrem *Germanicum*, octobrem *Domitianum* dici voluit;

vites in urbe seri prohibuit; pepulit inde philosophos et mathematicos. 82, in Germaniam *Domitianus* cum exercitu profectus rediit ut victor, cum nullo hoste congressus. 83, tres virgines vestales ob stuprum vivæ defossæ sunt. 84, florebat hoc tempore *Apollonius Tyaneus*, sophista, mendaciis ineptisque celebris, cujus vitam descripsit *Chilostratus*. 85, *Domitianus* consul. XI de Catts, Dacis et Germanis triumphum egit. 86, institutus fuit primus agon Capitolinus. 87, *Deum* se ac *Dominum* appellavit *Domitianus*. 88, celebrati fuerunt ludi sæculares et Daci rursus bello devicti. 89, cœpit, ut inquit *Tacitus*, per intervalla ac spiramina *Domitianus*, interfectis viris illustribus, rempublicam exhaurire. *L. Antonius*, præfectus Germaniæ, rebellavit, et a *L. Maximo* superatus et captus. 90, decennialia *Domitiani* celebrata fuere. 91, *Apollonius*, conjectus in carcerem et postea adductus ad Cæsarem, fertur ab hujus oculis evanuisse. Ædificata hoc anno Capitolium, Stadium, Forum transitorium, horrea piperatoria, fanumque *Minervæ*. 92, *Cornelia Maximilla*, vestalis, viva ob stuprum defossa fuit. 93, cœpit *Domitianus* omnis sævitiæ genere vexare christianos. 94, exornabat hoc anno *Flav. Josephus* libros *Antiq. judaicarum*. 95, lapidibus strata est via, quæ est inter *Puteolos* et *Sinuessam*. 96, libertinorum conspiratione, nec uxore ignara, *Domitianus* interfectus est 14 kal. octobris. 97, initio principatus *Nervæ*, decreto S. C. revocati ab exilio fuerunt quos relegaverat *Domitianus*. Sublata item judaici fisci calumnia. Adopatus a Cæsare *M. Ulpus Trajanus*. 98, obiit *Nerva*, tenuitque *Trajanus* rerum habenas. 99, adveniens *Trajanus* Romam congiarium distribuit, et a S. P. Q. R. *Optimus* appellatur. 100, proficiscitur *Trajanus* ad bellum dacicum. *C. Plinius Secundus* consul suffectus fuit cum *Cornuto Tertullo* a kalendis septembris.

Floruerunt primo Christi sæculo litteris *Pub. Ovidius Naso*, Sulmonensis, poeta facilis ac tersus, sed in elegiis paulo lascivior. *Titus Livius* Patavinus, romanæ pater historiæ, cui ab *Asinio Patavinitas* objecta. *Strabo*, veterum historiarum accuratus collector. *Phædrus*, Thrax, libertus Augusti, festi-

vissimus et latinissimus fabulator. *M. Annæus Seneca*, philosophus, declamator et rhetor. *Valerius Maximus*, dictorum factorumque memorabilium collector, Ciceroni tam similis aiebat *Erasmus*, quam mulus homini. *C. Velleius Paterculus*, romanus historicus, luculentus, pressus ac nitidus. *Philo*, judæus alexandrinus, sententiis locuples ac dissertissimus, Platoni ab aliquibus comparatus. *Aulus Persius Flaccus*, Volaterranus, satyricus, acutus quidem, sed obscurus. *Pomponius Mela*, Hispanus, geographus elegans et accuratus. *Lucius Junius Moderatus Columella*, Gaditanus, qui de re rustica, agrorumque cultu, neque rustice, neque inculte pertractavit. *M. Annæus Lucanus*, Cordubensis, oratoribus potius quam poetis annumerandus, quamvis carmine scripserit, mascula et concitata dictione. *T. Petronius Arbiter*, eques romanus, scriptor purissimæ, ut inquit *Vossius*, impuritatis. *C. Silius Italicus*, qui majori cura quam ingenio carmina scripsisse fertur. *C. Valerius Flaccus*, Campanus, qui *Apollonium* imitatus, cecinit Argonauticem. *Plinius Secundus*, Veronensis, appellatus a *Budæo* veritatis antistes, censorque liberrimus. *Q. Curtius Rufus*, rerum ab *Alexandro Macedone* gestarum candidus et elegans enarrator. *Epitectus*, Hieropolitanus, philosophus stoicus, cujus *Enchiridion* dici solet *anima moralis philosophiæ*. *M. Valerius Martialis*, Hispanus, a quo conscripta epigrammata sale, felle, verborumque licentia. *M. Fabius Quintilianus*, Calaguritanus, instituendæ pueritiæ artifex et eloquentiæ magister. *Sextus Julius Frontinus*, vir consularis, expolitus et minime verbosus geometra. *Pub. Papinius Statius*, Neapolitanus, poeta cultissimus, prope ad virgilianam majestatem accedens. *Fl. Josephus*, sacerdotali regioque sanguine editus, quem *S. Hieronymus* græcum *Livium* appellat. *Decius Junius Juvenalis*, Aquinas, in satyris, judicio *Scaligeri*, tanto melior *Horatio*, quanto *Horatius Lucilio* ¹.

¹ Fertur eodem anno, quo *Ovidius*, natus Romæ, *Albius Tibullus*, *Hirtio* et *Pansa* coss., ab U. C. 711. Utriusque amicus fuit *Sex. Aurelius Propertius*, ex *Mevania*, *Umbriæ* oppido. Floruerunt eodem tempore *Cassius Severus*, *Parmensis*, *Domitius*, *Marsus* et alii, ut *Athenodorus Tarsensis*, *Socion*

Commemoravimus in fine capitis iv *Acta Pilati*, et diximus non unum de iis esse virorum eruditissimorum iudicium. Eadem quidem *Acta* extitisse compertum est; eadem etenim laudant Justinus martyr in secunda apologia ad Antoninum Pium, Tertullianus, *Adversus gentes*, cap. xxi, et Eusebius, libro II *Hist. eccl.*, cap. ii. Adulterarunt ea tamen *Acta*, tum hæretici, ut inquit S. Epiphanius, *Hær.* i, num. 4, tum gentiles, ut narrat prælaudatus Eusebius, lib. IX, cap. v. Hac de re *Acta Pilati*, quæ citato cap. iv inter dubia rejecimus, isto in loco rursus citavimus. *Plinium secundum*, qui hoc labente sæculo et inchoato sequente floruit, appellavimus, *Veronen-* sequuti, Christophorum Landinum, qui ejus historiam donavit italica lingua, et hanc esse testatur opinionem multorum, innixam auctoritate ejusdem Plinii, qui sibi communem patriam esse testatur cum Valerio Catullo, proculdubio veronensi. Vide Prolegomena Cl. J. Antonii Vulpii in Catullum, cap. iv. At complures Plinium *Novocomensem* fecerunt. Nolumus huic urbi talem auferre concivem. *Plinii* hoc sæculo mentionem fecimus, quoniam Domitiano imperatori historiam suam nuncupavit.

Alexandrinus, magister Senecæ, præstantis philosophi. Grammatici item *Theon* et *Apion*, Alexandria Romam profecti. *M. Verrius Flaccus*, *Menelaus*, de quo Genebrardus; oratores per celebres *Q. Atherius*, *Cassius Severus*, *Clodius*, Arelatensis *Succulus*, Tolosanus, atque poetæ haud obscuri *Petronius* impurissimus, *Julius Pomponius*, tragicus, comparatus Pindaro, *Sulpicia* matrona, etc. Claruit quoque imperante Augusto (nescio an ad Christi ætatem pervenerit) *Manilius*, cujus opera perfectum obeliscum ad deprehendendas solis umbras, ætate nostra effossum in campo Martio, colligimus ex Plinio, libro XXXVI, cap. ix. A Manilio, qui carmine tradidit astronomiam, discernendus videtur. Synchronus huic *Strabo* Cretensis, *Pomponius Mela*, cosmographus, *Priscianus* Cæsarensis, et *C. Julius Solinus*, grammatici, prælaudatus *Plinius II*, Veronensis, ad imp. Domitianum libris XXXVII, historiarum conscriptis, *Theo* Smyrnæus, aliique hoc primo sæculo cessisse fati dicuntur. Inter quos memorandus *Aurelius Cornelius Celsus*, rei medicæ peritissimus, qui floruit sub Tiberio, sive ut aliis placet, imperante Nerone, integro ante Galenum sæculo, etc.

SECUNDUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

DE ROMANÆ ECCLESIAE PASTORIBUS.

Romanam Ecclesiam secundo sæculo gubernarunt *Anacletus*, *Evaristus*, *Alexander*, *Sixtus*, *Telesphorus*, *Hyginus*, *Pius*, *Anicetus*, *Soter*, *Eleutherus* et *Victor*.

V. Anacletus Atheniensis, quem ob nominis similitudinem nonnulli confundunt cum Cleto, sedit post Clementem annis 2, computato tempore, quo Clementis in Chersonesum deportati, gessit vices. Obiit itaque anno 100, Trajano A. III et Julio Frontino coss., dicata in Vaticano sacra æde Petri¹.

VI. Post Anacletum Ecclesiam rexit S. *Evaristus*, Bethlehemita, annis 9, nempe usque ad annum 109, quo consules extiterunt A. *Corn. Palma II* et C. *Calvisius Tullus II*, coss. Distributi ab Evaristo Tituli presbyteris, sacra nempe loca concionibus et sacramentis administrandis percommoda.

VII. Successit S. *Alexander*, Romanus, cui ritum benedi-

¹ *Anacletum* post Clementem recensent ii quoque, qui *Cletum* omiserunt, ut lib. II *Contra Parmen.* Octatus, et epistola clxy ad Generosum Augustinus. In vetustissimis autem diptychis romanæ Ecclesiæ et in melioris notæ catalogis pontifices hoc ordine numerantur: *Petrus*, *Linus*, *Cletus*, *Clemens*, *Anacletus*. Auctor Carminis contra Marcionem Anacletum præponit Clementi. Nonnulli Græcorum pro Ἀνακλήτω, quod idem sonat ac *revocato*, scripsere Ἀναγλήτω, *inculpato* scilicet seu *irreprehenso*. Hinc Papebrochius contendens Cletum et Anacletum fuisse eundem pontificem, inquit, Lini successorem Cletum ab Urbe expulsam a Vespasiano, suadente Musonio, cessisse pontificatum Clementi, ipsoque Clementem jussu Domitiani pulso in exilium, rursus Cletum pristinam sedem occupasse, ideoque appellatum fuisse *Anacletum*, nempe in apostolicam cathedram *revocatum*. Verum istiusmodi conjecturis, quibus certiora testimonia adversantur, innitendum non esse alii nos admonent.

Commemoravimus in fine capitis iv *Acta Pilati*, et diximus non unum de iis esse virorum eruditissimorum iudicium. Eadem quidem *Acta* extitisse compertum est; eadem etenim laudant Justinus martyr in secunda apologia ad Antoninum Pium, Tertullianus, *Adversus gentes*, cap. xxi, et Eusebius, libro II *Hist. eccl.*, cap. ii. Adulterarunt ea tamen *Acta*, tum hæretici, ut inquit S. Epiphanius, *Hær.* i, num. 4, tum gentiles, ut narrat prælaudatus Eusebius, lib. IX, cap. v. Hac de re *Acta Pilati*, quæ citato cap. iv inter dubia rejecimus, isto in loco rursus citavimus. *Plinium secundum*, qui hoc labente sæculo et inchoato sequente floruit, appellavimus, *Veronen-* sequuti, Christophorum Landinum, qui ejus historiam donavit italica lingua, et hanc esse testatur opinionem multorum, innixam auctoritate ejusdem Plinii, qui sibi communem patriam esse testatur cum Valerio Catullo, proculdubio veronensi. Vide Prolegomena Cl. J. Antonii Vulpii in Catullum, cap. iv. At complures Plinium *Novocomensem* fecerunt. Nolumus huic urbi talem auferre concivem. *Plinii* hoc sæculo mentionem fecimus, quoniam Domitiano imperatori historiam suam nuncupavit.

Alexandrinus, magister Senecæ, præstantis philosophi. Grammatici item *Theon* et *Apion*, Alexandria Romam profecti. *M. Verrius Flaccus*, *Menelaus*, de quo Genebrardus; oratores per celebres *Q. Atherius*, *Cassius Severus*, *Clodius*, Arelatensis *Succulus*, Tolosanus, atque poetæ haud obscuri *Petronius* impurissimus, *Julius Pomponius*, tragicus, comparatus Pindaro, *Sulpicia* matrona, etc. Claruit quoque imperante Augusto (nescio an ad Christi ætatem pervenerit) *Manilius*, cujus opera perfectum obeliscum ad deprehendendas solis umbras, ætate nostra effossum in campo Martio, colligimus ex Plinio, libro XXXVI, cap. ix. A Manilio, qui carmine tradidit astronomiam, discernendus videtur. Synchronus huic *Strabo* Cretensis, *Pomponius Mela*, cosmographus, *Priscianus* Cæsarensis, et *C. Julius Solinus*, grammatici, prælaudatus *Plinius II*, Veronensis, ad imp. Domitianum libris XXXVII, historiarum conscriptis, *Theo* Smyrnæus, aliique hoc primo sæculo cessisse fati dicuntur. Inter quos memorandus *Aurelius Cornelius Celsus*, rei medicæ peritissimus, qui floruit sub Tiberio, sive ut aliis placet, imperante Nerone, integro ante Galenum sæculo, etc.

SECUNDUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

DE ROMANÆ ECCLESIAE PASTORIBUS.

Romanam Ecclesiam secundo sæculo gubernarunt *Anacletus*, *Evaristus*, *Alexander*, *Sixtus*, *Telesphorus*, *Hyginus*, *Pius*, *Anicetus*, *Soter*, *Eleutherus* et *Victor*.

V. Anacletus Atheniensis, quem ob nominis similitudinem nonnulli confundunt cum Cleto, sedit post Clementem annis 2, computato tempore, quo Clementis in Chersonesum deportati, gessit vices. Obiit itaque anno 100, Trajano A. III et Julio Frontino coss., dicata in Vaticano sacra aede Petri¹.

VI. Post Anacletum Ecclesiam rexit *S. Evaristus*, Bethlehemita, annis 9, nempe usque ad annum 109, quo consules extiterunt *A. Corn. Palma II* et *C. Calvisius Tullus II*, coss. Distributi ab Evaristo Tituli presbyteris, sacra nempe loca concionibus et sacramentis administrandis percommoda.

VII. Successit *S. Alexander*, Romanus, cui ritum benedi-

¹ *Anacletum* post Clementem recensent ii quoque, qui *Cletum* omiserunt, ut lib. II *Contra Parmen.* Octatus, et epistola clxy ad Generosum Augustinus. In vetustissimis autem diptychis romanæ Ecclesiæ et in melioris notæ catalogis pontifices hoc ordine numerantur: *Petrus*, *Linus*, *Cletus*, *Clemens*, *Anacletus*. Auctor Carminis contra Marcionem Anacletum præponit Clementi. Nonnulli Græcorum pro Ἀνακλήτω, quod idem sonat ac *revocato*, scripsere Ἀναγλητὸ, *inculpato* scilicet seu *irreprehenso*. Hinc Papebrochius contendens Cletum et Anacletum fuisse eundem pontificem, inquit, Lini successorem Cletum ab Urbe expulsam a Vespasiano, suadente Musonio, cessisse pontificatum Clementi, ipsoque Clementem jussu Domitiani pulso in exilium, rursus Cletum pristinam sedem occupasse, ideoque appellatum fuisse *Anacletum*, nempe in apostolicam cathedram *revocatum*. Verum istiusmodi conjecturis, quibus certiora testimonia adversantur, innitendum non esse alii nos admonent.

cendi et adspargendi lustralem aquam attribuunt. Seditque annis 8 usque ad consulatum *Quinctii Nigrii et Aproniani*, nempe usque ad annum Chr. 117¹.

VIII. Deinde pontificatum tenuit *S. Sixtus I*, qui post decennium subiit martyrium anno 127, consulatum gerentibus *Gallicano et Cælio Titiano*. Trisagion liturgiæ a Sixto additum, formatasque litteras, unionis Ecclesiarum tesseram, aiunt indictas.

IX. Administravit deinde Ecclesiam *S. Telesphorus*, natione Græcus, ab anno 127 usque ad annum 138, intervallo undecim annorum; eremiticæ vitæ olim cultor, jejunii quadragesimalis inculcator, et coronatus martyrio in consulatu *Sulpitii Camerini* et *Q. Nigri Magni*.

X. Episcopatum tum obtinuit *S. Hyginus*, natus Athenis, post 4 annos, nempe an. 142, coss. *Rufino* et *Quadrato*, damnato Cerdone, compositoque Clero, martyr effectus.

XI. Subrogatus Hygino *S. Pius I*, Aquileiensis. Is iussit, ut Pascha die dominico juxta traditionem apostolicam celebraretur, et postquam sedisset annis 16, non exactis, in consulatu *M. Cejonii Silvani* et *C. Serii Augurini*, nempe anno 156, aut sequenti, pro Christo sanguinem fudit.

XII. Rexit postea Ecclesiam per annos 12 *S. Anicetus*, natione Syrus, qui anno 168 in *Paulli* et *Montani* consulatu, fuit præclara morte sublatus.

XIII. Deinde episcopatum Urbis suscepit *Soter*, Fundis in Campania ortus, beneficentia in christianos ad metalla damna-

¹ Henschenius, in *Apparatu ad chronologiam pontificiam*, et Papebrochius, in *Conatu chronico historico*, tradunt sedisse Alexandrum a consulatu *Cornelii Palmæ* et *C. Calvisii Tulli*, id est, ab anno 109 usque ad cons. *Emilii Æliani* et *Lucii Antistii Veteris*, nempe ad annum 116 exactum. Innotuntur antiquo catalogo, conscripto tempore *Liberii* papæ, Alexandrum coronatum martyrio anno 117, quinto nonas maias, alii tradunt. Uterque Pagius statuit *Anacletum* inauguratum pontificem Maximum anno 83, *Evaristum* anno 93, Alexandrum anno 108, *Sixtum* 116, *Telesphorum* 126, *Hyginum* 137, *Pium* 141, *Anicetum* 151, *Soterem* 161, *Eleutherum* 170 et *Victorem* anno 183. Nos præmissa sæculo i chronologia ad hanc impulit supputationem. Figentes tamen *Soteris* obitum in anno 177, *Eleutheri* in anno 192, hujusque sæculi exitum in anno *Victoris* 9, consentientes habemus viros clarissimos.

tos et in exilium detrusos clarissimus; cujus beata mors contigit octo regiminis annis expletis, id est, anno Domini 177, coss. *Aurelio Commodo* et *Plautio Quintillo*.

XIV. Sedit postea *S. Eleutherus*, Nicopolitanus, usque ad annum 192, quo anno expletis episcopatus sui annis 15, *Commodo A. VII* et *Pertinace II coss.*, sancto fine quievit¹.

XV. Victor, Afer, fuit successor Eleutheri, cui gravis cum Asiaticis de die cebrandi Paschatis contentio². Decessit autem pontificatus sui anno 10, et æræ christianæ 201, *L. Annio Fabiano* et *M. Nonio Muciano* gerentibus consulatum.

PATRIARCHARUM NOMINA.

Secundo sæculo Alexandria post *Cerdonem* sederunt *Primus*, *Justus*, *Hymenæus*, *Marcianus*, *Celadion*, *Agrippinus*, *Julianus* et *Demetrius*; Antiochiæ post *Ignatium*, *M. Hero*, *Cornelius*, *Heros*, *Theophilus*, *Maximus* et *Serapion*; Jerosolymis post *Simeonem*, *Justus*, *Zachæus*, *Tobias*, *Benjamin*, *Joannes*, *Matthias*, *Philippus*, *Seneca*, *Justus II*, *Levi*, *Ephras*, *Joses*, *Judas*³, *Marcus*, *Cassianus*, *Publius*, *Maximus*, *Julianus*, *Gajanus*, *Symmachus*, *Gajus*, *Julianus II*, *Capito*, *Maximus II*, *Antonius*, *Valens*, *Dolichianus*, *Narcissus*.

CAPUT II.

DE SECUNDI ECCLESIE SÆCULI CONCILIIS.

Qui de conciliis pertractant, solent communiter unum dumtaxat coactum *Romæ* a *Victore*, circa annum 198 commemorare; in quo statutum fuit, non alia die celebrandum esse Pascha quam dominica ad martii plenilunium sequente.

¹ Eusebius, lib. V *Hist. eccl.*, cap. vi, enumeratis romanis pontificibus usque ad *Eleutherum*, inquit, *Valesio* interprete: « Hac serie et successione tum traditio apostolorum in Ecclesia, tum veritatis prædicatio ad nos usque pervenit. » Ex legitima pontificum successione comprobari veritatem apostolicarum traditionum, docet etiam *S. Irenæus*, lib. III *Ado. Hær.*, cap. ii et iii.

² Ante *Victorem*, quo die celebrandum sit Pascha, definierat *S. Pius*. Vide *Spondanum* ad annum 179.

³ Qui sequuntur, non fuerunt *Judæi* genere.

De eadem tamen re plura alia circa idem tempus habita fuerunt concilia, quæ lib. V, c. xxiii et seq., laudat Eusebius, *cæsareense* in Palestina sub Theophilo, in *Ponto* Ecclesiarum provinciæ Osdroenæ sub Palma, *corinthiacum* sub Bacchyllo, *lugdunense* sub Irenæo. Concilia hæc omnia Victoris romanæque synodi comprobavere sententiam.

Contra *ephesina* Asiaticorum synodus sub Polycrate statuit Pascha celebrandum luna 14, in quamcumque hebdomadæ diem incidisset.

Auctor libri *Prædestinati* et Balusius meminerunt synodi *pergamensis* sub Theodoto, adversus hæresim Colorbasi, paulo post describendam. At eruditi de hujus synodi tempore non consentiunt.

In libello *synodico* recensetur quoque concilium *hieropolitanum* sub Apollinario contra Montanum et Theodotum Coriari, atque hoc concilium a nonnullis refertur ad annum Christi 173.

Meminerunt nonnulli concilii cujusdam *Siciliæ*, sub Eustathio, episcopo Lilybæorum, ac Theodoro Panormitano, adversus Heracleonem hæreticum.

CAPUT III.

HERETICI SECUNDI SECVLI RECENSENTUR.

Agmen hæreticorum hujus sæculi ducit *Carpocrates*. Alexandrinum vocat Clemens Alexandrinus, Epiphanius Samosatensem, gnosticorum, hoc nomen sibi ob rerum notitiam arrogantium, conditorem Eusebius. Erupit Carpoeratis hæresis sedente in Petri cathedra Aniceto. Ea Simonis et Cerinthi innovantur figmenta, mundum non esse productum a Deo, dari transmigrationem animarum, Christum genitum esse ex concubitu, apparenter dumtaxat subiisse crucem, omnemque licitam esse incestæ libidinis turpitudinem.

Valentini hæresis fabulosa æonum procreatrix erupit imperante Antonino Pio. Fuit autem ille *Ægyptius*, patria Phrebonites. Fuerunt Valentini discipuli *Secundus*, *Ptolomæus*,

Marcus, *Bordesanes*¹, *Corarbasus*, *Heracleon*, aliique nominis obscurioris, qui ad æonum fabulam addiderunt commenta Basilidis; et quod fuit gnosticorum commune placitum, negarunt fas esse subire martyrium, et Christum corpus adsumpsisse æthereum dogmatizarunt.

Fœcunda valentinianæ hæreseos fœtura; illinc enim prodire *ophitæ*, *archontici*, *caiani* et *helcesitæ*. *Ophitæ* serpentem, a quo deceptus fuit Adam, Sophiam, seu Dei sapientiam putarunt, ab eoque nomen traxerunt; Græci enim serpentem *ophin* vocant. *Archontici* spirituales substantias, tanquam cæterarum rerum principia venerabantur, ita appellati, quoniam *Archon*, idem sonat ac *princeps*. *Caiani* Cain, cæterosque turpiora perpetrantes facinora, viris melioribus præferabant. *Helcesitæ*, ab Helcesa Arabe denominati, Christum creaturam, et Spiritum sanctum fœminam ejusque sororem esse dicebant; ad vitandam mortem thura immolabant idolis; jurabant per salem, ventum et elementa, tanquam per numina, ac pulverem hærentem pedibus, sputaque quarundam muliercularum religiose colligebant et asservabant.

Enkratitæ auctorem habuerunt *Tatianum* Syrum, sophistam et oratorem illustrem, qui floruit circa annum 170. Hi, præter æones valentinianos, damnarunt conjugia, negarunt Adami salutem, et a vino, etiam in sacris mysteriis, abstinerunt, dicti propterea enkratitæ, ἀπὸ ἐγκρατεῖν, quod significat esse continentem ac temperantem.

¹ *Bardanes* juxta chronicum edessenum, in lucem editum a Cl. Asseman, Edessæ natus est anno Ch. 154. S. Epiphanius, *Hær.* lvi, vixisse ait post mortem Abgari. Falli Epiphanium censet lib. IV *Hist. Manich.* cap. ix, Beausobre, quoniam Abgarus regnavit Edessæ ab anno 152 usque annum 187. Epiphanius autem eo loci tradit Bardesanem pervenisse ad imperium Lucii Veri; at Lucius Verus, apoplexia correptus, interiit juxta Pagii chronologiam anno 169, ideoque ante obitum Abgari. Nos ita Epiphanium intelligimus, ut Bardanes vixerit sub Lucio Vero, et vitam protraxerit ultra obitum Abgari. Sunt vero plures, quibus nomen Abgari commune est; et ille, cui acceptus Bardanes, fuit Abgarus filius *Maanus*, Bardanes ad frugem revocatus dicitur. Illius et Bardesanistarum conscripsit historiam Frid. Strunzius. Addendi *Floriniani* a Florino et *Adamitæ*, quos Isaac de Beausobre excusare peculiari dissertatione conatur.

Marcion Ponticus, patria Synopensis, discipulus *Cerdonis*, hæresim disseminavit imperante Antonino Pio, appellatus *Antonianus, hæreticus sub Pio impius*. Fuerunt Marcionis dogmata, duo esse rerum omnium principia, unum bonum, alterum malum¹; inhibitionem Adæ factam de non comedendo arboris fructu, legem, prophetarumque vaticinia, principii mali opus esse; Christum umbratilem assumpsisse carnem et damnandas esse nuptias, tanquam intemperantiam ac stuprum. Quæ omnia circa annum 190, paucis immutatis adjectisque dogmatizavit *Apelles*.

Vixerat ante Apellem *Montanus* e Mysia, oppidoque contermino Phrygiæ, montanistarum seu cataphrygum parens. Duo ejus dogmata præcipua fuere: secundas nuptias a fornicatione nequaquam differre, et persecutionis tempore neminem posse fugam arripere. Illius insaniam, qua se Spiritum Paracletum, impurasque fœminas Priscillam et Maximillam divino afflatus numine prædicabat, non opus est patefacere. Montanum laqueo sibi gulam fregisse an. 172, tradit *Chronicum eusebianum*².

Accessere *Theodotus Trapezita, Theodotus alter Coriarius, Byzantinus, Artemon et Hermogenes*. Affirmavit primus Melchisedech regem Salem fuisse virtutem quamdam Christo superiorem. *Theodotus Coriarius* et *Artemon* eundem Christum nudum hominem appellarunt; *Hermogenes*, demum stoicus,

¹ Marcion Deo opposuit materiam innatam et infectam, deputavitque eidem materiæ innatam innatæ ex Tertuliano, lib. I, cap. xv. Idem statuisse Bardesanem et Manetem, asserit Epiphanius. Hinc plerique putant principium malum esse materiam innatam et informem, et ideo hanc adstruentes tradidisse mundum conditum ab angelis, quod Deo summo bono tribui nequeat creatio rerum materialium, quibus malum inhæret. Certe Hieronymus scribens ad Pammachium, ait Marcionem dogmatizasse, a Deo bono invisibilia, a Deo malo visibilia fuisse condita. Haustam hanc hæresim a Cerdone, affirmat quoque hæresi XVII S. Philastrius. Diximus alibi, duorum principiorum, boni et mali, dogma traditum olim fuisse a Zoroastre, et marcionitarum manichæorumque principia parum differre ab *Θροsmade* et *Arimanio*, Persarum *Iside* et *Osiride* Ægyptiorum, græcorumque poetarum *Pandora* et *Tiphone*.

² Montanistas, et præsertim horum unum, Proclum nomine, refutavit Caius presbyter, cujus non semel meminuit Eusebius.

pictor, falsarius et adulter, asseruit materiam Deo coæternam et improproductam.

CAPUT IV.

SECUNDI SÆCULI SCRIPTORES ECCLESIASTICI.

Permuli secundo sæculo floruerunt scriptores, quorum agmen ducit *S. Ignatius, Θεόφορος* quoque appellatus¹. Rexit is antiochenam Ecclesiam post Evodium supra annos 40, atque a Trajano, qui bellaturus cum Parthis Antiochiam pervenerat, damnatus ad bestias, et Romam missus, ibi in amphitheatro discerptus et comminutus fuit a leonibus anno 116, die 21 novembris. Septem Ignatii epistolas eruditi fere omnes post multas altercationes receperunt, ut genuinas, ad opus inscriptum *Αὐδοσυζήτις*, quod in VII libros *Constit. apost.* quidam distributum fuisse affirmarunt, nullo certo testimonio eidem adscribitur.

Sequitur *Polycarpus*², Joannis discipulus et smyrnensis episcopus, cujus una extat ad Philippenses epistola ab Eusebio, a Hieronymo, a Photio summis laudibus celebrata. In Actis Ecclesiæ smyrnensis apud Eusebium, lib. IV, dicitur flamma consumptus, VII kal. maias. Annus passionis ejus incertus, creditur a plerisque 169.

Justinus, qui gladio percussus sub M. Aurelio anno 163,

¹ An Θεόφορος dictus sit, quod fuerit puerulus in ulnas sublatus a Domino, an quia ipse Christum fide et sanctimonia gestaverit, incertum. Videtur secunda opinio probabilior; nam in ejus Martyrio quod edidit Jacobus Usseus, interrogatus Ignatius, quinam esset *Theophorus*, respondit: *Is, qui Christum gestat in pectore*. Passum *Sura* et *Senecione coss.*, id est, anno 107, ejus Acta apud Ruinart innunt. Sed vide ad hunc annum Ant. Pagium. De ignatianis epistolis egimus lib. VIII *Theol.*, cap. II. Ad illas, etiam ut editas a Vossio et Usseus, rejiciendas tanquam spurias, post Salmasium, Blondellum et Dallæum, nervos intendit in *Commentario de script. eccl.* Oudinus. Ignatii martyrium Acta apud Ruinart referunt ad an. 107, Norisius in *Epist. consulari* ad annum 113, Pagius alique ad annum 116.

² Quo anno S. Polycarpus Romam venerit, incertum est. Pearsonius id contigisse scribit anno Christi 142, Tillemontius an. 161, at cæteris antiquior Eusebius anno 137 aut sequenti.

migravit ad Dominum, ortus in civitate Samariæ Sichem, seu Neapoli Flavia, philosophus Platonius, duplici pro christianis apologia, confutatione Tryphonis Judæi, et Oratione parænetica ad Græcos, magnum sibi nomen comparavit, atque immerito dicitur a Sandio et Episcopo negasse Verbi divinitatem¹.

Pugnavit contra hæreses, præsertim valentinianam, egregio opere *S. Irenæus*, Polycarpi discipulus et episcopus lugdunensis, qui in persecutione Severi martyrii retulit palmam anno 202. Græce scripsit, non ut Erasmus putavit, latine, eumque Tertulianus contra Valent., cap. v, fuisse testatur « doctrinam omnium accuratissimum exploratorum². »

Grassante persecutione, apologetica scripta pro christiana religione ediderunt *Melito Sardinus* anno 170, *Tatianus*, *Syrus* sophista et orator anno 172, *Athenagoras*, philosophiæ platoniciæ sectator, circa annum 169, *Theophilus Antiochenus*, eodem anno ad Christum conversus, atque Hermogenis et Marcionis accerrimus insectator, *Apollinaris* Hieropolitanus, cujus libros commemorat libro IV, cap. xxvii, Eusebius, quique per eadem tempora floruit, M. Aurelio et L. Vero imperantibus, et *Aristides* et *Quadratus*, de quibus hoc unum scimus, apologias obtulisse imperatori Hadriano, qui Trajano, ut paulo infra dicemus, successit.

Inter cæteros claruit imperante Severo et vergente hoc sæculo ad finem *Tit. Fl.*, *Clemens* Alexandrinus, discipulus Panteni et præceptor Origenis, ac presbyter, non episcopus³, a

¹ Justinus cum Crescentio, philosopho cynico, de religione certavit.

² Qui Patrum traditionibus bellum indicunt, ut Dallæus, Barbeyrac, Clericus, Buddæus, alii, in priorum sæculorum scriptoribus adnotant, absurda platoniciæ philosophiæ, assertum angelorum cum mulieribus concubitum, regnum millenariorum, erroresque hujusmodi, idque ad illorum elevandam auctoritatem, sed perperam; neque enim in quæstionibus, in quibus discrepant, sed in doctrina, cui catholici dogmatis fundamenta nituntur, eorum consensionem plurimum valere affirmamus. Lege Canum lib. VII *De locis theologicis*.

³ Episcopum tamen ac præsulem dixit Jacobus Gaddius, tom. I, pagina 128; et Christianus Lupus, *Dissert. præmiali in canones nicænos*, cap. x, tradit antiquam fuisse alexandrinæ Ecclesiæ consuetudinem,

multis christianæ antiquitatis Varro appellatus. Laudantur Clementis Protrepticum ad gentes, libri tres *Pædagogici* et *Stromatum* octo. Reliqua ejus opera perierunt. Inexhaustæ doctrinæ et sacræ atque exoticæ eruditionis copia mirifice fuisse præditum, asserunt omnes, maxime Cyrillus Alexandrinus, lib. X *Contra Julianum*, et Eusebius, lib. II *De præparat. evang.*, necnon Hieronymus, *De script. eccles.*¹.

Floruerunt eodem sæculo alii per celebres, quos memorasse sat erit; nimirum *Abercius* Hierapolitanus, in cujus libro *De disciplina* apostolicum fulsisse spiritum affirmat Baronius ad an. 163, n. 15; *Dionysius*, episcopus Corinthiorum, martyrium perpeusus circa annum 170, cujus epistolas laudat, lib. IV, cap. xxiii, Eusebius; *Hegesippus* ex Judæo christianus, qui obiit imperante Commodo; ejus libri de martyrio Jacobi, fratris Domini, et Simeonis, Cleophæ filii, aliique de jerosolymitana Ecclesia et de sectis judaicis etiamnum extant. *Musanus* encratitarum ac *Modestus* marcionitarum profligator, qui ambo vivebant an. 176; *Miltiades* rhetor, qui floruit circa annum 180, dictus a Tertulliano *Ecclesiarum sophista*; *Asterius Urbanus*, insectator montanistarum, de quo Eusebius lib. V, cap. xvi; *Serapion* Antiochenus, eorumdem hæreticorum debellator et hostis; *Theophilus* Cæsareensis, qui de die celebrandi Paschatis scribebat anno 196; *Maximus*, qui adversus Marcionem disputavit de origine mali, laudatus ab Eusebio, lib. VII *Præp. evang.*,

abrogatam tamen ab Heracla patriarcha, ut omnes presbyteri episcopali consecratione decorarentur; cujus consuetudinis profert congruam quoque rationem. Sedit Heraclas III sæculo et Clemente e vivis sublato.

¹ Addendus *Aquila* Ponticus, appellatus a Hieronymo *proselytus et contentiosus interpres*, alicubi tamen laudatus, *Aristo Pellæus* Palæstinus, auctor dissertationis *Jasonis* et *Papisci*, et *Pantenus*, quem Clemens Alexandrinus ejus, ut diximus, auditor appellavit *Apim Siculam*. Item *Agrippa Castor*, debellator Basilidis, laudatus a Hieronymo in Catalogo, *Papias*, hierapolitanus episcopus, Chiliastarum auctor, *Philippus*, cretensis antistes, Marcionis confutator, *Apollonius*, senator romanus, qui scripto et sanguine pro fide Christi certavit, *Polycrates* Ephesinus Quartadecimanus, *Athenogenes*, clarus doctrina ac martyrio, *Rhodon* Asianus, Marcionis impugator, de quo Nicephorus post Eusebium et Hieronymum, *Heraclitus*, qui Commentarios edidit in Epistolas Pauli, et *Candidus*, qui scripsit in *Hexameron*, pariter ab Eusebio et a S. Hieronymo laudati.

migravit ad Dominum, ortus in civitate Samariæ Sichem, seu Neapoli Flavia, philosophus Platonius, duplici pro christianis apologia, confutatione Tryphonis Judæi, et Oratione parænetica ad Græcos, magnum sibi nomen comparavit, atque immerito dicitur a Sandio et Episcopo negasse Verbi divinitatem¹.

Pugnavit contra hæreses, præsertim valentinianam, egregio opere *S. Irenæus*, Polycarpi discipulus et episcopus lugdunensis, qui in persecutione Severi martyrii retulit palmam anno 202. Græce scripsit, non ut Erasmus putavit, latine, eumque Tertulianus contra Valent., cap. v, fuisse testatur « doctrinam omnium accuratissimum exploratorum². »

Grassante persecutione, apologetica scripta pro christiana religione ediderunt *Melito Sardinus* anno 170, *Tatianus*, *Syrus* sophista et orator anno 172, *Athenagoras*, philosophiæ platoniciæ sectator, circa annum 169, *Theophilus Antiochenus*, eodem anno ad Christum conversus, atque Hermogenis et Marcionis accerrimus insectator, *Apollinaris* Hieropolitanus, cujus libros commemorat libro IV, cap. xxvii, Eusebius, quique per eadem tempora floruit, M. Aurelio et L. Vero imperantibus, et *Aristides* et *Quadratus*, de quibus hoc unum scimus, apologias obtulisse imperatori Hadriano, qui Trajano, ut paulo infra dicemus, successit.

Inter cæteros claruit imperante Severo et vergente hoc sæculo ad finem *Tit. Fl.*, *Clemens* Alexandrinus, discipulus Panteni et præceptor Origenis, ac presbyter, non episcopus³, a

¹ Justinus cum Crescentio, philosopho cynico, de religione certavit.

² Qui Patrum traditionibus bellum indicunt, ut Dallæus, Barbeyrac, Clericus, Buddæus, alii, in priorum sæculorum scriptoribus adnotant, absurda platoniciæ philosophiæ, assertum angelorum cum mulieribus concubitum, regnum millenariorum, erroresque hujusmodi, idque ad illorum elevandam auctoritatem, sed perperam; neque enim in quæstionibus, in quibus discrepant, sed in doctrina, cui catholici dogmatis fundamenta nituntur, eorum consensionem plurimum valere affirmamus. Lege Canum lib. VII *De locis theologicis*.

³ Episcopum tamen ac præsulem dixit Jacobus Gaddius, tom. I, pagina 128; et Christianus Lupus, *Dissert. præmiali in canones nicænos*, cap. x, tradit antiquam fuisse alexandrinæ Ecclesiæ consuetudinem,

multis christianæ antiquitatis Varro appellatus. Laudantur Clementis Protrepticum ad gentes, libri tres *Pædagogici* et *Stromatum* octo. Reliqua ejus opera perierunt. Inexhaustæ doctrinæ et sacræ atque exoticæ eruditionis copia mirifice fuisse præditum, asserunt omnes, maxime Cyrillus Alexandrinus, lib. X *Contra Julianum*, et Eusebius, lib. II *De præparat. evang.*, necnon Hieronymus, *De script. eccles.*¹.

Floruerunt eodem sæculo alii per celebres, quos memorasse sat erit; nimirum *Abercius* Hierapolitanus, in cujus libro *De disciplina* apostolicum fulsisse spiritum affirmat Baronius ad an. 163, n. 15; *Dionysius*, episcopus Corinthiorum, martyrium perpeusus circa annum 170, cujus epistolas laudat, lib. IV, cap. xxiii, Eusebius; *Hegesippus* ex Judæo christianus, qui obiit imperante Commodo; ejus libri de martyrio Jacobi, fratris Domini, et Simeonis, Cleophæ filii, aliique de jerosolymitana Ecclesia et de sectis judaicis etiamnum extant. *Musanus* encraticitarum ac *Modestus* marcionitarum profligator, qui ambo vivebant an. 176; *Miltiades* rhetor, qui floruit circa annum 180, dictus a Tertulliano *Ecclesiarum sophista*; *Asterius Urbanus*, insectator montanistarum, de quo Eusebius lib. V, cap. xvi; *Serapion* Antiochenus, eorumdem hæreticorum debellator et hostis; *Theophilus* Cæsareensis, qui de die celebrandi Paschatis scribebat anno 196; *Maximus*, qui adversus Marcionem disputavit de origine mali, laudatus ab Eusebio, lib. VII *Præp. evang.*,

abrogatam tamen ab Heracla patriarcha, ut omnes presbyteri episcopali consecratione decorarentur; cujus consuetudinis profert congruam quoque rationem. Sedit Heraclas III sæculo et Clemente e vivis sublato.

¹ Addendus *Aquila* Ponticus, appellatus a Hieronymo *proselytus et contentiosus interpres*, alicubi tamen laudatus, *Aristo Pellæus* Palæstinus, auctor dissertationis *Jasonis* et *Papisci*, et *Pantenus*, quem Clemens Alexandrinus ejus, ut diximus, auditor appellavit *Apim Siculam*. Item *Agrippa Castor*, debellator Basilidis, laudatus a Hieronymo in Catalogo, *Papias*, hierapolitanus episcopus, Chiliastarum auctor, *Philippus*, cretensis antistes, Marcionis confutator, *Apollonius*, senator romanus, qui scripto et sanguine pro fide Christi certavit, *Polycrates* Ephesinus Quartadecimanus, *Athenogenes*, clarus doctrina ac martyrio, *Rhodon* Asianus, Marcionis impugator, de quo Nicephorus post Eusebium et Hieronymum, *Heraclitus*, qui Commentarios edidit in Epistolas Pauli, et *Candidus*, qui scripsit in *Hexameron*, pariter ab Eusebio et a S. Hieronymo laudati.

cap. xxii; male autem ab Huetio in *Appendice ad Origenian.* ad ætatem Constantini Magni detrusus.

Commemorandus demum foret *Tertullianus*, sed quoniam dicitur vita functus circa annum 220, opportunius videtur de illo in historia proximi sæculi pertractare.

CAPUT V.

DE ROMANIS IMPERATORIBUS ET DE VIRIS CORONATIS MARTYRIO
ET SANCTITATE CONSPICUIS.

M. Ulpus *Trajanus*, qui anno Ch. 98 successit Nervæ, ineunte secundo sæculo, moderabatur imperium, fato functus in urbe Cilicis Salinunte, Q. Nigro et *Vipsanio Aproniano* *coss.*, anno 117, die 10 augusti. Tertiam excitavit in christianos persecutionem anno 107, et anilis est fabula, illius animam precibus S. Gregorii Magni fuisse ab inferis liberatam¹. In ea persecutione affixus cruci *Simeon*, Jerosolymorum episcopus, citato anno 107, ætatis suæ 120. De Ignatio diximus præced. cap. Combustæ Antiochiæ mulieres quinque, earumque cineres permixti metallis, ex quibus conflati fuerunt in thermarum usum lebetes. Passi tum *Cæsarius* diaconus et *Julianus* presbyter Tarracinae, in Portu romano *Hyacinthus*, Heliopoli *Eudocia*, Edessæ episcopus *Barsimæus* ac *Sarbelius*, et *Barbea* ejus soror. Romæ *Victorinus*, episcopus Amiterni, et *Romulus*, aulæ ipsius Trajani præfectus².

¹ Tametsi anno 402, Plinio in Bithynia proconsuli, Trajanus edixerit christianos non esse inquirendos, jussit tamen accusatos puniri, quod hostibus magnam præbuit occasionem nocendi.

² Obierunt circa hæc tempora *Titus*, discipulus Pauli, et *Marcus* adolescens sub Antonino; *Alexander* item martyr, quorum inscriptiones profert in Itinere italico Cl. Mabillonius. *Innumeros cineres sanctorum* celebrat hymno xi, *Ἐπεὶ στερ.* ad Valerianum Prudentius: ac plures refellunt Dodwellum adstruentem dissert. xi Cyprianica martyrum paucitatem. Imperante Trajano, Barcochebas, dux Judæorum, qui se Messiam esse jactabat, exquisitis suppliciis plurimos christianos necavit. Inter martyres recensent quoque Martyrologia *Antistium* Macedonem, *Phocam* episcopum Synopis in Ponto, *Maronem* sociosque, *Eustachium* cum *Theopista* conjugæ ac liberis, *Eutropium* episcopum Xanthi, cæterosque sub Trajano interfectos.

Post Trajanum indeptus imperium *Ælius Hadrianus*, hispanus genere, opera Plotinæ uxoris ejusdem Cæsaris, quæ illius capta erat amore, principis adoptionem mentitus, rempublicamque rexit usque ad annum 138, quo hydrope et sanguinis effusione tabescens, obiit apud Bajas, Campaniæ oppidum, 6 idus julias, *Camerino* et *Magno* *coss.*, et ejus cineres urna aurea reconditi sunt in Urbe ad pontem *Ælium*¹. Quamvis autem sub imperio Hadriani persecutio aliquantulum remitteretur, perpassi tamen martyrium sunt prælaudati romani pontifices *Evaristus* et *Alexander*², *Justinus* et *Publius*, atheniensis episcopus, *Marius* dux militum, *Faustinus* presbyter et *Jovita* diaconus, *Sabina*, nobilissima matrona romana, a *Seraphia*, virgine, christianæ fidei instituta præceptis, *Symphorosa* cum septem filiis, et *Getulio* viro atque *Amantio* fratre, ipsius Hadriani tribunis, aliique plurimi, quorum nomina in libro vitæ inveniuntur descripta.

Adoptaverat Hadrianus *Antoninum Pium*, filium Annii Veri, fratris Sabinae uxoris suæ, atque is extincto imperatore successit, imperavitque ultra annos 22; abreptus placida morte, somno simillima, anno 161, die 7 martii, *coss. M. Aurel. Antonino III* et *L. Ælio Commodo*³. A cæde christianorum penitus Antoninum non abstinuisse, evincitur ex inscriptione

¹ Hadrianum instante morte fecisse, Spartianus inquit, hosce versus:

Animula, vagula, blandula,
Hospes comesque corporis,
Quæ nunc abibis in loca?
Pallidula, rigida, nudula,
Nec, ut soles, dabis jocos?

Paraverat sibi tumulum ex Pario lapide, quoniam mausolæum Augusti oppletum erat. Ubi moles illa Hadriani extat modo arx S. Angeli.

² *Alexandrum*, eum duobus presbyteris *Eventio* et *Theodulo*, passum sub Aureliano, acta quædam testantur. Intelligit Aurelianum comitem et judicem, non *Aurelianum* imperatorem, ut legitur in quibusdam exemplaribus Usuardi. Passus circa hæc tempora *Onesimus*, Pauli discipulus.

³ *Antoninus Pius* ab anno 138 usque ad annum 161 tenuit imperium, eique successit *M. Aurelius Antoninus*, qui imperavit usque ad annum 180. Interea tamen ab anno 161 usque ad annum 169 rempublicam administravit etiam *Lucius Verus*, quem M. Aurelius adscivit in consortium imperii. Primum duorum simul imperantium exemplum.

Alexandri mart., reperta in cœmeterio Callisti, et ex Actis *S. Felicitatis* et septem filiorum, quos nolentes idolis sacrificare, vario pœnarum genere affectit.

Sed crudelius sæviit gentilium furor, imperium moderante *M. Aurelio Antonino Vero*. Is, qui Pii gener erat, vir nempe *Valeriæ Faustinae*, ejus filia, principatum exercuit usque ad annum 180, quo anno interiit apud Vindobonam, nunc Viam Austriae, 16 die martii, *Fulvio Bruttio II* et *Quintilio Candiano* *cons.* Exhorta hoc Cæsare IV Ecclesiae persecutio, anno 162, in qua sepeliendis martyribus, alendisque pauperibus pietatem exercuere *Pastor*, presbyter R. E., et *Pudentiana* atque *Praxedes* virgines. Præter Justinum romanosque pontifices Pium, Anicetum et Soterem, superius laudatos, martyrii palmam sub *M. Aurelio* consecuti fuerunt circa an. 167, duodecim Philadelphienses, Smyrnae *Pionius*, Pergami *Parpus*, *Papulus* et *Agathonica*, martyres lugdunenses 48, anno 177, quorum cineres projectos in Rhodanum scribit Augustinus in lib. *De cura gerenda pro mortuis*, num. 8, Augustoduni *Symphorianus Hermias* in Ponto, Atinae *Julianus Pontianus* Spoleti, in Sardinia *Potitus*, Lugduni *Epipodius* et *Alexander*, Apameae in Phrygia *Alexander* alter et *Caius*, Cabilone *Marcellus*, Trinurtii *Valerianus*, Sidotecei *Andochius*, *Thirsius* et *Felix*, Mediolani *Gervasius* et *Protasius*, Vesuntii *Ferreolus* presbyter cum *Ferrutio* diacono, Valentiae Allobrogum *Felix* presbyter, cum diaconis *Fortunato* et *Achilleo*, Divinione *Benignus*, Sagaris *Laodiceæ*, Heracleæ *Glyceria*, quos ex ingenti martyrum numero sufficiat commemorasse¹. *M. Aurelio* cum Quadis ultra Danubium bellum gerente et siti premente exercitum, christianorum militum precibus e caelo prodigiosum cecidisse imbrem, et hostes fulminibus in fugam versos,

¹ Apud Eusebium, lib. IV, cap. 1, inter martyres lugdunenses commemorantur *Maturus* neophytus, *Attalus* Pergamenus, *Blandina* et *Bibliades*, *Ponticus* adolescens et *Pholinus* episcopus, major nonagenario. Ex illo capite constat gentiles objecisse christianis thyesteas cœnas et incestos Cœdipi concubitus.

Eusebius, lib. V, cap. v, aliique scriptores posterorum memoriae tradiderunt¹.

Regnavit post *M. Aurelium L. Aurelius Commodus*, ejus filius, *Marciae* concubinae insidiis præsentissimo hausto veneno, dum illud evomeret, a *Narcisso* palæstrita suffocatus pridie kal. januaris anno 192, ipso *Augusto VII* et *P. Helvio Pertinace II* *cons.*². Tranquillior fuit sub hoc principe status Ecclesiae; tametsi anno 185 juxta Ruinartium capitali sententia damnatus sit *Apollonius*, ordinis senatorii, a proprio servo delatus *Perenni*, præfecto.

Arripuit extincto Commodo imperium *P. Helvius Pertinax*, ex civitate Alba Pompeia, in Gallia Cisalpina ad Tanarum sita; sed *Pertinace* interfecto, cum vix dies 88 imperasset, anno 193, die 28 martii, imperium a prætorianis pecuniæ pollicitatione, armorumque vi occupavit *M. Didius Severus Julianus*, *Mediolanensis*, qui tamen promissorum immemor, a gregario milite trucidatus fuit eodem anno 193, kalendis junii, *Q. Sosio* et *Julio Erutio* *cons.*

Renunciatus ab ea die imperator *L. Septimius Severus Pertinax*, interim *Pescenio Nigro* in Syria et *Clodio Alvino* in Britannia, imperii sibi arrogantibus auctoritatem; quorum

¹ Hanc pluviam gentiles diis suis referebant acceptam, ut constat ex nummis, ex sculpa in columna Antonini imagine *Jovis Pluvii*. Vide citato loco Eusebium et adnotationes *Valesii*. Ven. *Baronius* plura ad annum 176. De nomine legionis *fulmineæ*, seu *fulminatricis*, quo designantur illi milites, complures adversantur Eusebio.

² *Commodus* uxorem habuit *Crispinam*, *Quineti* filiam, concubinas autem CCC. Appellatus fuit *Cæsar* anno Ch. 166, et anno proximo *Augustus*. Sororem *Lucillam* occidit, quæstionem exercente *Perenne*. Perstringit illius vitia *Lampridius*. Sprevisse prudentum consilia scribit *Herodianus*. Christianis pepercisse fertur ob preces concubinae suæ *Marciae*. Latam ab eo legem adversus delatores christianorum, punitumque fractis crucibus accusatorem *Apollonii* martyris, tradit Eusebius lib. V, cap. XXI, Cæterum de *M. Aur. Antonino*, cognomento philosopho, *Commodi* patre, ita *Ausonius* :

Successore suo moriens, sed principe pravo,
Hoc solo patriæ, quod genuit, nocuit.

Julius Capitolinus *Commodum* ex illegitimo concubitu natum putat. Fuit enim *Faustina* ejus mater, adulteriis infamis.

unum apud Antiochiam proximo anno 194 Severus superavit, alterum vero sibi conciliare studuit, oblata Cæsaris dignitate¹. Movit Severus adversus Ecclesiam persecutionem V, de qua proximo sæculo tertio.

CAPUT VI.

QUE NAM SECUNDO VERTENTE SÆCULO FUERINT ECCLESIE
DOCTRINA AC DISCIPLINA.

Eadem semper, et invariabilis fuit doctrina Ecclesiæ, sed pro temporum opportunitate juxta apostolorum traditiones majori in lumine collocata. Ipsæ traditiones, quas semper negarunt heterodoxi, a romana Sede repetendas lib. III, cap. II et III, demonstrat adversus valentinianos S. Irenæus. Is aliique Patres in dogmate Trinitatis convenere, atque de iis evulsi et eradicati sunt cuncti recentiorum hæreticorum scrupuli. Nævi quidam in PP. scriptis notati labefactare nequeunt fidem communi consensu firmatam. Celebrandum Pascha die dominico, non luna 14, statuta pontificum et hujus sæculi concilia demonstrant. Adventus Polycarpi ab Asiaticis pro ea quæstione missi Romam ad Anicetum et legatio Irenæi ad Eleutherum, nomine martyrum Iugdunensium, docent servandam esse cum Ecclesia romana unionem et majores causas ad Sedem apostolicam referendas. Martyrum cultus, sanctorum gloria, parœciarum institutio et ecclesiastica hierarchia habent ex historia secundi sæculi locupletissima testimonia. Sanctificatio item diei solis et fidelium conventus ad agendam synaxim eodem sæculo enituit.

Quantum attinet ad disciplinam, didicimus ex Justino collec-

¹ Severus parentes habuit Marcum Getam et Fulviam Piam. Cognominatus est *Pertinax*, in honorem Helvii Pertinacis trucidati a Didio Juliano. Ante imperium militari sorte obtinuerat quæsturam bœticam, tum Sardiniam, postea legationem proconsulis Africæ, deinde creatus tribunus plebis et Iugdunensis provinciæ legatus. Salutatus est imperator apud Carnutum a legionibus germanicis. Lege Ælium Sapartianum. Dicitur solus ex Afris ad imperium evectus, unde Ausonius,

Punica origo illi, sed qui virtute probaret,
Non obstare locum cum valet ingenium.

tis aliqua in domo, tanquam in templo fidelibus, illic commentaria apostolorum cum aliis divinis libris fuisse lecta, habitum sacerdotis sermonem, oblatam deinde Eucharistiam. Hæc etiam laicis sub utraque specie fuit administrata, et lactentibus ori infusa divini poculi pars exigua. Sævientibus persecutionibus data in laicorum manus ad proprios ferenda lares. Baptizandi ter in aquam in Trinitatis nomine nudi immergebantur. Adhibitas cæremonias exorcismi, insufflationis, inunctionis et impositionis manuum sacerdotis baptismum administrantis, scripta Patrum declarant. Mel quoque et lac degustandum tradebatur baptizatis ad spiritualem natiuitatem, morumque simplicitatem et innocentiam significandam. Fideles diebus dominicis stantes orabant, ac ut plurimum facie ad Orientem conversa¹.

APPENDIX.

DE EXTERNIS REBUS.

Anno 101, *Trajanus* Decebalum, Dacorum regem, bello vicit. 102, Dacia in provinciam redacta, devicti Arabes, impositus pons Danubio. 103, actus a Trajano de Dacis triumphus. 104, alimenta ab imperatore 5000 pueris italis assignata. 105, ædificatus a Trajano portus Anconæ. 106, secundo Dacico bello *Decebalus* sibi mortem conscivit. 107, aquæ Martiæ ductus 23 milliariorum spatio relecti. 108, *Adrianus*, Pannoniæ prætor, repressit Sarmatas. 109, instaurata *Via Appia* a porta Urbis Capena ad Capuam usque, atque inde Brundisium.

¹ Tempa secundo sæculo peculiariibus in locis constructa. Talia fuere distributi ab Evaristo Tituli. Inter istos domus Euprepia. Dicata a Pio successore Hygini Ecclesia in Thermis Novati. Enituit illic Praxedis virginis pietas. Est eadem sacra ædes perantiquus *Pastoris* titulus. Reliquos alibi descripsimus. Septem diaconis ad curam pauperum gerendam commissæ Urbis regiones; qui propterea appellati sunt *Regionarii*. Ex Ignatii martyris epistolis accepimus ratam non fuisse sine episcopo Eucharistiam, hujusque oblationem. Baptismum item ab illo, aut ejus saltem nutu, administrandum. Inde et *hierarchiam*, ordinesque sacrorum ministrorum didicimus, et episcoporum præsertim a presbyteris distinctionem.

unum apud Antiochiam proximo anno 194 Severus superavit, alterum vero sibi conciliare studuit, oblata Cæsaris dignitate¹. Movit Severus adversus Ecclesiam persecutionem V, de qua proximo sæculo tertio.

CAPUT VI.

QUE NAM SECUNDO VERTENTE SÆCULO FUERINT ECCLESIE
DOCTRINA AC DISCIPLINA.

Eadem semper, et invariabilis fuit doctrina Ecclesiæ, sed pro temporum opportunitate juxta apostolorum traditiones majori in lumine collocata. Ipsæ traditiones, quas semper negarunt heterodoxi, a romana Sede repetendas lib. III, cap. II et III, demonstrat adversus valentinianos S. Irenæus. Is aliique Patres in dogmate Trinitatis convenere, atque de iis evulsi et eradicati sunt cuncti recentiorum hæreticorum scrupuli. Nævi quidam in PP. scriptis notati labefactare nequeunt fidem communi consensu firmatam. Celebrandum Pascha die dominico, non luna 14, statuta pontificum et hujus sæculi concilia demonstrant. Adventus Polycarpi ab Asiaticis pro ea quæstione missi Romam ad Anicetum et legatio Irenæi ad Eleutherum, nomine martyrum Iugdunensium, docent servandam esse cum Ecclesia romana unionem et majores causas ad Sedem apostolicam referendas. Martyrum cultus, sanctorum gloria, parœciarum institutio et ecclesiastica hierarchia habent ex historia secundi sæculi locupletissima testimonia. Sanctificatio item diei solis et fidelium conventus ad agendam synaxim eodem sæculo enituit.

Quantum attinet ad disciplinam, didicimus ex Justino collec-

¹ Severus parentes habuit Marcum Getam et Fulviam Piam. Cognominatus est *Pertinax*, in honorem Helvii Pertinacis trucidati a Didio Juliano. Ante imperium militari sorte obtinuerat quæsturam bœticam, tum Sardiniam, postea legationem proconsulis Africæ, deinde creatus tribunus plebis et Iugdunensis provinciæ legatus. Salutatus est imperator apud Carnutum a legionibus germanicis. Lege Ælium Sapartianum. Dicitur solus ex Afris ad imperium evectus, unde Ausonius,

Punica origo illi, sed qui virtute probaret,
Non obstare locum cum valet ingenium.

tis aliqua in domo, tanquam in templo fidelibus, illic commentaria apostolorum cum aliis divinis libris fuisse lecta, habitum sacerdotis sermonem, oblatam deinde Eucharistiam. Hæc etiam laicis sub utraque specie fuit administrata, et lactentibus ori infusa divini poculi pars exigua. Sævientibus persecutionibus data in laicorum manus ad proprios ferenda lares. Baptizandi ter in aquam in Trinitatis nomine nudi immergebantur. Adhibitas cæremonias exorcismi, insufflationis, inunctionis et impositionis manuum sacerdotis baptismum administrantis, scripta Patrum declarant. Mel quoque et lac degustandum tradebatur baptizatis ad spiritualem natiuitatem, morumque simplicitatem et innocentiam significandam. Fideles diebus dominicis stantes orabant, ac ut plurimum facie ad Orientem conversa¹.

APPENDIX.

DE EXTERNIS REBUS.

Anno 101, *Trajanus* Decebalum, Dacorum regem, bello vicit. 102, Dacia in provinciam redacta, devicti Arabes, impositus pons Danubio. 103, actus a Trajano de Dacis triumphus. 104, alimenta ab imperatore 5000 pueris italis assignata. 105, ædificatus a Trajano portus Anconæ. 106, secundo Dacico bello *Decebalus* sibi mortem conscivit. 107, aquæ Martiæ ductus 23 milliariorum spatio relecti. 108, *Adrianus*, Pannoniæ prætor, repressit Sarmatas. 109, instaurata *Via Appia* a porta Urbis Capena ad Capuam usque, atque inde Brundisium.

¹ Tempa secundo sæculo peculiariibus in locis constructa. Talia fuere distributi ab Evaristo Tituli. Inter istos domus Euprepia. Dicata a Pio successore Hygini Ecclesia in Thermis Novati. Enituit illic Praxedis virginis pietas. Est eadem sacra ædes perantiquus *Pastoris* titulus. Reliquos alibi descripsimus. Septem diaconis ad curam pauperum gerendam commissæ Urbis regiones; qui propterea appellati sunt *Regionarii*. Ex Ignatii martyris epistolis accepimus ratam non fuisse sine episcopo Eucharistiam, hujusque oblationem. Baptismum item ab illo, aut ejus saltem nutu, administrandum. Inde et *hierarchiam*, ordinesque sacrorum ministrorum didicimus, et episcoporum præsertim a presbyteris distinctionem.

110, dirutæ terræmotu tres Galatiæ urbes, ac Pantheon fulmine attactum. 111, *Trajanus* Romæ magnificas extruxit bibliothecas. 112, Parthis, Armeniisque bellum indictum. 113, erecta in Foro et dicata Trajano columna. 114, Assyria venit in potestatem P. R., Trajani Forum et Basilica Ulpia Romæ dicantur¹. 115, ingenti terræmotu quassata est Antiochia; Judæi Cyrenenses irruerunt in arma, et innumeros Romanos, Græcosque occiderunt, eorumque viscera depasti sunt. 116, in eosdem Judæos Ægyptum vastantes missus a Trajano *Marcus Turbo*, ingentem prostravit illorum numerum. 117, *Trajanus* Ctesiphontem cepit, ad Oceanum pervenit, Syriam adiit, in Cilicia decessit. 118, remisit *Hadrianus*, crematis tabulis, Judæorum tributa. 119, *Trajanus* inter deos relatus; Jerosolyma dicta est *Ælia*. Judæi in pago Terebintho equorum pretio venundati. 120, *Hadrianus* in Sarmatas movit; eversæ terræmotu Nicomedia, urbesque finitimæ. 121, circum romanum *Hadrianus* refecit. 122, barbaros a Romani muro 80 M. divisit. 123, ædem Augusti Tarracone restituit. 124, sacra eleusina celebravit Athenis. 125, *Serenius Granius* proconsul Asiæ iniquum credidit christianos nullo objecto crimine occidi. 126, transmisit *Hadrianus* in Africam. 127, *Jovi Olympio* ædem, sibi que aram Athenis *Hadrianus* dicavit. 128, *Sabinam* dicit Augustam; cum rege Parthorum *Cosrohe* iniiit amicitiam. 129, terræmotu Nicopolis et Cæsarea corruerunt. 130, *Pelusium* veniens imperator, Pompeii tumulum magnificentissime ornavit. 131, mergitur *Antinous*, quem *Hadrianus* perdite amabat, in Nilo; refertur inter deos, atque ex ejus nomine *Antinoia* civitas conditur. 132, Atheniensem miri operis bibliothecam *Hadrianus* extruxit et edidit agonem. 133, missus *Julius Severus* contra Judæos, Palæstinam depopulantes. 134, æquata solo 50 Judæorum arces, et 980 vici ferro et igne vastati. 135, Ju-

¹ Coss. *Hasta* et *Vopisco*, id est, anno 114, Judæi deficientes a Trajano eodem proximoque anno occiderunt in Ægypto hominum ducenta millia; atque in Cypro insula ducenta quadraginta millia itidem trucidarunt: ab hoc autem tempore capitale illis fuit illuc appellere.

dæis omnibus agro hierosolymitano interdictum¹. 136, Alani contra Romanos concitati repressi sunt a *Flavio Arriano*. 137, absolvit *Phlegon*, Hadriani libertus, opus de *olympiadibus*. 138, obiit kalendis januarii *Ælius Verus*, ab Hadriano creatus Cæsar et adoptatus. 139, *M. Aurelius* ab Antonino Pio renunciatus est Cæsar. 140, obiit Antonini uxor *Faustina*. 141, *Marcion* advenit Romam. 145, uno partu mulier enixa est quinque liberos. 158, restituit *Antoninus Pius* ædem Augusti. 161, sequuta est Antonini mortem ejus apotheosis. 162, exundavit Tiberis, et Parthi, cæsis Romanorum copiis, Syriam vastarunt, et occuparunt Armeniam. 163, in Armeniam *Statius Priscus* irrupit. 164, Parthi ultra Euphratem pelluntur, et *Vologeses*, illorum rex, a *Cassio* vincitur. 165, *Peregrinus Cynicus*, si fides habenda est Luciano, sese in rogam iniecit. 166, *Medos Marcus Verus* invasit. 167, *M. Aurelius* et *L. Verus* triumpharunt de Parthis. 168, *Avidius Cassius* vicit Bucolicos. Pestilentia multas vexavit provincias. 169, Germania Romanis subjicitur. 170, *Lucius Verus* extinguitur apoplexia. 172, Marcomanni transitu Danubii a *M. Aurelio* delentur. 173, in deditionem recepti, atque illorum plurimi in Italiam translati sunt. 174. Insignis de Quadis reportata victoria. 175, arripuit *Avidius Cassius* tyrannidem; togam virilem induit *Commodus*. 176, periit ex podagra in vico Hagale ad radices montis Tauri *Faustina* junior, conjux *M. Aurelii*, sed adulteriis infamis. 177, *Commodus* Crispinam duxit uxorem. 178, de Quadis et Hermaduris relata victoria. 179, a *Paterno* barbari superantur. 180, Sirmii *M. Aurelius Antoninus* decessit. 181, triumphavit *Commodus* de Germanis. 182, Alexandriae *Serapidis* templum incenditur. 183, Daci et Germani, recusantes *Commodi* imperium, bello impetuntur. 184, Britanni rebelles a ducibus Romanorum de-

¹ Ad annum imperii Hadriani 18, refert Eusebius lib. IV, cap. 6, edictum ne Judæi in regionem circa Hierosolymam sitam auderent pedem inferre, citatque Aristonem Pellæum. Auctor seditionis judaicæ debitas pœnas persolvit. Fuit is *Barchochebas*, quod nomen stellam significat, commemoratus cap. v in *Notis ad Trajanum*. Hunc ad facum Judæis faciendum stipulam in ore accensam anhelitu ventilasse, ut flammam evomere videretur, scribit S. Hieronymus II adversus Rufinum apologia.

victi. 185, in *Commodum* cum aliis conspiravit soror Lucilla. 187, idem *Commodus* Anubim colit et sacra Isidis celebrat. 189, pestis in urbem Romam et in Italiam desævit. 190, fames grassatur Romæ, et evitatis insidiis *Commodus* Cybeli sacrificat. 191, Palatium, ædes Vestæ, Urbisque pars maxima incenditur. 192, *Marci* pellicis et *Electi* cubicularii insidiis *Commodus* interficitur. 193, *Pescennius Niger* a syriacis legionibus dicitur imperator. 195, a *Severo* Nisibis, urbesque aliæ captæ fuerunt, vastata Arabia, Parthi et Adiabænæ devicti. 197, Byzantini ad deditionem compulsi. 198, *Albinus* in Gallis a *Severo* expugnatur. 199, is ad bellum Parthicum proficiscitur. 200, captæ a *Severo* Babylonia, Seleucia, Ctesiphon ac tota Parthiæ provincia.

Celebres secundo sæculo humana sapientia fuerunt *Plutarchus*, Cheronensis, sacerdos Pythii Apollinis, qui ethica, historica et politica limatissimo stylo conscripsit. *Dio Chrysostomus* orator, quem *Synesius* Aquilam et Cygnum appellat. *Aulus Gellius*, grammaticus, *Noctium Atticarum* candidus elucubrator. *Cornelius Tacitus*, ejus dictio in libris historiarum uberior, in annalibus pressior habetur. *Arrianus*, Nicomediensis, Epicteti discipulus, philosophus, orator, historicus, dictus *novus Xenophon*. *C. Suetonius Tranquillus*, ejus XIII Cæsarum Vitæ plus habent nervorum, quam corporis. *Appianus Alexandrinus*, scriptor historiæ, utilioris viris militaribus quam civilibus. *Claudius Ælanus* Prænestinus, atlica præditus eloquentia. *Pausanias* Cappadox, Græciæ antiquitates erudite, licet minus facunde, decem libris complexus. *Claudius Ptolomæus*, Pelusiensis, in geographicis et astrologicis sapientissimus¹. *Diogenes Laertius*, Cilix, veterum philosopho-

¹ Mittimus *Appolodorum*, *Sextum Julium Frontinum*, *Rab. Eliezer* et *Rab. Ada Babylonium*. De *Claudio Ptolomæo* Alanus in Anti-Claudiano,

Divitis ingenii vena Ptolomæus inundans,
Devectus superas curru rationis in arces,
Colligit astrorum numeros, loca, tempora, cursus.

Pervenisse traditur ad tempora *Marci Antonini*, qui inauguratus est imperator anno Chr. 161. *Epictetus* Hierapolitanus, philosophus stoicus, ejus *Enchiridion* græce scriptum, latinitate donavit Angelus Politianus; ac

rum sedulus indagator. *Justinus* historicus, *Trogi Pompeii* præceptoris sui abbreviator nitidus ac disertus. *Claudius Galenus*, Pergamensis, alterum ab Hippocrate decus medicorum. *Athenæus* scriptor *Δειπνοσοφιστῶν*, id est, *Sermonum convivialium*, dictus ab aliquibus *Varro Græcorum*. *Hermogenes*, Tarensis, rhetor, *Antiochus sophista* vocatur. *Lucius Apuleius*, Platonicus, de quo Vives, *Apuleius in Asino plane rudis*. *Lucianus*, Samosatensis, atheus, qui, ut aiebat Lactantius, nec diis, nec hominibus pepercit¹. *Julius Pollux*, Naucratis, laudatus ob varietatem et copiam verborum. *Celsus Epicureus*, qui fidem, moresque christianorum opere inscripto *ἰατρικὴν* oppugnavit. *Phlegontis*, liberti Hadriani, meminimus paulo supra. *Atticus*, Platonicus, *Herodianus*, græcus historicus, *Oppianus*, Cilix, qui carmine scripsit de piscibus, *Papinianus*, cognominatus Asylum juris, *Maximus Tyrius*, philosophus, etc.².

tantæ admirationis, ut ejusdem Epicteti lucerna fictilis venum ierit tribus drachmarum millibus. Existimo tamen fuisse aliquantulum seniore. Romæ enim servivit Epaphrodito, familiari Neronis, et imperante Domitiano rediit in Phrygiam; Nero autem seipsum interemit anno Chr. 68, qua ætate cum Epictetus adultus fuerit, videtur mortem obiisse antequam M. Aur. Antoninus auspicaretur imperium. Accedit, quod sub Hadriano, qui an. Ch. 117 successit Trajano, floruit Flavius Arianus Nicomediensis, philosophus, historicus et jureconsultus percelebris, alter *Xenophon* dictus, et qui Epicteti fuerat discipulus et auditor. Non abs re erit utriusque hoc in loco meminisse, licet Epictetum commemoraverimus in appendice I sæculi.

¹ *Lucianus* et *Celsus* circa idem tempus dicuntur vixisse, et illum quidam referunt ad Trajani ætatem, quidam ad *Marci Aurelii* et ad *Commodi* imperium. *Lucianum* discerptum a canibus tradit Suidas.

² Hujus sunt generis *Plinius junior*, qui panegyricum dicit Trajano, *L. Florus*, brevis et expolitus historicus, *Solinus* Polyhistor, *Dionysius Milesius*, historiographus, *Juventius* et *Julius Celsi* JCC., *Philostratus*, scriptor Vitæ Apollonii Thyanei, vaferrimi hominis, et sophistarum qui usque ad tempora Severi imperatoris vixerunt. *Spartianus* in Adriano commemorat JCC., quibus is in causis dijudicandis utebatur, præter *Julium Celsum*, *Meratium Priscum*, *Domitium Labeonem* et *Salvium Julianum*.

TERTIUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

ROMANI ENUMERANTUR PONTIFICES.

Præfuerunt romanæ et apostolicæ Ecclesiæ tertio sæculo *Zepherinus, Callistus, Urbanus, Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus II, Dionysius, Felix, Eutychianus* et *Caius*, quos omnes inter sanctos veneratur Ecclesia.

XVI. Zepherinus, qui pontificatum inierat an. 201, decessit VIII kal. sept. anno 219, juxta Baronium, cujus chronologia aberrat biennio, 221. Defecisse ad montanistas videtur innuere, cap. 1 *Adv. Praxeam* Tertullianus, sed hujus libro *De pudicitia* calumnia ista retunditur.

XVII. Suffectus ei est *S. Callistus I*, cujus pontificatus ab anno 219 usque ad annum 224 protenditur. Eo anno post ædificatam basilicam Transtiberinam et amplum in via Appia cœmeterium, *coss. Claudio Juliano II et Crispino*, in puteum demersus est pridie id. octobris, et in gestis ruderibus suffocatus¹.

XVIII. Tenuit deinde pontificatum *S. Urbanus*, filius Pontiani romani civis, usque ad annum 231, quo martyrio coronatus est die 25 maii, *Claudio Pompeiano et Feliciano* gerentibus consulatum.

¹ *Callistum* ad sacrum ministerium vasa argentea conflasse tradit Ven. Baronius ad an. 233. Sacro regeneravit baptismate SS. Cæciliam, Valerianum ac Tiburtium, de quibus infra cap. v. Basilicam Transtiberinam dicatam Virgini ab eodem Callisto, Platina, Pagius, aliique asserunt. Idem Callistus romanus fuit et filius Domitii. Ejus decretalis, quæ extat I Conciliorum volumine, et aliæ usque ad Siricium creduntur passim suppositiæ.

XIX. Creatus postea *S. Pontianus*, Calpurnii filius, relegatus ab Alexandro Severo in Sardiniam, et sub Maximino fustibus cæsus, die 14 martii, anno 235, *Severo et Quintiano* *coss.*

XX. Ordinatus in ejus locum *Antherus*, qui nondum expleto pontificatus anno, a Maximo P. V. 111, nonas januaris occiditur in tertio *Jul. Maximini A. consulatu*, nempe anno 236¹.

XXI. Post Antherum pontificatum gessit *S. Fabianus*, Romanus, ad annum usque 250 electus, ut aiunt, columba super caput ejus desuper advolante; martyrioque coronatus in persecutione Decii, die 20 januarii, ipso *Decio II et Grato* *coss.*²

XXII. Gubernavit deinde Ecclesiam *S. Cornelius*, schisma conflante novaliano, et exortis circa lapsos controversiis, coronatus et ipse martyrio secundo pontificatus sui anno, ær. v. 252, decimo octavo kal. octobris, in consulatu *Galli et Volusiani*.

XXIII. Sedit deinde *Lucius*, Porphyrii Romani filius, exiguo et ipso tempore, cum martyrium subierit in II consulatu *Volusiani*, id est, proximo anno 253.

XXIV. Lucio successit *Stephanus*, patria Romanus, traditionis de non repetendo baptismate assertor et vindex³, et

¹ Quidam hoc in loco intrudunt pontificem *Cyriacum* nomine, de quo in Actis SS. Ursulæ et sociorum: fatentur omnes eruditi hunc pontificatum esse fictitium, Actorumque Ursulæ fidem labascere. Egi de his in dissertatione de SS. Pontiano et Anthero. *Antherus* genere Græcus, fuit diligens Actorum martyrum collector, unde et habetur Martyrologii primus auctor.

² *S. Fabianus* damnavit *Privatum*, lambesitanum episcopum, etiam in concilio 90 episcoporum in Africa condemnatum. Ignota *Privati* hæresis. Missos a Fabiano in Gallias apostolicos viros scribit S. Gregorius Turo-nensis, lib. I *Hist. Fr.* Celebratur idem Fabianus laudibus S. Cypriani, ep. LVI, ad Com.

³ Fuere qui controversias de hæreticorum baptismate inter Stephanum et Cyprianum, hujusque concilia, et epistolas de eodem baptismate pertractantes, rejecerunt inter apocrypha. Sed vide quæ scripsimus lib. XXXI *De th. disc.*, cap. XIII. Lege et tres Joannis Sbaralæ contra Misorium dissertationes, necnon secundam epistolam Eusebii Philaletis ad Franciscum Morenas.

TERTIUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

ROMANI ENUMERANTUR PONTIFICES.

Præfuerunt romanæ et apostolicæ Ecclesiæ tertio sæculo *Zepherinus, Callistus, Urbanus, Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus II, Dionysius, Felix, Eutychianus* et *Caius*, quos omnes inter sanctos veneratur Ecclesia.

XVI. Zepherinus, qui pontificatum inierat an. 201, decessit VIII kal. sept. anno 219, juxta Baronium, cujus chronologia aberrat biennio, 221. Defecisse ad montanistas videtur innuere, cap. 1 *Adv. Praxeam* Tertullianus, sed hujus libro *De pudicitia* calumnia ista retunditur.

XVII. Suffectus ei est *S. Callistus I*, cujus pontificatus ab anno 219 usque ad annum 224 protenditur. Eo anno post ædificatam basilicam Transtiberinam et amplum in via Appia cœmeterium, *coss. Claudio Juliano II et Crispino*, in puteum demersus est pridie id. octobris, et in gestis ruderibus suffocatus¹.

XVIII. Tenuit deinde pontificatum *S. Urbanus*, filius Pontiani romani civis, usque ad annum 231, quo martyrio coronatus est die 25 maii, *Claudio Pompeiano et Feliciano* gerentibus consulatum.

¹ *Callistum* ad sacrum ministerium vasa argentea conflasse tradit Ven. Baronius ad an. 233. Sacro regeneravit baptismate SS. Cæciliam, Valerianum ac Tiburtium, de quibus infra cap. v. Basilicam Transtiberinam dicatam Virgini ab eodem Callisto, Platina, Pagius, aliique asserunt. Idem Callistus romanus fuit et filius Domitii. Ejus decretalis, quæ extat I Conciliorum volumine, et aliæ usque ad Siricium creduntur passim suppositiæ.

XIX. Creatus postea *S. Pontianus*, Calpurnii filius, relegatus ab Alexandro Severo in Sardiniam, et sub Maximino fustibus cæsus, die 14 martii, anno 233, *Severo et Quintiano* *coss.*

XX. Ordinatus in ejus locum *Antherus*, qui nondum expleto pontificatus anno, a Maximo P. V. 111, nonas januarias occiditur in tertio *Jul. Maximini A. consulatu*, nempe anno 236¹.

XXI. Post Antherum pontificatum gessit *S. Fabianus*, Romanus, ad annum usque 250 electus, ut aiunt, columba super caput ejus desuper advolante; martyrioque coronatus in persecutione Decii, die 20 januarii, ipso *Decio II et Grato* *coss.*²

XXII. Gubernavit deinde Ecclesiam *S. Cornelius*, schisma conflante novaliano, et exortis circa lapsos controversiis, coronatus et ipse martyrio secundo pontificatus sui anno, ær. v. 252, decimo octavo kal. octobris, in consulatu *Galli et Volusiani*.

XXIII. Sedit deinde *Lucius*, Porphyrii Romani filius, exiguo et ipso tempore, cum martyrium subierit in II consulatu *Volusiani*, id est, proximo anno 253.

XXIV. Lucio successit *Stephanus*, patria Romanus, traditionis de non repetendo baptismate assertor et vindex³, et

¹ Quidam hoc in loco intrudunt pontificem *Cyriacum* nomine, de quo in Actis SS. Ursulæ et sociorum: fatentur omnes eruditi hunc pontificatum esse fictitium, Actorumque Ursulæ fidem labascere. Egi de his in dissertatione de SS. Pontiano et Anthero. *Antherus* genere Græcus, fuit diligens Actorum martyrum collector, unde et habetur Martyrologii primus auctor.

² *S. Fabianus* damnavit *Privatum*, lambesitanum episcopum, etiam in concilio 90 episcoporum in Africa condemnatum. Ignota *Privati* hæresis. Missos a Fabiano in Gallias apostolicos viros scribit S. Gregorius Turo-nensis, lib. I *Hist. Fr.* Celebratur idem Fabianus laudibus S. Cypriani, ep. LVI, ad Com.

³ Fuere qui controversias de hæreticorum baptismate inter Stephanum et Cyprianum, hujusque concilia, et epistolas de eodem baptismate pertractantes, rejecerunt inter apocrypha. Sed vide quæ scripsimus lib. XXXI *De th. disc.*, cap. XIII. Lege et tres Joannis Sbaralæ contra Missorium dissertationes, necnon secundam epistolam Eusebii Philaletis ad Franciscum Morenas.

fidei, quam effuso sanguine confirmavit, propugnator illustris. Obiit 4 nonas augusti, *Valeriano IV* et *Gallieno III* *coss.*, nemp̄ anno 257.

XXV. Episcopatum deinde gessit *Sixtus II*, Atheniensis, uno tantum anno, animadversus in cœmeterio, ut inquit S. Cyprianus, non, ut ait Prudentius, affixus cruci, VIII idus augusti, anno 258, *coss. Tusco* et *Basso*.

XXVI. Ad pontificatum evectus est post Sixtum *Dionysius*, presbyter rom. Eccl., a SS. Basilio, Dionysio Alexandrino summopere commendatus, qui migravit ad Dominum die 26 decembris an. 271, in II *Aureliani A.* consulatu¹.

XXVII. In Petri cathedra sedit post Dionysium *S. Felix I*, qui et martyr decessit III kal. jun., anno 276, consulatum *Tacito* et *Æmiliano* gerentibus.

XXVIII. Romanam deinde Ecclesiam gubernavit *S. Euty-chianus*, Lunensis, qui suis manibus sepelivit martyres plusquam 342. Sedit autem an. 8, et decessit die 7 decembris an. 283, in consul. *Caii A. II* et *Garini*.

XXIX. *Caius*, Dalmata et Salonitanus, ad episcopatum romanum post Euty-chianum evectus, sanctissime illum administravit usque ad VI consulatum *Diocletiani*, id est, annum 296, coronatus X kal. maias. Sedit postea *Marcellinus*, de quo in sæculo proximo.

PATRIARCHARUM NOMINA.

Tertio sæculo præfuerunt alexandrinæ Ecclesiæ post Demetrium *Heraclas*, *Dionysius*, *Maximus*, *Theonas*; Antiochenæ post Serapionem *Asclepiades*, *Philetus*, *Zebenus*, *Babylas*, *Fabius*, *Demetrianus*, *Paulus Samosatenus*, *S. Domnus*, *Timotheus* et *S. Cyrillus*; jerosolymitanæ post Narcissum *Dio*, *Gordius*, *Alexander*, *Maxabanus*, *Himenæus* et *Zabdas*.

¹ Quidam cum Antonio Pagio censent Dionysium decessisse *coss. Claudio II* et *Paterno*, id est, anno 269. Petavius vero ait vita functum *coss. Antiochiano* et *Orfito*, anno nimirum 270. Pagii autem hæc est chronologia: *Zephirinus* creatus fuit pontifex anno 197, *Callistus* 217, *Urbanus* 222, *Pontianus* 230, *Antherus* 235, *Fabianus* 236, *Cornelius* 251, *Lucius* 252, *Stephanus* 253, *Sixtus II* 257, *Dionysius* 259, *Felix I* 269, *Euty-chianus* 275, *Caius* 283, *Marcellinus* 296.

CAPUT II.

TERTII SÆCULI RECENSENTUR CONCILIA.

Occurrunt primo synodi rebaptizantium, nullius in Ecclesia auctoritatis. Quarum prior est Agrippini *Carthaginensis*, celebrata circa annum 215. Aliæ indictæ fuere ab Agrippini successore Cypriano, una anno 255, altera anno 256, et alia rursus eodem anno frequentior ac plenior. Eodem anno, sive, ut sentit Baronius, 258, coactæ item fuerunt synodi *Iconii* et *Synadæ*, quibus omnibus rejicitur latum ab hæreticis baptisma.

Dixi eas synodos nullius auctoritatis, quoniam valere hæreticorum baptismum decrevit Stephanus papa, et ea quæstio finita postea fuit, ut inquit Augustinus, *plenario concilio*, quod alii putant fuisse nicænum, alii autem arelatense.

In causa vero lapsorum et contra libellaticos synodis Patrum saluberrima edita fuerunt decreta: *Carthagine* sub Cypriano, an. 251 et 252, ac rursus 254, in causa Basilidis Legionensis et Martialis, asturicensis episcopi, contententium, quamvis libellatici forent, propriis sedibus restituti. Actum pariter de recipiendis lapsis sub *Cornelio*, an. 241, coacto Romæ 60 episcoporum concilio.

Adversus hæreses ea quæ sequuntur indicta sunt. Contra Originem anno 238, *alexandrinum* sub Demetrio¹. Adversus Privatam anno 140 *lambesitanum* in Africa. Adversus Berillum *bostrenum* in Arabia, anno 244. Adversus Noetum *ephesinum* an. 255. Duobus *antiochenis* 265 et 270, damnatus Paulus Samosatenus².

¹ Origenes ea in synodo damnatus est, non propter hæresim, sed quoniam ordinatus fuerat in aliena diœcesi et genitalibus abscissis. Vide dissert. iv in III sæculum.

² Alias synodos contra Paulum celebratas innuit Eusebius lib. VII *Hist. eccl.*, cap. xxviii; postremam, quam consignavimus anno 270, qui cum Pagio Dionysii papæ obitum figunt die 26 decembris anno 269, ad hunc annum retrahunt, imo ad annum 266 Pearsonius.

CAPUT III.

HERETICI ET HERETICORUM COMMENTA.

Praxcas a Phrygia, quem circa annum 209 refutavit Tertullianus, unus e cataphrygibus, seu montanistis, *patripassionum* sectam instituit, eorum scilicet, qui aiebant Patrem descendisse in utero Virginis et crucis subiisse patibulum. Praxcam sequuti sunt *Beryllus* et *Sabellius*, qui SS. Trinitatis personas tria dumtaxat esse nomina putaverunt.

Beryllus Bostrorum, in Arabia episcopus, ausus asserere Dominum, antequam inter homines versaretur, non substitisse in propriæ differentia personæ, ut inquit Eusebius, lib. V, cap. xxxiii, hæresim disseminabat anno 238. *Noetus* Ephesinus, quamvis Theodoretus illum vocet Smyrnensem, circa annum 245 vestigia Berylli calcavit, et Christum eundem esse cum Patre et Spiritu sancto dogmatizavit. *Sabellius* vero Ptolemaide natus circa annum 256, tam pervicaciter tres divinas personas in unam hypostasim, tanquam tres appellationes convenire affirmavit, ut ab ipso divinæ Triadis oppugnatores denominentur *sabelliani*.

Propugnavit sabellianum dogma *Paulus Samosatensis* favore Zenobiæ, reginæ Palmyrenorum, evectus ad episcopatum antiochenum et damnatus duobus conciliis supra commemoratis¹.

Vixit eodem sæculo *Novatus*, presbyter carthaginensis, fautor Novatiani antipapæ, qui circa annum 231 tradidit lapsis post baptismum non esse impendendam absolutionem².

Deterior cæteris videtur hæresis *manichæorum*, exorta anno 277. Hujus auctor *Cubricus*, Persarum lingua *Manes*, græca *Manichæus*, quasi fundens manna, vocatus. Is duo principia

¹ Paulum Samosatensem renovasse hæresim Artemonis et Theodoti Coriarii, autumantium Christum nudum esse hominem, affirmat Eusebius, lib. V *Hist. eccl.*, cap. xxviii. Cum summo dedecore Paulum ex Ecclesia exturbatum scribit idem Euseb., lib. VI, cap. xxx.

² Auctores complures, præsertim Græci, Novatum cum Novatiano confundunt, decepti nominum similitudine.

post Marcionem, bonum unum, alterum malum constituit; hinc duas in homine oppositas animas, pugnam concupiscentiæ et rationis, certamen carnis et spiritus, et boni malique commixtionem in qualibet re creata adstruebat; a principe tenebrarum Vetus Testamentum, a Deo bono editum Novum opinabatur. Christum apparenter crucifixum, ejusque animam in globo solis residere putavit. Præluserunt ei *Terbinthus* et *Scythianus*, his prædictus *Marcion* et *Bardesanes* Syrus, atque istis Ægyptii ac Persæ, qui *Isidem* et *Osiridem* seu *Orosmodem* et *Arimanium*, aut qualicumque appellaverint nomine, duplicem invexerunt cunetarum rerum causam, bonam et malam¹.

Fuerunt hæretici alii nominis obscurioris: *Nepos* Ægyptius, qui Papiæ sive millenariorum recoxit errorem; *Valesii* sibimet et hospitibus virilia secantes; *angelici* cultum latræ angelis impendentes, et *apostolici* eos qui utuntur uxoribus, a sua arcentes communione.

CAPUT IV.

DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS TERTII SÆCULI.

Præterito ac præsentis sæculo floruit *Q. Septimius Tertullianus*, presbyter carthaginensis, quem defecisse ad montanistas tradunt circa an. 192, obiisse autem circa 220. Se fuisse gentilem et patre centurione natum, prodidit in lib. *De spectaculis*.

¹ Apud Eusebium, lib. VI *Hist. eccl.*, cap. xxxvii, memoratur hæresis quedam cognominata *arabica*, asserentium animas hominum simul cum corporibus interire, et simul pariter resurrecturas, eandemque hæresim refutasse et extinxisse fertur Origenes; *rebaptizantes*, quorum memini superiori capite, et *millenarios* quosdam, non Cerinthi, sed Papiæ sectatores, quoniam errarunt, vel non explorata traditione, vel nondum expressis Ecclesiæ definitionibus, et quoniam abscissi non fuerunt a fidelium communione, non ausim hæreticos appellare. Meminit proximo capite xxxviii Eusebius hæresis *helcesaitarum*, qui integrum Paulum repudiabant, et aiebant indifferentem rem esse Christum abnegare, alia comminiscentes absurda; quæ tamen hæresis simul nata et extincta est. Videntur alia dogmatizasse ab helcesitis, de quibus superiori sæculo, cap. iii. Hos recensitos ab Eusebio sub Gordiano et Julio Philippo, hoc nempe sæculo III, describit Origenes in psalmum lxxxii.

Scriptor sententiis creber, locutione difficilis, pro christiana religione strenue contra idololatrias pugnavit; Marcionem, Praxeam, valentinianos et cainianos exagitavit, sed in plura etiam lapsus est paradoxa, affirmans rationalem animam et fortassis etiam Deum, esse sui generis corpus, angelos cum filiabus Cain incestam perpetrasse libidinem, et secundas nuptias esse tanquam supra damnandas.

Hippolytus, portuensis episcopus, florebat circa annum 234, ad quem usque chronicum suum protraxit, prout constat ex cathedra ejus marmorea, anno 1551, reperta in Agro Verano, et asservata in Bibliotheca vaticana¹. Hujus martyrium hymno XI, *Ἡσπὶ σερπ.*, celebravit Aur. Prudentius.

Eadem cum Hippolyto ætate floruerunt *Minutius Felix*, *Ammonius Alexandrinus* et *Julius Africanus*. Minutius, in dialogo quem inscripsit *Octavium*, refutavit profanorum fabulas, dictus propterea a Lactantio *idoneus veritatis assertor*; Ammonius cognomento *Sacca*, edidit de *Concordia Mosis cum Jesu* opus elegantissimum, et Julius Africanus tradidit concisa methodo chronographiam, explanavit historiam Susannæ, et in epistola *ad Aristidem* Salvatoris nostri genealogiam².

Fuit Ammonii discipulus *Origenes Adamantius*, Alexandrinus, natus ex Leonide martyre; an. 203, præfectus catechumenis instituendis, sed ob audaciam, qua se eviravit, pulsus a Demetrio episcopo Alexandria; ordinatus presbyter Hierosolymis ab Alexandro, anno 228, et post varia itinera et discrimina mortuus Tyri, anno 259, ætatis suæ 69. Innumera scripsit opera, inter quæ eminent multiplices in libros utriusque Testamenti lucubrationes, et *Tetrapla*, *Hexapla* et *Octapla*,

¹ Scripsit canonem paschalem, annorumque XVI periodum incipientem ab anno I Alexandri Severi, Christi 222, de quo canone viri doctissimi, Ægidius Bucherius, Franciscus Blanchinius et J. Dominicus Cassinus. An Hippolytus episcopus fuerit *Portus* Romani, an *Ponti*, an metropolita Arabiæ, controvertitur. Quidam illum cum Hippolyto Thebano confundunt.

² *Serapionis*, qui scriptis revocare studuit ad frugem Dominum, qui persecutionis tempore a fide describerat, meminit Eusebius lib. VI *Hist. eccl.*, cap. XII.

accuratæ scilicet versionum divinarum Librorum complexiones. Errores tamen docuit permultos, ut pelagianorum *ἀναμαρτυρία*, spirituum, animarumque perpetuum circulum, et post iniquorum expiationem finem gehennæ. Damnatus fuit a Theophilo Alexandrino, ab Epiphano in synodo Cypria, et a Vigilio in V œcumenica, ejusque libri decreto Gelasii declarati fuerunt apocryphi¹.

Dionysius, alexandrinus episcopus, fuit auditor Origenis, obiitque anno 265. Colitur inter sanctos a Græcis V non. octob., a Latinis 15 kal. decembris. Laudantur ejus epistolæ ad Fabium Antiochenum, Ammonem et Cononem, et ad Cognominem rom. pontificem. Accusatus a Pentapolitanis de hæresi Sabellii, naviter se ipsum purgavit.

Prætermittendi non sunt *S. Cyprianus*, episcopus carthagenensis, et *S. Gregorius* neocæsariensis, cognomento Thaumaturgus. *Cyprianus* discessit quidem a sententia Stephani circa hæreticorum baptismum; sed errorem, si admisit, purgavit anno 258 falce martyrii². In cæteris libris et epistolis Ecclesiæ disciplinam, idolorum vanitatem, unitatem Ecclesiæ, virginum, sacerdotum, omniumque mores, servavit, ostendit, firmavit, instruxit.

Gregorius vero, qui et *Theodorus*, mirabilium operum patrator, et a Basilio Magno comparatus apostolis et prophetis, relicta *Μεταπάσι*, id est *Expositione* in Ecclesiastem, et *Epistola canonica de lapsis* approbata a VI synodo, sancto fine quievit

¹ Claruerunt inter Origenis discipulos *Ambrosius* olim marcionita, fidem amplexus cum *Theoctisto*, Maximino imperante; *Trypho* sacre Scripturæ peritus, sensusque allegorici scrutator, et *Beryllus*, qui fuit episcopus Bostræ in Arabia, de quo cap. III.

² Epistolas, quibus rejicitur hæreticorum baptismus, in dubium revocarunt nonnulli. Enituit ea in re Raymundi Missorii ingenium et elegantia. Missorio alii præluserant, quibus adhæsit in sua *Historia eccles.* Franciscus Morenas. In Missorium acuit stylum Joannes Sbaralea; in Morena Eusebius Philalethes. Nostrum judicium pronuntiavimus lib. XXIII *Theol. discipl.*, cap. V, et lib. XXXI, cap. XIII.

Cyprianus ad fidem christianam conversus opera Cæcili presbyteri, hujus sibi cognomentum adscivit. Illius vitam scripsit *Pontius* ipsius diaconus.

post synodum antiochenam anni 265, cui interfuit, et in qua Paulum Samosatensem damnavit, atque inter sanctos colitur a Græcis, Latinisque XV kalendas decembris.

Addo Symmachum Samaritanum, qui edidit græcam Veteris Testamenti translationem¹; *Caium* presbyterum R. E., qui scripsit contra Artemonem et Theodotum; *Geminum Antiochenum*, qui, teste Hieronymo, pauca reliquit ingenii sui monumenta; *Hymenæum Hierosolymitanum*, cujus libros testatur se legisse S. Maximus, scholiastes S. Dionysii Areopagitæ; *Anatolium*, episcopum laodicenum, qui *Canones paschales* exaravit; *Commodianum*, qui se nominat *Mendicum Christi*², scriptorem *Instructionum* adversus paganos; *Archelaum*, Caschorum in Mesopotamia episcopum, qui contra manichæos disputavit; *Victorinum*, martyrem e Pannonia, qui in sacros Libros edidit Commentaria, omnesque hæreses exagitavit; *Pamphilum*, qui scripsit libros quinque apologeticos pro Origene, et martyrii palmam obtinuit; *Lucianum* denique et *Hesychium* martyres, qui in conferendis corrigendisque græcis divinæ Scripturæ codicibus sedulam navarunt operam³.

CAPUT V.

DE ROMANIS IMPERATORIBUS ET MARTYRIBUS.

Ineunte III sæculo romanum regebat imperium *Septimius Severus*⁴ Afer, filius Marci Getæ ac Fulviæ Piæ. Is enim

¹ *Symmachum* fuisse ebionæorum hæresi infectum, ait Eusebius lib. VI *Hist. eccl.*, cap. xxvii. Ab illo ebionitas appellatos esse *symmachianos* constat ex Augustino, lib. I *Contra Cresconium*, cap. xxxi, et lib. XIX *Contra Faustum*, etc.

² Videtur *Commodianus* vixisse temporibus S. Sylvestri, siquidem cap. xxxiii hortatur ethnicos, ut ad ejusdem Sylvestri gregem accedant, quanquam hic nonnulli mendum subesse opinantur.

³ Confutavit montanistas *Zoticus*, episcopus Ostrenus ac martyr. In eosdem stylium acuit *Caius*, discipulus Origenis, de quo lib. VI *Hist. eccl.* Eusebius. Contra Origenem S. *Methodius M.*, episcopus Tyri. Adversus manichæos *Archelaus*, Caschorum in Mesopotamia antistes. *Malchion*, presbyter antiochenus contra Paulum Samosatensem.

⁴ Cognominatus *Pertinax*, extinctus in Anglia ingluvie et stomachi cruditate. Restituit *Pantheon*, subegitque Britannos.

principatum adeptus anno 193, eum administravit usque ad consulatum *Elpidii Rufi* et *Pomponii Bassi*, ad annum 211, quo mortuus est Eboraci, quarta die februarii. Orta est Severi edicto quinta¹, eaque sævissima persecutio anno 202. Trucidati tamen fuerunt anno 200 Carthagine *Speratus*, alique undecim martyres Scyllitani². Interfecti eadem persecutione grassante pater Origenis *Leonides*, *Plutarchus*, *Serenus*, *Heraclides*, *Hera* adhuc cathecumena, alique, de quibus lib. VI Eusebius. Illustre fuit martyrium virginis *Potamiænæ* post acerbissimos cruciatus cum matre *Marcella* igni damnata, et cujus exemplo permulti Alexandrini cives subiere martyrium. *SS. Perpetuæ* et *Felicitatis*, necnon *Rutilii* et *Manvili*, qui anno 203 martyrium in Africa passi sunt, meminerunt præter Martyrologia Tertullianus et Augustinus. Passus item circa hoc tempus Albæ Helvetiorum *Adaleon*, de quo tom. II maii, pag. 35, Bollandistæ; *Andeoli* subdiaconi in quatuor partes ense ligneo conscissi memoriam colunt Martyrologia kalendis maii.

Severo defuncto imperatores creati sunt *M. Aurel. Bassianus Antoninus*, dictus *Caracalla*, a veste ad talos demissa, et *Septimius Antoninus Geta*, filii Severi et Juliæ³; at Geta, non-

¹ Origo persecutionis fuit a Plautiano, quem Severus in Orientem proficiscens reliquerat præfectum Urbis. Idem Severi et Bassiani vitæ insidias molitus interfectus est, ut refert Herodianus.

² De *Sperato*, qui Carthagine securi percussus fuit, et de proconsule *Saturnino*, qui illum damnavit, et paucis post diebus captus est oculis, vide Tertullianum ad Scapulam, cap. iii. *Hera* in Martyrologio romano die 22, dicitur Irais, et ab Eusebio item, lib. VI, cap. iv, *Ἡρα*. Tres Heraides distinguendas esse monet eo loci Valesius. Meminit Eusebius proximo c. v S. martyris *Basilidis*, unius ex apparitoribus, qui Potamiænâ duxerant ad supplicium, ad Christum S. Virginis apparitione conversi. Nec abstinuit Severus a cæde *Philippi*, præfecti Ægypti, quoniam christianæ religioni addictus erat. Sequenti cap. vi idem Eusebius, et Nicephorus, lib. IV, cap. xxxiii, scribunt existimasse nonnullos advenisse imperante Severo tempora Antichristi, atque in ea opinione fuisse scriptorem quemdam, Judæ nomine, qui disseruit de LXX hebdomadibus Danielis.

³ *Julia* fuit secunda uxor, nam prior fuit Marcia, quam aliqui matrem Caracallæ falso putarunt. Julia adeo fuit impudica, ut se cum eodem Caracalla incestu polluerit, sibique illo necato Antiochiæ mortem conscivit. Privigni cum noverca et germana matre connubium damnat lex

dum exacto mense, a fratre in gremio matris occiditur. Ipse fratricida, cum imperasset an. 6 et 2 m. a Martiale centurione prope Carras urbem Mesopotamiæ fuit interfectus an. 217, *coss. Præsente et Extricato*.

At brevior fuit principatus *Opelii Sev. Macrini*, ejusque filii *Diadumeniani*, quos an. 218, *coss.* ipso *Diadumeniano* et *Advento*, milites obtruncarunt, opera Juliæ Mæsæ, aviæ M. Antonini. Successit in imperio idem *Antoninus* dictus, quod fuerit Solis sacerdos, *Heliogabalus*, et in nummis *Helagabalus*¹. Is 4 imperii sui anno, ær. v. 221, militari tumultu occisus fuit, et projectus in Tiberim 6 idus martias. Impurissimus fuit et appellatus a Dione *Pseudoantoninus* et *Sardanapalus*, ab aliis *Tiberinus*, *Tractitius*, *Impurus*.

Imperavit deinde *Aurel. Severus Alexander*, natione Syrus, et Elagabali consobrinus, an. 13 occisus a militibus, 15 kal. aprilis, *coss. Severo et Quintiano*, id est, anno 235. Sub Alexandro autem martyres occubuerunt Romæ *Calepodius* presbyter, *Cæcilia* virgo cum sponso *Valeriano*, hujusque fratre *Tiburtio*, *Palmatius* consul cum liberis et uxore, *Felix* cum conjugē sua *Blanda*, *Martina* virgo. Item *Quiriacus*, episcopus ostiensis, *Asterius* presbyter, *Tatiana* matrona, *Aurea* virgo, *Julius* et *Hesychius* milites, cum aliis permultis, apud Ostia Tiberina peremptis².

divina *Levit. xviii*, *Deut. xxvii*, lex naturæ I *ad Corint. v*, lex civilis I. ult. *de Rit. nupt.*, et Virgilius apud inferos puniri ait *Æn. i*:

Qui thalamos natæ invadit vetitosque hymenæos.

¹ *Heliogabalus* filius fuit Caracallæ; an ex Julia matre, an ex Sæmiade concubina, incertum. Periiit trucidatus in latrina, florentissima ætate, annos natus 16 aut 18, tribus jam compressis et repudiatis uxoribus, Julia Cornelia Paula, Aquilia Severa vestali et Annia Faustina, quam occiso illius viro, Pomponio Basso, rapuerat. Nupsit quoque Zofico, ut inquit Lampridius. Ridicula patravit, modo colligens decem millia pondo araneorum, modo eandem copiam mustelarum et murium; adhibuitque in convivio 8 luscus, 8 calvos, 8 surdos, 8 insigniter nigros, 8 laborantes podagra, 8 notabiliter obesos, 8 nasutos, ita servans proloquium, ἀπὸν ὄκτω.

² *Aurelius Alexander Severus* matrem habuit Juliam Mammæam, sororem matris Heliogabali, christianam foeminam. Repudiata priori conjugē filia Martiani, duxit Memmiam filiam Sulpitii, viri consularis. Apolonii,

Extincto Alexandro imperium tenuit *Julius Maximinus* e Thracia, opilio olim et pastor, trucidatus ab exercitu mense octobris, *coss. Perpetuo et Rustico*, ac simul inauguratus est imperator in Africa *M. Ant. Gordianus*, qui seipsum interemit mense maio, iisdem *coss.*, nempe anno 237. Orta sub Maximino persecutio Ecclesiæ sexta anno 236. Affectæ martyrio *Barbara* Nicomediæ et Alexandriæ *Catharina*¹, cujus acta sunt admodum ambigua. A Maximino « alios in crucem sublato, alios animalibus nuper occisis inclusos, alios feris objectos, alios fustibus elisos, » affirmat etiam Capitolinus².

Devolutum deinde imperium ad *M. Antonium Gordianum* juniorem³, interfectum a Philippo Arabe anno 244. Tum ad *Philippum*, de cujus religione disceptatur, confossum Veronæ a militibus anno 249, trucidato circa idem tempus Romæ a cohorte prætoria *Julio Philippo*, illius filio, adscito in consor-

Abrahami, Orphei, necnon Christi coluisse fertur imagines. Videsis § 7 Lampridii.

Prohibuisse balnea mixta refert Dion.

¹ Alias *Ecaterina*.

² *Maximinus* parentes habuit Miceam Gothum et Ababam Alanam, ut inquit Capitolinus. Appellatus est *Pestis reipublicæ*. Eo auctore interfectus Alexander, qui redeuntem e Thracia amantissime exceperat et creaverat legionis a se institutæ tribunum. Mactati in persecutione Maximini *Lucianus*, presbyter antiochenus, eruditione clarissimus; *Pamphilus*, presbyter laodicenus, ædificator Bibliothecæ cæsareensis, cujus nomen Eusebius pro suo cognomine adhibuit; *Dorothea*, virgo alexandrina, formæ et decoris gloria percelebris. Plura de hac Eusebius lib. VIII, cap. xiv. Sed ibi Dorotheæ nomen non lego, ejusque certamen refertur ad tempora alterius Maximini et Galerii, de quibus sæculo proximo. Sub hoc tamen Maximino floruisse Dorotheam alii tradunt. Martyrologium Germ. XV kal. nov. memoriam agit *S. Triphonæ* aut *Triphenæ*, filii ipsius Decii uxoris et *S. Cyrilla*, ejusdem Cæsaris filia, locum habet in Martyrologio Adonis. In romana Ecclesia coluntur *Abdon et Sennen* Persæ, *Venantius* Camers, miræ constantiæ adolescens. Illustres quoque in Tabulis ecclesiasticis SS. mart. *Epimachus* et *Alexander*, *Pionius* presbyter, *Amaranthus* Aquitanus, *Marina* virgo antiochena, etc. Viginti christianorum millia Antiochiæ in templo combusta in nocte dominicæ Nativitatis, Nicephorus, lib. VII, cap. vi, et Genebr. tradiderunt. Contigit horum triumphus sæculo desinente vel sub initia sequentis.

³ *Gordianus* senior patrem habuit Metium Mamillum, matrem Ulpiam Gordianam, uxorem vero, quæ illi peperit M. Anton. Gordianum juniorem, Fabiam Orestillam, Antonini proneptem.

tium imperii, ac deinde ad *Q. Trajanum Decium*, natum in inferiori Pannonia, peremptum a Scythis et in paludem demersum, exeunte anno 251, ipso III et *Herennio Etrusco* *cos.* ¹.

Mota sub Decio persecutio Ecclesiæ VII. Tradunt sincera martyrum Acta, sub Decio *Metram* lapidibus obrutum; *Apoloniæ* dentes excussos, *Serapionem* e cœnaculo dejectum, *Julianum* flagris cæsum et igne consumptum, *Ammonarium*, *Mercuriam* et *Dionassiam* gladio cæsas, *Ischirionem* per media viscera transfixum, *Saturninum*, tolosanum episcopum, pedibus circumactò tauro alligatum et omni membrorum parte laceratum, *Alexandrum*, jerosolymitanum episcopum, et *Babylam* Antiochenum in carcere extinctos, *Pionem* Smyrnæ cum *Sabina* et *Asclepiade*, et *Metrodoro* stipiti affixum, *Maximum* lapidibus obrutum, *Petrum*, *Andream*, *Paulum* et *Dionysiam* Lampsaci gladio peremptos, *Tryphonem* et *Respicium* Niceæ capite truncatos, *Lucianum* et *Marcianum* Nicomediæ flammis exustos. De his sincera Ruinartii Acta. Sed alii plures sub Decio martyrio coronati fuere, ut *Aretii Pergentinus* et *Laurentius* fratres, Catanæ *Agatha* virgo, Ravennæ *Fusca* et *Maura*, Romæ *Abdon* et *Sennen*, atque in Tuscia *Secundianus*, *Murcellianus* et *Verianus*. Sub Decio itidem contigit passio *S. Miniatis*, quem Florentini colunt. Furente hac persecutione *Paulus*, eremitarum pater, in Thebaidis antra secessit, et Ephesi septem *Dormientes* in spelunca reserato ostio consummarunt martyrium.

Ad imperatorum revertendum est seriem. Trucidato Decio, Augustus inito cum Scythis fœdere, dictus est *Caius Vibius Trebonianus Gallus*, qui imperii consortem fecit filium *Volu-*

¹ *Decio* cognomen Trajani tribuit senatus. Messium Decium alii vocarunt. Ejus patria Bihalis. Suscepit ex conjuge Tryphonia filium Decium, quem constituit consortem imperii, magnopere laudatum e Valerio Maximo. *Execrabile animal* dicitur a Lactantio *De mortibus persecutorum*, n. 4. Incœpta Decii persecutio statim ac imperium obtinuit anno 249, ac perduravit usque ad ejus mortem, id est, usque ad finem novembris anni 251. Quo anno in tertio ipsius Decii filiiq̄ consulatu Fasti Idatiani hanc persecutionem consignant. Inter paludes victus et cum exercitu deletus nec sepultura potuit honorari. Id Lactantius, loco citato, Cyprianus, *De lapsis*, et Hieronymus, in *Zac.* XIV, ultioni divinæ adscribunt.

sianum; sed inchoato principatus anno tertio, ambo Interamnæ occisi sunt anno 254, ac suffectus *M. Æmilianus* Maurus, et ipse a militibus prope Spoletum occisus, nondum transacto tertio imperii anno. Acclamati sunt itaque imperatores *Pub. Licinius Valerianus* et *Pub. Licinius Gallienus*, illius filius, quorum *Valerian.* an. 259 captus a Sapore, Persarum rege, ignobili servitute consenuit, ac tandem detracta cute miserime obiit. *Gallienus* vero in expugnatione Mediolani a suis interfectus est, *cos. Paterno* et *Mariniano*, anno 268, die 21 martii.

Excitata sub Valeriano anno 257, in 4 ipsius consulatu, persecutio VIII, *Antichristi* appellata a S. Dionysio Alexandrino. In qua Christo testimonium reddidere Romæ eodem anno *Stephanus* papa et *Tarsicius* acolythus, et anno 258 *Sixtus* una cum *Quarto*, *Hippolyto*, *Felicissimo*, *Agapito* et clericis aliis octo, ac paulo post levita Sixti *Laurentius*, *Rufina* et *Secunda* sorores, *Eusebius* presbyter et *Marcellus* diaconus ¹. In Africa vero præter *Cyprianum*, de quo supra, Uticæ demersus fuit in calcem 300 sanctorum exercitus, quem a fornace calcaria *Massam candidam* appellarunt. De aliis martyribus vide Eusebium, lib. VII, cap. xv et xvi, et Theodoricum

¹ Cœptam persecutionem anno 3 imperii sui et Christi 257 aiunt docti viri. Ineunte enim imperio mitissimus fuit, ut non tantum testatur Trebellius Pollio, sed etiam Eusebius lib. VII *Hist. eccl.*, cap. x. Ut sæviret in christianos incitavit archisynagogus magorum Ægypti. Meminit Eusebius, cap. xii, trium martyrum Cæsareæ in Palestina damnatorum ad bestias, quorum unus dicebatur *Priscus*, alter *Malchus*, tertius *Alexander*. Fuit Valerianus ex Cornelia familia, filius Valerii Flacci, et cognominatus Colobius. Captus a Sapore, huic equum aut vehiculum adscendenti terga vertere et dorsum, cui rex pedem imponderet, curvare coactus est. Detracta ejus cutis et infecta rubro colore posita fuit in templo idolorum ad clarissimi triumpho memoriam. Vide librum *De mortibus persecut.*, c. v, Acta *S. Pontii* martyris, a Balucio in lucem edita, cap. xxiv, et Hugonem Floriacensem, in Chronico. Licinius Gallienus, ejus filius, insidiis Macriani et Heracliani ducum interfectus est anno imperii sui 14 completo, ætatis 51. Fuit litteris egregie excultus, ejusque legitur epithalamium illud, recitatum dum filios fratrum suorum jungeret matrimonio:

Ite, ait, o pueri, pariter sudate medullis

Omnibus inter vos: non murmura vestra columbæ,
Braquia non hedere, non vineant oscula conchæ.

Ruinart, pag. 200 et seqq. Sub Valeriano item martyrio coronati sunt Romæ *Eugenia* virgo, Tarracone *Fructuosus* episcopus, Viennæ in Galliis *Florentius*, etc. Gallieno itidem imperante securi fuerunt percussi *Protus* et *Hyacinthus*, prælaudatæ virginis *Eugeniæ* eunuchi.

Sublato e vivis Gallieno suffectus fuit *M. Aurel. Claudius II*, et huic post biennium pestilentia correpto, successit an. 270 *Lucius Domitius Aurelianus*, Sirmiensis, occisus inter Heracleam et Byzantium anno 275¹. Movit Aurelianus aut instauravit Ecclesiæ persecutionem, quæ dicitur nona, *coſs. Quieto* et *Voldumiano*, id est, anno 272. Augustoduni *Symphorianus*, Cæsareæ in Cappadocia *Mamantes*, *Athenodorus* frater S. Gregorii Thaumaturgi in Ponto, *Chariton* in Isauria, *Iustus* et *Patrochus* in Galliis, *Philomenus* Ancyræ, aliique per multi martyrium perpassi sunt. Vixit circa hæc tempora *Felix Nolanus*, quem S. Paulinus Natali V vocat confessorem ac martyrem.

Reliqui imperatores tertii sæculi sunt, *M. Clarus Tacitus*, qui obiit die 13 aprilis anno 276; *M. Annius Florianus*, frater Taciti, a militibus Tharsi post duos menses peremptus; *Probus* post Florianum acclamatus Augustus, septimo imperii anno, id est 282, apud Sirmium occisus; *M. Aurel. Carus* proximo

¹ *Aurelianus* imperium indeptus est *coſs. Antiochiano* et *Orfito*, ex fastis Idatii, ideoque anno 270. Occisus in 4 suo consulatu, anno 275, die 29 januarii. Patrem habuit ædituum obscuri generis, et matrem Solis sacerdotem. Alii Sirmii, alii in Mœsia, alii in Dacia natum putant. Erumpentes Sarmatas cum trecentis tantum præsidiariis attrivisse narrat Vopiscus. Pugnavit contra Gothos, Suevos, Marcomannos et reginam Zenobiam, egitque de Oriente et Occidente triumphum. In libro *De mortibus persecut.* dicitur « natura vesanus et præceps, » a Vopisco « pædagogus senatorum. » Persecutionem exciavit paulo ante mortem, exeunte anno 274, aut ineunte sequenti. Interfectus est enim Cœnophrurii inter Heracleam et Byzantium anno 275, mense januarii, unde Eusebius lib. VII *Hist. eccl.*, cap. xxx, interemptum ait : « Compositis contra nos edictis subscribentem. » Occisum « malitia notarii sui et manu Mucaporis » scribit lib. IX Eutropius. Notarius ille Mnestheus nomine affixus est stipiti, ferisque objectus. Sex. Aur. Victor in Epitome ait ab Aureliano septam Urbem « validioribus et laxioribus muris, » primum apud Romanos usum capitis diademate, gemmisque et veste aureata.

anno 283 interfectus; *M. Aur. Garinus* et *M. Aur. Numerianus*, filii *M. Aur. Cari*, et ipsi occisi anno 284. Denique *Valerius Diocletianus Jovius*, Diocles antea dictus, obscuro genere Salonis in Dalmatia ortus, eodem anno 284, unde subducitur æra *martyrum*, adeptus imperium, socium adscivit anno 286 kal. aprilis *M. Aur. Maximianum* cognomento *Herculium*, qui sese imperio abdicarunt, anno 304, dum *Diocletianus* nonum et *Maximianus* octavum gereret consulatum, sive, ut recentiores contendunt, anno 305, kalendis maii. Mota postremis Diocletiani temporibus decima Ecclesiæ persecutio, de qua sequenti sæculo quarto¹.

CAPUT VI.

TERTII SÆCULI DOGMATA ET DISCIPLINA.

Traditione apostolica et decreto Stephani definitum est, ratum esse baptismum verbis evangelicis consecratum, etiamsi

¹ *Diocletianus*, Anulini senatoris libertinus, a Dioclea matre nomen suum derivavit, Graium vocabulum in romanum morem convertens. Vocatur in libro *De mort. persec.*, num. 7, « scelerum inventor, » et « malorum machinator. » Indicta persecutio 7 kal. martias, dum celebrarentur Terminalia, id est, dum ageretur dies festus Romanorum ob deum Terminum, in 8 Diocletiani et 7 Maximiani consulatu. Ita in fastis idatianis. Ea dies est 23 februarii, anno 303. De hac die, num. XII, *De mortib. pers.*, usurpantur verba Virgilii *Æn.* IV :

Ille dies primus lethi, primusque malorum causa fuit.

Occurrebat annus imperii Diocletiani XIX, ut recte Eusebius in Chronico et libro VIII *Hist. eccl.*, cap. II. Proposita tunc imperialia edicta, quibus jubebatur ecclesias dirui, sacros codices flammis absumi, honoratos notari infamia, plebeios libertate expoliari. Additum paulo post, ut omnes Ecclesiarum antistites ubicumque conjicerentur in vincula et diis cogentur sacrificare. Acerbissimam hanc persecutionem per decem continuo annos depopulatam fuisse christianas plebes ait libro II, cap. XLVII, Severus Sulpitius. De illa prædicto libro *De mort. pers.*, num. 16 : « Vexabatur ergo universa terra, et præter Gallias, ab oriente usque ad occasum tres acerbissimæ bestię sæviebant,

» Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferreæ vox, omnes scelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possim ; »

Sunt tres illæ « acerbissimæ bestię, » Diocletianus, Maximianus Herculus et Galerius Maximianus, de quibus cap. V proximi sæculi.

ab hæreticis conferatur. Nullum esse peccatum, quod per claves Ecclesiæ nequeat remitti, Ecclesia Christi declaravit adversus novatianos. Fides Trinitatis damnatione hæreticorum magis magisque confirmata est. Unum esse Deum Veteris et Novi Testamenti auctorem, et divinum Verbum veram assumpsisse carnem, vere suffixum fuisse cruci, non est hæsitandum. Commentitium esse æternum mali principium cum naturali philosophia religio revelata suadet.

Ut episcopo divinam rem peragenti adstarent presbyteri, Zephirinus constituit. Sacri ministerii vasa, quæ vitrea erant, cœperunt Urbano sedente ex argento conflari. Lapsis in persecutione concessa est indulgentia, sed *libellatici* et *thurificantes* ex clericis ad communionem tantum laicam admissi fuerunt. Institutæ stationes sive gradus pœnitentium, *πρόσκλησις*, *fletus*, *ἀρρώστια*, *auditio*, *ὑπόπτωσις*, *substratio*, et *σώστασις*, *consistentia*. Vignit a Callisti ætate jejunium quatuor Temporum. Diaconi septem regionibus Urbis præerant, ut pauperum curam gererent. Sepeliebantur religioso cultu cadavera martyrum cum dalmatica, aut colobio purpureo, id Eutychiano jubente. Supra eorundem martyrum memorias ab ætate Felicis I missæ celebrabantur; unde morem derivasse aiunt consecrandi altaria cum eorum reliquiis ¹.

APPENDIX

DE REBUS EXTERNIS MEMORABILIBUS.

Varios commemorabimus sæculi hujus eventus, deinde clariora bella, postremo celebriores scriptores. Igitur anno Christi

¹ De rigore disciplinæ cum lapsis servandæ legito epistolas Cypriani. Qui carceribus mancipati confitebantur Christum, *confessores* nondum perpassi martyrium appellabantur. Tempore quoque persecutionum, pestilentiæ, maximæque calamitatis, celebratos a fidelibus festos dies, in quovis loco, et interdum in agro, in solitudine, in navi, in stabulo, sacros conventus tanquam in templo habitos, sepultaque religioso cultu, gentilibus prorsus contrario, fidelium defunctorum cadavera, testatur B. Dionysius Alexandrinus apud Eusebium, libro VII *Hist. eccl.*, cap. xxii. Adhibitos in funere cereos ex vetusto christianorum more, Acta S. martyris Cypriani testantur.

204 ludi sæculares exhibiti fuerunt Romæ, celebrati rursus anno 248 sub *Philippis*. Medici, qui noluerant Severum occidere, ipsi anno 241 interfecti fuerunt jussu Antonini. *Papinianus* JC. nolens Getæ cædem excusare, ab eodem Antonino, anno 212, morte afficitur. Thermæ antonianæ dictæ, anno 215 fuerunt in Urbe constructæ. Occiditur, anno 222, a prætorianis militibus *Ulpianus*, quoniam severiorem exercebat disciplinam. 226, thermæ alexandrinæ vocatæ in urbe Roma ædificatæ fuerunt. *Talmud* jerosolymitanum anno 232 dicitur editum. *Pupienus* et *Balbinus* interficiuntur anno 237, tempore agonis Capitolini. Pestilentia provincias plurimas ac præsertim Ægyptum, et hujus metropolim Alexandriam, anno 252, occupavit. Imperante *Gallieno* insurrexere ¹ XXX tyranni, affectantes principatum: *M. Cassius Posthumus*, qui imperium arripuit Coloniae; *C. Junius Cassius Posthumus*, ejus filius, a Gallis dictus Augustus; *Cyriades*, Saporis Persarum regi confœderatus; *L. Ælius Pannonia* rector, *Lælianus*, qui sublato Postumo in Gallia salutatus est imperator; *M. Piavonius Victorinus*, Læliani occisor et successor; *L. Aurel. Victorinus*, illius filius; *Victoria*, Victorini senioris mater, quæ filio ac nepote sublatis, Tetricum movit ad capessendum imperium; *Mamurius*, ferri olim opifex, gladio, quem ipse confecerat, occisus a milite; *Q. Nonius Regillianus*, e Dacia acclamatus in Illyrico a Mœsiis; *M. Acilius Aureolus*, olim pastor, coactus a militibus imperium sumere in contemptum Gallieni; *M. Fulvius Macrianus*, ejusque filii *Q. Fulvius* et *Caius Fulvius Quietus*, in Oriente acclamati; *Servius Anicius Balista*, occisus in Daphne, dum in tentorio cubaret; *Domitius Domitianus*, dux Aureoli; *Odenatus*, rex Palmyrenorum; *Herodianus* filius Odenati; *Herennianus* et *Timolaus*, Odenati pariter filii; *Zenobia* regina, uxor Odenati, de stirpe Ptolomæorum; *Macenius*, qui Odenato vitam imperiumque rapuit; *Valerius Valens* renunciatus imperator apud Macedonas; *L. Calpurnius Piso*, qui se in Thessalia nominavit augustum; *T. Cæstius Emilianus*, in Ægypto declaratus imperator ab exercitu; *Publius Saturninus* a militibus item

¹ Ex Trebellio, de quo cap. ult., sive in Append. proximi sæculi.

ab hæreticis conferatur. Nullum esse peccatum, quod per claves Ecclesiæ nequeat remitti, Ecclesia Christi declaravit adversus novatianos. Fides Trinitatis damnatione hæreticorum magis magisque confirmata est. Unum esse Deum Veteris et Novi Testamenti auctorem, et divinum Verbum veram assumpsisse carnem, vere suffixum fuisse cruci, non est hæsitandum. Commentitium esse æternum mali principium cum naturali philosophia religio revelata suadet.

Ut episcopo divinam rem peragenti adstarent presbyteri, Zephirinus constituit. Sacri ministerii vasa, quæ vitrea erant, cœperunt Urbano sedente ex argento conflari. Lapsis in persecutione concessa est indulgentia, sed *libellatici* et *thurificantes* ex clericis ad communionem tantum laicam admissi fuerunt. Institutæ stationes sive gradus pœnitentium, *πρόσκλησις*, *fletus*, *ἀρρώστια*, *auditio*, *ὑπόπτωσις*, *substratio*, et *σώστασις*, *consistentia*. Vignit a Callisti ætate jejunium quatuor Temporum. Diaconi septem regionibus Urbis præerant, ut pauperum curam gererent. Sepeliebantur religioso cultu cadavera martyrum cum dalmatica, aut colobio purpureo, id Eutychiano jubente. Supra eorundem martyrum memorias ab ætate Felicis I missæ celebrabantur; unde morem derivasse aiunt consecrandi altaria cum eorum reliquiis ¹.

APPENDIX

DE REBUS EXTERNIS MEMORABILIBUS.

Varios commemorabimus sæculi hujus eventus, deinde clariora bella, postremo celebriores scriptores. Igitur anno Christi

¹ De rigore disciplinæ cum lapsis servandæ legito epistolas Cypriani. Qui carceribus mancipati confitebantur Christum, *confessores* nondum perpassi martyrium appellabantur. Tempore quoque persecutionum, pestilentiæ, maximæque calamitatis, celebratos a fidelibus festos dies, in quovis loco, et interdum in agro, in solitudine, in navi, in stabulo, sacros conventus tanquam in templo habitos, sepultaque religioso cultu, gentilibus prorsus contrario, fidelium defunctorum cadavera, testatur B. Dionysius Alexandrinus apud Eusebium, libro VII *Hist. eccl.*, cap. xxii. Adhibitos in funere cereos ex vetusto christianorum more, Acta S. martyris Cypriani testantur.

204 ludi sæculares exhibiti fuerunt Romæ, celebrati rursus anno 248 sub *Philippis*. Medici, qui noluerant Severum occidere, ipsi anno 241 interfecti fuerunt jussu Antonini. *Papinianus* JC. nolens Getæ cædem excusare, ab eodem Antonino, anno 212, morte afficitur. Thermæ antonianæ dictæ, anno 215 fuerunt in Urbe constructæ. Occiditur, anno 222, a prætorianis militibus *Ulpianus*, quoniam severiorem exercebat disciplinam. 226, thermæ alexandrinæ vocatæ in urbe Roma ædificatæ fuerunt. *Talmud* jerosolymitanum anno 232 dicitur editum. *Pupienus* et *Balbinus* interficiuntur anno 237, tempore agonis Capitolini. Pestilentia provincias plurimas ac præsertim Ægyptum, et hujus metropolim Alexandriam, anno 252, occupavit. Imperante *Gallieno* insurrexere ¹ XXX tyranni, affectantes principatum: *M. Cassius Posthumus*, qui imperium arripuit Coloniae; *C. Junius Cassius Posthumus*, ejus filius, a Gallis dictus Augustus; *Cyriades*, Saporis Persarum regi confæderatus; *L. Ælius Pannonia* rector, *Lælianus*, qui sublato Postumo in Gallia salutatus est imperator; *M. Piavonius Victorinus*, Læliani occisor et successor; *L. Aurel. Victorinus*, illius filius; *Victoria*, Victorini senioris mater, quæ filio ac nepote sublatis, Tetricum movit ad capessendum imperium; *Mamurius*, ferri olim opifex, gladio, quem ipse confecerat, occisus a milite; *Q. Nonius Regillianus*, e Dacia acclamatus in Illyrico a Mœsiis; *M. Acilius Aureolus*, olim pastor, coactus a militibus imperium sumere in contemptum Gallieni; *M. Fulvius Macrianus*, ejusque filii *Q. Fulvius* et *Caius Fulvius Quietus*, in Oriente acclamati; *Servius Anicius Balista*, occisus in Daphne, dum in tentorio cubaret; *Domitius Domitianus*, dux Aureoli; *Odenatus*, rex Palmyrenorum; *Herodianus* filius Odenati; *Herennianus* et *Timolaus*, Odenati pariter filii; *Zenobia* regina, uxor Odenati, de stirpe Ptolomæorum; *Macenius*, qui Odenato vitam imperiumque rapuit; *Valerius Valens* renunciatus imperator apud Macedonas; *L. Calpurnius Piso*, qui se in Thessalia nominavit augustum; *T. Cæstius Emilianus*, in Ægypto declaratus imperator ab exercitu; *Publius Saturninus* a militibus item

¹ Ex Trebellio, de quo cap. ult., sive in Append. proximi sæculi.

electus; *C. Pesuvius Tetricus*, memoratus supra in Victoria seu Victorina; *Tetricus* junior, ejus filius, simulque cæsar factus in Galliis; *C. Annius Trebellianus* in Isauria acclamatus; *T. Cornelius Celsus*, tribunus Africae. Hi triginta imperium invadentes et augusti declarati, brevi tempore miserrime perierunt.

Bella hujus sæculi illustriora confecta sunt anno 209 a *Severo* in Britannia, quæ circumducto per insulam muro fuit validiori præsidio munita. 216, pugnavit *Antoninus*, vicitque Artabanum, Parthorum regem. 229, idem *Artabanus* cum Persis (quorum imperium circa annum 226 restauraverat Artaxar, gregarius antea miles), bellum gerens occisus est, et in illo extinctum regnum Parthorum. 234, *Varius Macrinus* in Illyrico et *Junius Palmatus* in Armenia felici eventu pugnarunt. 240, commissum in Africa bellum contra *Sabinianum*, qui a Gordiano defecerat. 242, idem *Gordianus* ingentibus copiis contra Persas tetendit, horumque fudit exercitus. 258, a Gothis, Scythis, Marcomannis, Persisque in arma ruentibus, romanum imperium fœdissime laceratur. 260, victi ab *Odenato* Persæ, *Sapor* Orientem aggressus, Scythæ irruerunt in Asiam. 263, in Scytharum, Gothorumque irruptionibus incensum est templum Dianae Ephesiae, reputatum Asiae miraculum. 270, ad *Hæmimontum* Thraciæ Gothorum exercitus fuit peste et fame consumptus. 273, imp. *Aurelianus* non procul ab Antiochia superavit *Zenobiam*, quæ imperium orientale occupaverat, eamque captam suo reservavit triumpho. 296, Alexandria cum toto Ægypto recuperata a *Diocletiano*, qui ita se extulit, ut ad instar Dei adorari voluerit, pedesque osculandos præbuerit salutantibus.

Inclaruerunt litteris tertio christiano sæculo *Papinianus*¹ et

¹ Imperante Caracalla floruerunt JCC. plerique, *Papiniani* auditores, *Terruntius*, *Paternus*, *Macer*, *Terentius*, *Clemens*, *Menander*, *Arcadius*, *Rufinus*, *Papirius Fronto*, *Anthius*, *Maximus*, *Hermogenianus*, *Africanus*, *Florentinus*, *Tryphonius*, *Justus Callistratus*, *Venuleius*, *Celsus*, *Serenus Sammonicus*. De his *Raphael Volaterranus*, *Rutilius*, *Pancirolos*, *Gravina*, etc. *Domitius Ulpianus* collegit nefaria rescripta principum adversus christianos. Vide *Lactantium*, lib. V *Instit.*, cap. xi.

Ulpianus, JCC. præstantissimi superius laudati. *Censorinus*, doctissimus grammaticæ artis, auctor libri *De die natali*, chronologis utilissimi¹. *Dionysius Longinus Cassius*, præceptor Porphyrii et *Zenobiæ* reginæ Palmyrenorum a consiliis, quem *Eunapius* vocat βιβλιοθήκη ἐμφυχὸν καὶ περιπατῶν μουσείον. Memoratur *Porphyrius*, philosophus, religionis nostræ infensissimus hostis, qui cum *Plotino* Romam advenit circa annum 263². *Philostratus* Lemnius, Apollonii Thyanei mendacissimus, blasphemusque laudator. *Julius Titianus*, qui scripsit *Provinciarum* libros pulcherrimos, *simia sui temporis* appellatus. *Dio Cassius*, nicæus historicus, qui grandi utitur stylo ac *Thucydidem* imitatur, sed immerito in præstantissimos viros invehitur. *Herodianus* styli perspicui, sed fidei in *Alexandro* et *Maximino* nutantis. *Asinius Quadratus*, qui jonico dialecto romanam scripsit historiam. *Dionysius* historicus, cujus meminit *Jornandes De rebus gethicus*, cap. xxi. *Oppianus* Cilix, ob singulos versus donatus ab Antonino Caracalla *statere* uno, id est, viginti millibus nummorum aureorum, unde ejus carmina aurea dicuntur. *Ælius Spartianus*, Historiæ *augustæ* auctor, in quo deprehenditur rerum repititio et confusio³.

¹ Dicitur fuisse e gente *Martia*, quæ originem traxerat a duobus Romanorum regibus Numa et Anco. Legi apud *Carolum Patinum* in *Familiis Rom.*, pag. 169, tres inscriptiones ad *Martiam* gentem spectantes, in quibus *Censorini* nomen occurrit. Pertinere puto ad *Censorinum*, qui anno Urbis 746, octavo ante æram christianam, cum *Asinio Gallo* gessit consulatum. Sed ostendunt tamen haud insolitum in familia *Martia* gentilium nomen. Aureum *De die natali* opusculum, editum a *Censorino* fuit anno Christi 238.

² *Porphyrius* fuit natione Tyrius, Syrorum lingua appellatus *Malchus*, discipulus *Plotini*, natus anno 12 *Severi Alexandri*, Christi 233, et mortuus Romæ septuagenario major, postremis annis imp. *Diocletiani*. *Plotinus* vero obiit anno ætatis suæ 66, æræ vulg. 270, quo *Claudio II* occumbente levatus est *Aurelianus*.

³ Claruerunt itidem hoc sæculo *Alexander Aphrodisiæus*, primus commentator *Aristotelis*, *Philemon* comicus syracusanus, *Nicostratus* sophista, *Trapezuntinus*, *Amelius* platonius, *Volcatius* historicus, *Nemesianus* poeta.

QUARTUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

DE EPISCOPIS ROMANÆ URBS.

In romana Petri Cathedra sederunt quarto sæculo *Marcellinus, Marcellus, Eusebius, Melchiades, Sylvester, Marcus, Julius, Liberius, Felix II, Damasus, Siricius, Anastasius.*

XXX. Marcellinus subrogatus Caio, dicitur coronatus martyrio XVII kalendas apriles, *Diocletiano IX* et *Maximiano VIII* *coss.*, scilicet anno ær. v. 304. Narrantur ejus thurificatio et habitum de hac re sinuessanum concilium. Verum S. Pontificis lapsus videtur a donatistis confictus, et concilium illud a plurimis commentitium censetur. Martyrium, quod nonnulli in dubium revocant, comprobant vetusta Martyrologia et romanæ Ecclesiæ traditio¹.

XXXI. Suffectus *Marcellus*², qui episcopatum tenuit usque post consulatum *X Maximiani Herculis*, id est, usque ad annum 309, quo obiit inedia, et loci situ confectus in domo Lucinæ, quam ipse in Ecclesiam, Maxentius in catabulum redegerat.

XXXII. Sedit postea *S. Eusebius*, natione græcus, qui supremum diem obiit anno 311, in consulatu VIII *Maximiani*, cognomento Armentarii.

XXXIII. Ad episcopatus apicem evectus deinde est *S. Mel-*

¹ Juxta Pagii chronologiam *Marcellus* creatus est anno 308, *Eusebius* anno 310, eodemque anno post menses quatuor *Melchiades*. *Sylvester* anno 314, *Marcus* anno 335. In reliquis sæculi hujus pontificibus nulla occurrit discrepantia aut saltem minima.

² Hunc quidam ob nominis similitudinem cum *Marcellino* confundunt, ut contigit de Cleto et Anacleto, sicut prænotavimus in primo sæculo.

chiades aut *Miltiades*, Afer genere. Is donatistas repressit, absoluto *Ceciliano* cathaginensi episcopo, quem *traditionis* sacrorum codicum ipsi donatistæ insimulabant. E vivis excessit *Constantino A. III* et *Licino A. coss.*, id est, anno 313, mense decembri.

XXXIV. Rexit deinde Ecclesiam supra annos 21, hoc est, usque ad exitum anni 334, quo plenus meritis obiit, *coss. Julio Constantio* et *Rufo Albino*, *S. Sylvester* Romanus, primus omnium pontificum ob restitutam Ecclesiæ pacem et libertatem redimitus corona¹.

XXXV. Sylvestro *S. Marcus* filius Prisci :

XXXVI. Marco *S. Julius I* successit, quorum primus obiit post menses octo anno 336, *coss. Nepotiano* et *Facundo*, die 7 octobris; alter vero post annos 16, mortuus est die 12 aprilis, in consulatu *Constantii Aug. V* et *Galli Cæsaris*, nempe anno 352.

XXXVII. Liberius Romanus post Julium præfuit Ecclesiæ usque ad annum 366, quo anno, *coss. Gratiano* et *Dagalaipho*, die 24 septembris migravit e vita. Hunc aliqui ex pontificum numero excludunt, quod apud Sirmium exul subscripserit formulæ arianorum. At ea formula non damnabat *ὁμοούσιον*, nec erat expresse hæretica.

XXXVIII. Pulso in exilium Liberio ab imperatore Constantio et sponte cedente episcopatu, commissum Ecclesiæ regimen *S. Felici II*, qui anno 359 martyr occubuit. Liberius vero romanæ reversus Ecclesiæ rursus præficitur. Plures pontificum Felicis oppugnant, quem nos alibi vindicavimus.

XXXIX. Ab anno autem 366 emortuali Liberii usque ad annum 384, exercuit pontificis maximi munus *S. Damasus*, plurimis virtutibus clarus². Compresso Ursicini schismate,

¹ Exolevit opinio asserentium Constantinum Magnum a Sylvestro regeneratum fuisse baptismate, tradente Eusebio, cui Patres scriptoresque gravissimi subscribunt, baptizatum fuisse morti proximum prope Nicomediam. Nutant etiam quæ de donatione constantiniana traduntur.

² Sanctos Damasus pontificem et Laurentium M. hispanos, quos nonnulli recentiores Romæ exortos scripsere, Hispaniæ asseruit, vindicavitque vir Cl. *Franciscus Perezus Bayerius*.

refutatis falsis criminationibus, arianis et apollinaristis damnatis, de Ecclesia optime meritis obiit prædicto anno 384, die 11 decembris, consulibus *Rechimero* et *Clearcho*.

XL. Damaso e vivis sublato gubernavit Ecclesiam S. *Siricius* annis tredecim, obiitque VIII kalendas martias, anno 398, *Honorio A. IV* et *Eutychiano* *coss.* Hujus et sequentium PP. recipiuntur decretales epistolæ, nam præcedentium suppositæ aut saltem dubiæ creduntur.

XLI. Suffectus *Siricio S. Anastasius* Romanus, Maximi filius¹, qui annis quatuor romanam gubernavit Ecclesiam, ad coelestem patriam profectus, *Arcadio V* et *Honorio V* *coss.*, nimirum anno ær. v. 402, posteaquam damnaverat errores Origenis; et *Rufinum*, qui libros *Περὶ ἀρχῶν* latinitate donavit, Romam ut se purgaret, adire jusserat, et rennenti obtemperare anathema infixerat.

PATRIARCHARUM NOMINA.

Sederunt Alexandriae post Theonam *Petrus*, *Alexander*, *Athanasius*, *Petrus II*, *Timotheus* et *Theophilus*. Antiochiæ post *Cyrillum Tirannius*, *Vitalis*, *Philogonius*, *Paulinus*, *Eustathius*², *Eulalius*, *Meletius* et *Flavianus*. Jerosolymis post *Zabdam Hermon*, *Macarius*³, *Maximus*, *Cyrillus*, *Joannes II*.

CAPUT II.

QUARTO SÆCULO CELEBRATA CONCILIA.

Plura quarto sæculo celebrata fuerunt concilia: quædam pro ecclesiastica disciplina, quædam adversus hæreses, maxime arianam, quædam etiam ab iisdem heterodoxis ad eludendas ecclesiasticas definitiones.

¹ *Anastasi* nomen idem significat ac hæbraicum *Joaçim*, quod interpretatur *Domini resurrectio*. Resurrectio enim dicitur *ἀνάστασις*. Vide adnot. ad proximum caput III, ubi de *Photino*.

² *Euphronius*, quem *Eustathio* dejecto substitutum inquit *Sozomenus* lib. II, ab *Eusebianis* intrusus fuit.

³ Inventa est Jerosolymis sedente *Macario* crux Domini, et hujus inventionis historia traditur a *Rufino* lib. X *Hist. eccl.*, cap. VII et VIII, a *Sozomeno* lib. II, cap. I, et a *Theodorito* lib. I, cap. XVIII. Ex his, quæ narrantur, hauserunt scriptores cæteri.

Concilia primi generis sunt: *eliberitanum* in provincia Hispaniarum Bœtica, anno 305¹; *cirtense* in Numidia, provincia Africae, eodem anno; *ancyranum* anno 314 aut 315; *neocæsariense* in Ponto circa idem tempus; *carthaginensia* anno 390, 398 et 399; *hipponense* anno 393. In his collapsa Ecclesiarum disciplina fuit editis saluberrimis ac tempori congruentibus definitionibus restituta.

Adversus donatistas in Africa plures coactæ fuerunt synodi. Atque in memorata urbe *Carthagine* duæ, una anno 306, altera anno 348. *Romana* sub *Melchiade* anno 313, et *arelatensis* convocata a *Constantino* anno 314. Donatistæ etiam factionis suæ synodos congregarunt, *Carthagine* anno 308 et 311, necnon *Bagæ* in Numidia, anno 394.

Contra arianam hæresim celebrata fuere quæ sequuntur concilia: *alexandrinum* sub *Alexandro* antistite anno 315. Ibi dem alterum, cui omnes episcopi Ægyptii cum *Osio* *Cordubensi* interfuerunt, anno 324. Proximo autem anno 325 celebratum fuit celeberrimum *nicænum* concilium, primum *œcumenicum*, in Bithynia. Interfuerunt episcopi, qui in damnationem *Arii* consenserunt 318², præter clericorum, aliorumque virorum ingentem numerum. Aduit et religiosissimus imperator *Constantinus*. In hac synodo Verbum divinum declaratum est Patri *consubstantiale*, extinctum schisma *meletianum* et finita de die *Paschatis* controversia.

Nicænam fidem confirmarunt adversus arianam perfidiam concilium *sardicense* seu *Illyrici*, celebratum præside *Osio* anno 347; *mediolanense* anno 355, in quo catholici nolentes subscribere condemnationi *S. Athanasii* pulsati sunt in exilium; *ariminense* anno 359, in quo episcopi 400, primum fidem ni-

¹ Circa epocham concilii *eliberitani* viris eruditissimis dissentientibus sequimur vulgarem calculum.

² Inter istos miraculorum gloria claruisse *Paphnutium* episcopum in superiori Thebaide, et *Spiridionem* episcopum *Trimithuntis* in Cypro, refert *Socrates* lib. I, cap. XI et XII. Qui *nicæno* concilio præfuisse putarunt romanum pontificem *Julium*, apud *Gelasium* *Cyzicenum*, ubi scriptum erat, *πῶλεος Ρωμῶν ἐπίσκοπος*, forte pro *πόλιος*, aut *πέλεος*, legerunt *Ἰουλιος*. Videtis *Petrum de Marca* in *Concordia sacerdotum et imperatorum*, lib. V, cap. III.

cænâ decreto firmarunt, sed postea fraudibus circumventi, minisque tentati, plures formulæ subscripserunt supprimenti *omoousion*. *Romanum Julii* anno 342 et *Damasi* anno 370, necnon aliud 378, et *alexandrinum* anno 349, quo S. Athanasii causa discussa fuit et vindicata innocentia; quemadmodum in *jerosolymitano* anno 350.

Eundem quippe Athanasium, ariani conciliis episcoporum suorum coactis, non semel deponi et in exilium detrudi curarunt. Actum id anno 334 in synodo *Cæsareæ* in Palæstina; anno 335 in synodo *tyria*¹; anno 336 in *constantinopolitana* eusebiano; anno 341 in *antiochena*.

Alii insuper pseudosynodis aut ariana perfidia aut versutia obstitit veræ fidei. Nam in *sirmiensi* semiarianorum, anno 351, qua depositus fuit Photinus, nulla *consubstantialis* facta fuit mentio; in *sirmiensi* altera anni 357, eadem vox rejecta fuit, atque proscripta; et in *sirmiensi* tertia, paulo post celebrata, eadem, ac in priori synodo, callide in fidei formula omissa est vox *ὁμοούσιον*, *consubstantialis*. Sed pseudoconcilia hactenus enumeravimus; ad orthodoxa revertamur oportet.

In concilio *cæsaraugustano* provincie tarraconensis, anno 380, damnati fuerunt priscillianistæ; in *aquileiensi*, anno 381, Palladius arianus; in *burdigalensi* anno 385, rursus Priscillianus et Instantius; in *capuano*, anno 389, Bonosus; in *mediolanensi*, anno 390, Jovinianus.

¹ In hac Tyri synodo *Archaph*, qui S. Athanasium accusaverat, quod manum Arsenio præcidisse ad maleficia patranda, ipsomet Arsenio comprehenso et cum utraque manu adinvento, confusione permotus e conspectu Patrum cum cæteris calumniatoribus se subduxit. Vide Athanasium *Apol. II*. Fuit *Archaph* episcopus factionis meletianæ apud Memphim. Appellabatur quoque Joannes. Irrepsit mendum apud Socratem *lib. I*, cap. xxx, ubi vocatum *Ἀχζαβ*, *Achaab*, legendum *Ἀρχαζ*, *Archaph*. Arseni tamen historiam ad synodum arianorum *Cæsareæ* anno 334, aut præcedenti coactam plures referunt. Vide eruditorum notas in *Sozomeni librum II*, cap. xxiii.

In antiochena synodo depositum *Eustachium*, ejus urbis episcopum, nicænæ fidei propugnatorem, eique suffectum *Euphronium*, narrant Socrates, *lib. I*, cap. xxiv, *Sozomenus*, *lib. II*, cap. xix, *Eusebius*, *Vita Const.*, *lib. III*, cap. lxx. Id refert *Theodoretus* ad annum 330, *Philostorgius* ad annum 329, *Baronius* ad annum 324.

Laudandum est specialiter celebratum anno 381 *Constantinopoli*. Est enim concilium *œcumenicum II*. Aduere episcopi catholici 150 et macedoniani 36. Sed hi nolentes approbare *ὁμοούσιον* discesserunt ex urbe. Confirmata est in hac synodo fides nicæna, damnata hæresis Macedonii, addita Symbolo verba quæ Spiritus sancti enuntiant divinitatem. Ad horum intelligentiam necessaria est notitia quæ infra subijcitur hæreticorum.

Theophilus Alexandrinus sub finem hujus sæculi, et anno 399 juxta *Baronium*, juxta *Pagium* autem anno 401, damnavit in synodo *alexandrina* origenistas, eiecitque his adhærentes monachos nitrienses; quos cum ignota expulsionis causa excepisset *Chrysostomus*, orta sunt inter clarissimos hos præsules dissidia.

CAPUT III.

SCHISMATA ET HERESSES IV SÆCULI.

Tria schismata, præter excitatum Romæ ab Ursicino, sedente *Damaso*, exorta sunt quarto sæculo. Ac primum *donatistarum*, cujus auctor fuit *Donatus*, a *Casis nigris* episcopus in *Numidia*, ac promotor *Donatus* alter, successor *Majorini* in episcopatu *carthaginensi*. Erupit circa annum 311, et sese continuit intra *Africæ* limites. *Donatistæ circumcelliones*, quod vagarentur, etiam vocati, in sua tantum communione *Ecclesiam* contineri jactabant, irritumque censebant baptismum ab improbis administratum.

Schisma alterum fuit *meletianum* ineunte sæculo a *Meletio* [Ⓡ] *Lycopolitano*, seu *muniensi* episcopo, nuncupatum, qui, cum in persecutione *Maximini* immolasset idolis, e sede dejectus a *S. Petro Alexandrino*¹, aram contra aram erexit, discissis *Ægyptiorum Ecclesiis*.

Tertium schisma *luciferianum* dictum est a *Lucifero Calaritano*, qui cum *Antiochiæ*, cujus urbis episcopatum gerebat

¹ Meletius a *S. Petro* synodali sententia damnatus et depositus fuit anno 305. Vide II *Apologiam Athanasii*.

Meletius, consecrasset Paulinum, anno 362 occasionem præbuit, ut alii Meletio, alii Paulino adhærent. Ad ordinationem tamen Paulini impulerunt Luciferum catholicorum dissidia, neque Lucifer, quem inter sanctos vocant Sardi, alicujus hæreseos aperte convincitur, quanquam luciferiani quidam traderent rationalem animam gigni ex traduce, et in Cod. theodosiano Euresius e secta luciferianorum vocetur hæreticus.

Deteriores autem hæreses fuerunt *Arii*, *Macedonii*, *Apollinaris*, *Photini*, *Priscilliani*, *Helvidii* et *Joviniani*, *Arius*, presbyter alexandrinus, filius Ammonii, cœpit post annum 315 pestilentissimæ hæresis propinare venena, affirmans *Trinitatis* personas pares non esse gloria ac majestate, sed *Verbum* esse initium creaturarum, expers paternæ substantiæ et factum ex non extantibus. Ad latinam secedens urgente alvi necessitate, animam cum intestinis efflavit anno 336. Inter arianos vero alii Filium creaturam Patri *dissimilem* asserebant, ut Aetius, Eunomius, Eudoxius; atque hi appellati sunt *Anomæi*, ἀνομοιοι enim idem est ac *dissimilis*¹. Alii *similem* quidem, sed non *consubstantialem* dicebant, ut Narcissus, Demophilus, cæterique episcopi semiariani tertiæ synodi sirmiensis, a quibus approbatum est ὁμοιωσιον, *substantia simile*, non probatum ὁμοουσιον, *consubstantiale*. His accesserunt *eusebiani*, qui ab Eusebio nicomediensi partibus arianorum addicto nomen traxerunt².

¹ Auctor anomæorum *Eunomius*, qui cyzicenam regebat Ecclesiam, et non in Trinitatem, sed tantum in Christi mortem baptizandum esse docebat, ut inquit Sozomenus lib. VI, cap. xxv. Cum Eunomio conspirarunt *Eudoxius* inuasor patriarchatus antiocheni, apro sylvestri comparatus; *Aetius*, quem a Flaviano accusatum Leontius exuerat diaconatu, *Georgius* alexandrinæ insidiator Ecclesiæ, alique hujus furfuris.

² Pro arianis pugnarunt *Eusebius* nicomediensis, *Theognis* nicænus, *Eustathius* antiochenus, Sabellianus, alique plures, qui nicænam fidem tentarunt subvertere. Socrates lib. I ait, jussu Eudoxii C. P. Eunomium, de quo supra, sermonem ad populum habuisse in die *Theophaniæ*, et utrumque ausum dicere, Josephum post ineffabilem partum coivisse cum Virgine, et Filium ac Spiritum sanctum esse ministros et servos Patris, quod asserit quoque Philostorgius, lib. VI, cap. II. Apud eundem historicum lib. IV, cap. xv, fit mentio hæresis *borborianorum* in Cilicia degentium. Eisdem commemorat etiam S. Philastrius. Laudabant hi carnalem concupiscentiam, negabant futurum judicium, et incedebant

Quod Arius de Verbo Dei, *Macedonius* asseruit de Spiritu sancto, hunc ad conditionem deprimens creaturarum. Macedonius constantinopolitanum adeptus erat episcopatum, cum circa annum 360 cœpit disseminare hæresim, in Thracia præsertim, et Bithynia, et Asia propagatam. Ei adhærentes ab illius nomine *macedoniani*, a dogmate autem, quo divini Spiritus majestati bellum intulere, *pneumatomachi*, ἀπὸ πνεύμα καὶ μάχουαι, sunt appellati.

Apollinares duo fuerunt, pater et filius, presbyter unus et institutor grammaticæ, alter rhetoricæ præceptor et in Ecclesiæ lectoris functus officio. Pater Alexandria Berytum, Beryto migraverat Laodiceam, ibique vetiti a Theodoto episcopo laodiceo uti consuetudine Epiphaniï sophistæ, ne ad gentilium superstitionem delaberentur; Apollinaris filius id ducens contumeliæ loco, novam hæresim condidit, imperante Constantio, dogmatizans hominem absque anima assumptum fuisse a Deo verbo, ac postmodum assumptam quidem animam, sed mente destitutam, cui proinde loco mentis esset idem Verbum. *Apollinaristæ* hoc autumantes dicuntur.

Photinus a Galatia, sed Sirmii in Pannonia episcopus et Marcelli Ancyranus discipulus, adhæsit aliquando hæresi sabellianæ; tum addidit Christum esse ψῆλον ἀνθρώπου, id est, purum putum hominem, neque ante Mariam extitisse, depositus et damnatus in I et in II synodo sirmiensi. Cœpit blasphemias evomere anno 341, obiitque in Galatia anno 377. *Photini* sequaces a Vigilio Tapsensi et ab Augustino appellantur *homonianistæ*¹.

cæno faciem oblinientes. Hinc nomen traxerunt, cœnum quippe græce dicitur βροβροσ, hæretici θαυματόποιοι: miraculorum nempe effectores, qui absurda jactabant miracula, fuerunt, ut opinor, perditissimi ariani; recensentur enim in istorum classe apud eundem Philostorgium, initio libri IX, *Aetius*, *Eunomius*, *Leontius*, *Candidus*, *Evagrius*, *Arrianus*, *Florentius* et *Theophilus* Indus, quos ille tanquam *consubstantialis* oppugnatores de prædicat.

¹ A Photino in hæresim fuisse pertractum romanum pontificem *Anastasi-um*, affirmat Dante, celeberrimus poeta etruscus, *inferni* cantu undecimo. Christophorus Landini et Alexander Vellutelli in Commentariis suis ad prædictum cantum XI aiunt, *Anastasi-um* Photini hæresi infectum, fuisse

Priscillianus in Hispania ortus familia nobili ac prædivite, seductus a Marco quodam Ægyptio gnostico et manichæo¹, duorum principiorum atque fatalis necessitatis errores innovavit, mendacium ac perjurium licitum esse tradidit, promiscuas probavit libidines, sabellianorum fovit deliramenta, ac traducta sub humilitatis specie flagitiosissima vita, Treviris damnatus est capitis, anno, ut fertur, 388.

Perpetuam Deiparæ virginitatem denegarunt *Helvidius* et *Jovinianus*. Quorum primus discipulus Auxentii episcopi mediolanensis, ariani, circa annum 380, vix primis imbutus litteris conscripto libello tradidit, Mariam post Domini nativitatem alios filios ex Josepho carnali concubitu peperisse. *Jovinianus* vero monachus apostata et auditor Helvidii docuit ulterius servandam non esse pudicitiam, nuptias solatia esse ad despumandas libidines, atque meritorum et præmiorum sustulit discrepantiam, damnatus sedente Romæ Syricio, anno 390, et lege Honorii anno 412, quo adhuc superstes conventicula agebat, plumbatis cæsus, et in Bubiam Dalmatiæ insulam relegatus.

Romanum, eandem hæresim palam tradidisse; dum autem illam confirmare studeret, infelici obitu periisse. Ac Vellutellus hunc pontificem fuisse ait *Anastasium*, hujus nominis quartum. Hæc autem nulla ratione consistunt. Nam *Anastasius IV*, Romanus, sedit sæculo duodecimo, *Photinus* autem hæresim spargebat suam sæculo Ecclesiæ quarto. Verum hoc sæculo Ecclesiam administravit *S. Anastasius*, hujus nominis primus, quem photinianum hæreticum appellare audacia est maxima. Primo enim *Anastasius I* inter sanctos romana veneratur Ecclesia. Deinde hunc Romam habere non meruisse, recte scribit ad annum 368 venerabilis Cæsar S. R. E. cardinalis Baronius. Insuper quis hunc hæreticum dixerit, quem apostolicæ sollicitudinis anxium, sibilantia hydræ hæreticorum ora composuisse, et libros Origenis *Periarchon*, horumque interpretem *Rufinum* damnasse, ad Principiam et ad Demetriadem scripsit S. Hieronymus? Idem Anastasium in epistola ad Geruntiam summopere commendavit. Quanti insuper Anastasium pontificem fecerit S. Paulinus, apertum est ex hujus litteris ad *Delphinum* in Gallia episcopum. Hinc perspicuum est, poetas sibi *quodlibet audendi*, ut Venusinus aiebat, factam sibi existimare potestatem,

¹ Ægyptii sæculo IV magna ex parte manichæis adhæsere. *Hieracitas* hos Manetis gregarios legimus fuisse appellatos. Horum unus fuisse creditur *Marcus* seductor Priscilliani et Memphi ortus.

Hæ quidem fuerunt præcipuæ quarti sæculi hæreses, sed quasdam alias commemorat Epiphanius, videlicet *audianorum*, ab Audæo Syro, qui affingentes Deo humani corporis delineamenta, *anthropomorphitæ* sunt appellati ab ἀνθρωπος, *homo*, et μορφή, *figura*¹; *antidicomarianitarum*, asserentium cum Helvidio Virginem post partum copulatam fuisse viro; unde dicti sunt *Mariæ adversarii*, ἀντιδικος enim et *adversarius* idem sonant; *collyridianorum*, qui Deiparæ tanquam numini sacrificabant, nomen sortiti a κολλυρίς, *siliginea placenta*, Virgini ab illorum oblata fœminis; *messalianorum* denique, asserentium omissis omnibus aliis operibus orationi tantummodo esse vacandum, nullumque ex Ecclesiæ sacramentis, Baptismi etiam et Eucharistiæ, percipi fructum. Hos *euchitas*, ab εὐχή, *oratio*, et *enthusiastas*, ab ἐνθουσιάζω, *numine agor vel insanio*, dixerunt².

CAPUT IV.

DE ECCLESIASTICIS SÆCULI IV SCRIPTORIBUS.

Brevitati studentibus locus non est plurimos sæculi hujus distincte recensere scriptores. Præcipuos itaque et litteris æque ac sanctitate celebres laudabimus separatim, tum coacervatim reliquos.

Occurrit primo *S. Athanasius* Alexandrinus, insectator arianorum acerrimus³. Interfuit anno 325 nicæno concilio et anno proximo suffectus est Alexandro in episcopatu patriæ suæ. Non semel arianorum machinationibus coactus est solum ven-

¹ Ab origenistis etiam catholici *anthropomorphitæ* sunt appellati, quasi rejicientes Origenis allegorias etiam Scripturæ loca, quæ Deo manus, pedes, cæteraque adtribuunt humana membra, sensu dumtaxat litterali exponerent. A qua insimulatione neque sanctissimi viri Epiphanius et Hieronymus, apud Joannem Jerosolymitanum et Rufinum, fuerunt immunes.

² In *Historia* Philostorgii, lib. VIII, n. III, describitur hæresis cujusdam episcopi *Theodosii*, qui, Joviano imperante, ad impia eunomianorum dogmata addebat, Christum eximio virtutum studio ex natura mutabili immutabilem evasisse et Deum neque loqui posse, neque audire, quoniam lingua caret et auribus.

³ Quod narrant de Athanasio puero alios pueros baptizante, magna laborare suspicione demonstrant in ejus Vita doctissimi PP. S. Mauri.

Priscillianus in Hispania ortus familia nobili ac prædivite, seductus a Marco quodam Ægyptio gnostico et manichæo¹, duorum principiorum atque fatalis necessitatis errores innovavit, mendacium ac perjurium licitum esse tradidit, promiscuas probavit libidines, sabellianorum fovit deliramenta, ac traducta sub humilitatis specie flagitiosissima vita, Treviris damnatus est capitis, anno, ut fertur, 388.

Perpetuam Deiparæ virginitatem denegarunt *Helvidius* et *Jovinianus*. Quorum primus discipulus Auxentii episcopi mediolanensis, ariani, circa annum 380, vix primis imbutus litteris conscripto libello tradidit, Mariam post Domini nativitatem alios filios ex Josepho carnali concubitu peperisse. *Jovinianus* vero monachus apostata et auditor Helvidii docuit ulterius servandam non esse pudicitiam, nuptias solatia esse ad despumandas libidines, atque meritorum et præmiorum sustulit discrepantiam, damnatus sedente Romæ Syricio, anno 390, et lege Honorii anno 412, quo adhuc superstes conventicula agebat, plumbatis cæsus, et in Bubiam Dalmatiæ insulam relegatus.

Romanum, eandem hæresim palam tradidisse; dum autem illam confirmare studeret, infelici obitu periisse. Ac Vellutellus hunc pontificem fuisse ait *Anastasium*, hujus nominis quartum. Hæc autem nulla ratione consistunt. Nam *Anastasius IV*, Romanus, sedit sæculo duodecimo, *Photinus* autem hæresim spargebat suam sæculo Ecclesiæ quarto. Verum hoc sæculo Ecclesiam administravit *S. Anastasius*, hujus nominis primus, quem photinianum hæreticum appellare audacia est maxima. Primo enim *Anastasius I* inter sanctos romana veneratur Ecclesia. Deinde hunc Romam habere non meruisse, recte scribit ad annum 368 venerabilis Cæsar S. R. E. cardinalis Baronius. Insuper quis hunc hæreticum dixerit, quem apostolicæ sollicitudinis anxium, sibilantia hydræ hæreticorum ora composuisse, et libros Origenis *Periarchon*, horumque interpretem *Rufinum* damnasse, ad Principiam et ad Demetriadem scripsit S. Hieronymus? Idem Anastasium in epistola ad Geruntiam summopere commendavit. Quanti insuper Anastasium pontificem fecerit S. Paulinus, apertum est ex hujus litteris ad *Delphinum* in Gallia episcopum. Hinc perspicuum est, poetas sibimet *quodlibet audendi*, ut Venusinus aiebat, factam sibi existimare potestatem,

¹ Ægyptii sæculo IV magna ex parte manichæis adhæsere. *Hieracitas* hos Manetis gregarios legimus fuisse appellatos. Horum unus fuisse creditur *Marcus* seductor Priscilliani et Memphi ortus.

Hæ quidem fuerunt præcipuæ quarti sæculi hæreses, sed quasdam alias commemorat Epiphanius, videlicet *audianorum*, ab Audæo Syro, qui affingentes Deo humani corporis delineamenta, *anthropomorphitæ* sunt appellati ab ἀνθρωπος, *homo*, et μορφή, *figura*¹; *antidicomarianitarum*, asserentium cum Helvidio Virginem post partum copulatam fuisse viro; unde dicti sunt *Mariæ adversarii*, ἀντιδικος enim et *adversarius* idem sonant; *collyridianorum*, qui Deiparæ tanquam numini sacrificabant, nomen sortiti a κολλυρίς, *siliginea placenta*, Virgini ab illorum oblata fœminis; *messalianorum* denique, asserentium omissis omnibus aliis operibus orationi tantummodo esse vacandum, nullumque ex Ecclesiæ sacramentis, Baptismi etiam et Eucharistiæ, percipi fructum. Hos *euchitas*, ab εὐχή, *oratio*, et *enthusiastas*, ab ἐνθουσιάζω, *numine agor vel insanio*, dixerunt².

CAPUT IV.

DE ECCLESIASTICIS SÆCULI IV SCRIPTORIBUS.

Brevitati studentibus locus non est plurimos sæculi hujus distincte recensere scriptores. Præcipuos itaque et litteris æque ac sanctitate celebres laudabimus separatim, tum coacervatim reliquos.

Occurrit primo *S. Athanasius* Alexandrinus, insectator arianorum acerrimus³. Interfuit anno 325 nicæno concilio et anno proximo suffectus est Alexandro in episcopatu patriæ suæ. Non semel arianorum machinationibus coactus est solum ver-

¹ Ab origenistis etiam catholici *anthropomorphitæ* sunt appellati, quasi rejicientes Origenis allegorias etiam Scripturæ loca, quæ Deo manus, pedes, cæteraque adtribuunt humana membra, sensu dumtaxat litterali exponerent. A qua insimulatione neque sanctissimi viri Epiphanius et Hieronymus, apud Joannem Jerosolymitanum et Rufinum, fuerunt immunes.

² In *Historia* Philostorgii, lib. VIII, n. III, describitur hæresis cujusdam episcopi *Theodosii*, qui, Joviano imperante, ad impia eunomianorum dogmata addebat, Christum eximio virtutum studio ex natura mutabili immutabilem evasisse et Deum neque loqui posse, neque audire, quoniam lingua caret et auribus.

³ Quod narrant de Athanasio puero alios pueros baptizante, magna laborare suspicione demonstrant in ejus Vita doctissimi PP. S. Mauri.

tere, fractusque ærumnis succubuit anno 371 aut sequenti. Exquisitissimis lucubrationibus arianam hæresim profligavit.

Antonius quoque, Ægyptiorum monachorum parens, claro ortus genere, Comæ non procul ab Heraclea an. 252, in solitudinem profectus anno ætatis suæ 48, et mortuus anno 357, ætatis suæ 105, scripsit sermones quosdam et perutilia ad monachos documenta. Quod idem præstiterè *Macarii* duo, prior Ægyptius et Antonii discipulus, qui obiit nonagenarius anno 391; alter incola nitriensis eremi, qui centenarius decessit anno 404, necnon *Pachomius* in Thebaide ortus et auctor monachorum Tabenesium, in quorum uno monasterio 1040 ascetæ simul vixerunt, qui decessisse fertur anno 360. Hos vero propter instituti similitudinem una conjunximus.

Sapientia itidem inclaruerunt *Cyrillus* Jerosolymitanus, *Hilarius* Pictaviensis, *Zeno* Veronensis, *Eusebius* Vercellensis, *Ephrem* Syrus et *Pacianus* Barcinonensis. *Cyrillus* in Ecclesia jerosolymitana anno 350 successit Maximo ediditque Catecheses tam ad *competentes*, quam *mystagogicas* ad initiatos. *Hilarius* ob eloquentiam comparatus Rhodano, rapidissimo Galliarum flumini, circa annum 335, creatus episcopus Pictavorum in Aquitania, exinde synodis, scriptisque arianos plurimum exagitavit. *Zeno* antistes Veronensis, qui fertur martyrium perulisse circa an. 360, homilias plures conscripsit; sed an illæ quæ ejus circumferuntur nomine genuinæ sint, hæsitatur. *Eusebius* Vercellensis, in Insubria episcopus, exilium fidei causa et ærumnas peressus, imperante Constantio, ad hunc, atque ad Patrophilum arianum et ad vercellenses suos conscripsit epistolas, atque ex græco vertit commentarios Eusebii Cæsariensis in Psalmos, necnon Evangelia Matthæi et Marci, cujus *versionis* codex ipsius S. Eusebii manu exaratus Vercellis etiamnum asservatur. Obiit autem et immarcescibilem coronam obtinuit circa annum 370 *Ephrem*, propheta Syrorum cognominatus, orationes supra mille, hymnosque et carmina scripsit, obiitque circa annum 378. *Pacianus* decessit anno 390, senex admodum, instituitque scriptis catechumenos ac pœnitentes, et refutavit novatianos.

Generis claritudine, parentum confessione, propriisque virtutibus *Magni* cognomentum adeptus fuit *Basilus* Cappadox, monastici instituti promotor egregius, et Ecclesiæ cæsariensis episcopus, Libanium rhetorum hujus sæculi principem eloquentia superavit, hæreticos, præsertim Eunomium, pertrinxit, monachos regulis et sanctionibus imbuat, sacras interpretatus est litteras, atque ad cœlestem gloriam evocato circa annum 378, parentatum fuit splendidissimo funere et lacrymis quoque Judæorum, gentilium et advenarum.

Accedunt *Gregorii* duo, *Nyssenus* et *Nazianzenus*. Ille Basilio Magni frater, iste eidem Basilio amicitia et consuetudine conjunctus. Primus Nyssæ in Cappadocia episcopus, refutavit scriptis apollinarem Eunomium et manichæos, divinos libros exposuit, orationes et epistolas edidit elegantissimas, et obiit an. 395. *Gregorius* alter episcopus Nazianzi, admodum valuit metro, ac soluta oratione, quemadmodum illius scripta cedro digna testantur. Vita functus est orator et theologus præstantissimus anno 389.

Hæreseon conscripserunt historiam *Epiphanius* et *Philastrius*. Ille in *Panario*, hujusque operis *anacephaleosi*, sive epitome; iste in libro, cui titulus *De hæresibus*. Fuit Epiphanius gente Palæstinus, sed episcopus in Cypro Salaminæ, sive Constantiæ, diemque supremum obiit anno 402. *Philastrius* vero fuit Italus et episcopus brixienensis, obiitque, ut aiunt, anno 387.

Summa laude et admiratione dignus est episcopus mediolanensis *Ambrosius*, nam cum sæcularibus litteris, causisque actitandis dedisset operam et Æmiliæ ac Liguriæ gereret præfecturam, inopinato electus episcopus anno 374, in sacra eruditione adeo profecit, ut libros *Patribus Veteris Testamenti*, *De Testamenti Novi mysteriis et sacramentis*, *De ministrorum officiis*, in *Evangelium Lucæ*, ac plures varii argumenti epistolas et orationes erudite eleganterque exornaverit. Decessit anno 397, pridie nonas apriles.

Cæteros eloquentia, scriptorumque copia et delectu superavit *S. Joannes Chrysostomus*, ortus Antiochiæ ad Orontem

fluvium, circa annum 354, a Flaviano presbyter ordinatus anno 386, locatus in sede C. P. anno 398, renitente licet Theophilo Alexandrino, multaque hujus et quorundam aliorum antistitum, necnon Eudoxiæ Augustæ causa perpressus, deposuit exuvias mortalitatis in Comana Pontica anno 407, die 14 septembris. Ut vero ejus ad populum antiochenum, cæterasque homilias, orationes *De sanctorum virorum laudibus*, libros *De sacerdotio*, *Contra gentiles*, *Contra vituperatores vitæ monasticæ*, atque in Evangelium Matthæi, in Epistolas Pauli et in Vetus Testamentum lucubrationes laudaremus amplissimas, illa orationis facundia opus foret, quæ ipsi peperit *Chrysostomi* appellationem.

De Hieronymo, Augustino et Paulino, Nolano, in quinti sæculi synopsi agemus.

Jam vero eos qui sapientia, non sanctitate floruerunt, carptim attingimus. Initio sæculi adversus Gentes libros VII florenti dictione scripsit *Arnobius* Afer, non omnino expers errorum. Gentilium pariter theologiam in libris *Institutionum* impugnavit *Lactantius Firmianus*¹, cui et librum *De mortibus persecutorum*, aliosque adscribunt; claruit autem sub Constantino. Versatus est in eodem argumento *Julius Firmicus Maternus*, qui edidit librum *De errore profanarum religionum*². De ecclesiastica historia optime meritus est *Eusebius* episcopus Cæsareæ in Palæstina, sed de arianismo suspectus; eique debemus etiam, missis aliis, *De præparatione et de demonstratione evangelicæ* libros eruditissimos. Adversus hæreticos certarunt et in divinos libros commentaria ediderunt, *Titus Bostrensis*, in Arabia episcopus, qui obiit anno 363. *Didymus* Alexandrinus, Hieronymi et Rufini præceptor, qui anno 392 excesserat

¹ *Lactantius* videtur eruditus compluribus Afer, non Italus, utpote *Arnobii* auditor *Siccæ*. Fuit *Crispi Cæsaris* præceptor. *Institutiones* scripsit circa annum 320, exorta persecutione *Licinii*. Erravit cum millenariis, et negasse Spiritus sancti *substantiam*, inquit ad *Pammachium* S. Hieronymus. Obiisse dicitur *Treviris* senectute extrema. At locus et annus mortis incerti.

² *Julius Firmicus Maternus*, natione Siculus, ex gentili christianus scripsit ad *Constantium* et *Constantem* imp. circa annum 339.

ætatis suæ annum 83. *Victorinus*, Afer, qui naturæ concessit circa annum 370. Evangelicam historiam quatuor carminum libris circa annum 330 complexus est *Juvencus* presbyter, genere Hispanus.

Prætermitto *Basilium* Ancyranum et *Tichonium* Afrum, semiarianum, alterum donatistam.

CAPUT V.

QUARTI SÆCULI IMPERATORES ET MARTYRES.

Ineunte sæculo IV *Diocletianum* et *Maximianum Herculum* imperasse dictum est supra. Cœpit *Diocletianus* anno 301, *Posthumio* et *Nepotiano*, sævire in milites, anno 303, in VIII suo consulatu adversus christianos. Hæc est Ecclesiæ persecutio X, omnium crudelissima, incepta *Nicomediæ*, ubi Ecclesia eversa est VII kal. martias. Omnem fere orbem *sacro martyrum cruore infectum* scribit *Severus Sulpitius*; interfecta uno die XVII fidelium millia, et in sola *Ægypto* trucidata CXLIV millia, unde *Copti* novam æram subducunt¹.

Diocletianus et *Maximianus Herculus* purpuram exuerunt anno 305, juxta *Balutium*, præcedenti anno juxta alios, et nuncuparunt augustos, *Maximianus Herculinus Maximianum Galerium* cognomento *Armentarium*, quod olim in *Dacia* pastoritiam exercuisset artem; *Diocletianus* vero *Constantium Chlorum*. Uterque anno 293 ab *Herculio* et *Diocletiano* adoptati fuerant, et cæsares dicti; nam *Chlorus* uxorem duxerat *Privignam Herculi Theodoram*, repudiata *Helena*, ex qua genuerat *Constantinum*; *Galerio* autem *Maximiano* nupserat *Galeria Valeria*, filia *Diocletiani*². Eadem die, qua *Constantius* et *Maxi-*

¹ Persecutionis incentores fuerunt gentiles philosophi: prætextus incendium regii *Nicomediensis* palatii christianis falso adtributum, ut imperante *Nerone* Urbis conflagratio. Fraude *Galerii* nondum *Augusti* occultis ministris ignis palatio fuit subjectus. Quare *Diocletianus* jussit omnes suos excarnificari et igne torqueri. Lege *Lact.*, *De mort. persec.* num. 14. Ibidem num. 16, laudatur *Donatus* novies sub tribus iudicibus tortus. Fuerunt hi *Bithyniæ* præsides, *Flaccinus*, *Hierocles* et *Priscillianus*.

² Priusquam *Diocletianus* et *Maximianus Herculus* exuerent purpuram,

mianus declarati fuerunt augusti, cæsares creati sunt *Severus* et *Maximinus Daza*, et uterque erat nepos *Armentarii* ex sorore.

Non diu *Constantius Chlorus* regnavit, sed extinctus est Eboraci ¹ anno 306, eique *Constantinus Magnus* successit suprema patris voluntate, militumque consensu. Interea Cæsarea *Maximinus* persecutionem instauravit, compellens omnes sacrificare². Romæ autem imperium invasit *Maxentius*, Maximiani Herculii filius, qui patrem in Campania commorantem ad imperium rursus evexit. Severo item, qui contra Maxentium ducebat exercitum, apud tres Tabernas occiso, Maximianus Galerius augustum nominavit anno 308 *Valerium Licinianum Licinium*, et hunc persecutorem crudelissimum christianorum. Inierunt tum concordiam cum Maxentio Maximianus Herculius et Galerius Maximianus; at illum Constantinus anno 312 ad pontem *Milvium* superavit³, insigni illa victoria, quam crucis mirabilis apparitio præsignaverat. Habemus persecutionem sævissimam, inceptam sub Diocletiano et usque ad annum 312 subsecutam⁴.

Singulos recensere in hac persecutione peremptos non vacat; oporteret enim omnia deflorare Martyrologia. Quosdam enu-

regia illius sedes fuit Nicomedia Bithyniæ metropolis. Herculii Mediolanum, Constantii Chlorig sedes fuit Augusta Trevirorum in Gallia; Maximiani autem Galerii Sirmium in Pannonia. Galerius pro christianis, ne diutius vexarentur, edictum Nicomediæ edidit anno 311, pridie kalendas maias. Horrenda tunc consumptum legitur in libro *De mort. persec.* n. 35. Rufinus, lib. VIII, cap. xv, et Orosius, lib. VII, cap. xxviii, aiunt agitantem furis vim sibimet intulisse. Obiit idibus maii prædicto anno 311. Nullum ex Valeria filium suscepit. Candidianum ex concubina procreatum Licinius occidit anno 313.

¹ In Anglia.

² *Maximinus* Valeriam Galerii viduam, ejus nuptias recusantem, relegavit cum Prisca matre et uxore Diocletiani in desertas Syriæ solitudines.

³ *Milvium* Victor, Prudentius contra Symmachum, Paulus diaconus, aliique dixerunt.

⁴ In persecutione Diocletiani uno mense coronatos martyrio XVII mille christianorum, inter quos *Marcellinus* papa una cum *Claudio*, *Cyrino* et *Antonino*. Vide Martyr. rom. VI kal. maii.

merabimus tamen. Nondum lata erant persecutionis edicta, et Namnetis in Britannia lancea confossi obierunt *Rogatianus* et *Donatianus*, germani fratres.

Romæ *Sebastianus* Mediolanensis transfixus sagittis et *Felix* cum *Adaucto* securi percussus. Nicomediæ *Cantaleo* nobilis medicus equuleo tortus, gladioque necatus. Tarsi abscissum caput *Bonifacio*, qui cum Aglae, matrona romana, stupri habuerat consuetudinem. Puteolis martyrio cum sociis coronatus *Januarius*, beneventanus episcopus. Coronatos in eadem persecutione complures memorat Eusebius, lib. VIII *Hist. eccl.*, et in subjecto libro *De martyribus Palæstinæ*, ait, Nicomediæ vario mortis genere affectos *Dorotheum*, aliosque pueros imperatoris cubicularios, *Gorgonio* elisas laqueo fauces, *Anthimum* episcopum truncatum capite, innumeros projectos in mare. In Armenia, in Palæstina, in Thebaide, cæterisque provinciis tanta sacrorum ministrorum comprehensa est multitudo et capitis damnata, ut carceres quibus continerentur deessent. Illustre fuit martyrium *Philæ*, episcopi Thmuitarum, *Adaucti* romana dignitate conspicui, quatuor Coronatorum, aliorumque, de quibus fasti sanctorum VI idus novembris, *Luciani* presbyteri antiocheni, *Petri* Alexandrini, *Felicis* Carthaginensis, *Theodori* Ancyrani una cum septem virginibus, *Romuli* cum infante, cujus martyrium describit Prudentius. Inter martyres Palæstinos celebrantur *Procopius*, *Alphæus*, *Zachæus*, *Timotheus*, *Timolaus*, *Dionysius*, etc. Passi itidem in Cilicia *Cosmas* et *Damianus*, *ἑταῖροι* nuncupati, quoniam gratis medebantur ægrotis; Gallicæ prope Nicomediam *Justina*, *Cyprianus* et *Theoctistus*; in Africa *Saturninus*, *Crispina*, aliique complures; Alexandriae *Didymus* et *Theodora*; Chalcedone *Euphemia*; Tyri in Tuscia *Christina*; ad Aquas Gradas *Chrysogonus*; Hadrianopoli *Philippus* Heracleaensis; Valentia in Hispania *Vincentius*; Emetæ *Eulalia*; Augustæ Vindelicorum *Afra*, antea meretrix; Amasæ *Theodorus*; Nicomediæ *Barbara*; Siraculis *Lucia*; in Achaia *Arcadius*; Romæ *Susana* et *Agnes*, *Cyriacus*, *Largus*, *Smaragdus*, alii; Foro Corneli seu Imolæ *Cassianus*; Bononiæ *Vitalis* et *Agri-*

*cola*¹; Cæsaraugustæ sub Maximiano martyres XVIII : Sebastæ in Armenia *Blasius*, et XL martyres sub Licinio, etc.

Superato devictoque Maxentio, *Constantinus M.*, primum cum Licinio, deinde solus imperavit ad annum usque 337, quo Achirone prope Nicomediam obiit XI kal. junias, *coss. Titiano et Feliciano*; eodemque anno, V idus sept., renuntiantur Augusti tres illius filii, *Constantinus, Constantius et Constans*². Diuturnior fuit principatus Constantii, quam fratrum; nam *Constantinus* occisus fuit prope Aquileiam, *coss. Acindino et Proculo*, anno 340, die 6 aprilis; *Constans* a Magnentio in Galliis interfectus fuit sub initio anni 350, consulatum *Sergio et Nigriniano* gerentibus; *Constantius* vero obiit, *coss. Florentio et Tauro*, id est anno 361, III nonas octobris. Arripuit tunc imperium *Flavius Claudius Julianus*, filius Constantii³ et Basilinæ, qui a Christi fide ad cultum idolorum descendit, *Apostata* ideirco denominatus. Sævit et is in christianos anno 362, cum conflagrasset templum Apollinis in Daphne⁴. Sed *Apostata* scelestissimus ictu cœlitus immisso miserrime interiit die 27 junii anno 363, ipsomet *Juliano IV* et *Promoto* *coss.*

In persecutione Juliani martyrio coronati fuerunt Antiochiæ *Artemius*, Alexandriae *Gallicanus*, Cæsaræ in Cappadocia *Eupsy-*

¹ Floruit itidem circa hæc tempora et sæculo tertio ad finem vergente, *S. Eusebius* episcopus, *Ambrosio* Mediolanensi amicitia conjunctus, et *S. Simplicianus*, ejusdem *Ambrosii* successor.

² Magni Constantini avi fuerunt *Eutropius* et *Claudia*, parentes *Constantius Chlorus* et *Helena*, noverca *Theodora*; fratres a *Theodora* geniti *Hanniballius*, pater Dalmatii, *Constantius*, pater Galli et Juliani *Apostatae*; sorores *Constantia* Licini conjux et *Anastasia* uxor *Bassiani*; uxores *Minervina*, ex qua genuit *Crispum*, quam *Sex. Aurelius Victor* ait fuisse concubinam, et *Maximiana Fausta*, filia *Max. Herculi*, ex qua suscepit *Constantinum, Constantium, Constantem, Constantiam* et *Helenam*.

³ *Constantius*, pater Juliani, fuit Constantini Magni frater, non filius. Idem *Constantius* non ex *Helena*, sed ex *Flavia Maximiana Theodora* genitus fuerat, ac frater fuit *Hanniballi*. Apud *Suidam* *Julianus* dicitur *Parabata*. Uxorem habuit *Flaviam Maximianam Helenam*, filiam *Constantini Magni*.

⁴ Eodem anno 362 *Julianus* ad Hebræos scripsit epistolam xxv, reedificationem Jerusalem templique suadens; quod illi opus proximo anno 363 aggressi sunt, sed frustra.

chius, Aretii *Donatus*, episcopus, et *Hilarinus* monachus, Romæ *Gordianus* et *Epimachus*, *Joannes* et *Paulus*, *Bibiana* virgo, etc.

Extincto *Juliano*, imperator a militibus renunciatus est *Flavius Jovianus*, aliis *Jovinianus*, e *Pannonia*; et *Joviano* mortuo anno proximo 364, die 17 februarii¹, successit *Flavius Valentinianus*, ejusque frater *Fl. Valens* Orienti præfectus. *Gratianus* quoque filius *Valentiniani* et *Severæ*, a patre appellatus est augustus anno 367, IX kal. septembris. Decessit *Valentinianus Junior*, illius et *Justinæ* filius, et ex patre frater *Honorii*. *Valens* occubuit anno 378, die 9 augusti, *Gratianus* anno 383, die 25 augusti. *Valentinianus Junior* occisus est ab *Eugenio* anno 392, die 25 maii. Imperarunt tum *Theodosius* et *Arcadius*, quorum ille, filius *Honorii* et *Thermantiæ*², a patre augustus dictus fuerat an. 379. *Arcadius* vero, filius *Theodosii* et *Flaccillæ*, a patre consors imperii declaratus est cum *Honorio*, filio itidem *Theodosii*. Obiit *Theodosius* 395, die 17 januarii, atque hinc subducitur *Arcadii* et *Honorii* principatus; quorum anno 6, *coss. Aureliano* et *Stilicone*, desiit quartum *Ecclesiæ* sæculum.

Imperante *Honorio* aut *Gratiano* ab *Hunnis* martyrio affectæ sunt *Ursula* et aliæ virgines³: quarum numerus fidem superat, et forte in *Actis*, pro *Undemilia*, undecim mille irrepserunt. Floruerunt etiam hoc sæculo eximia sanctitate, præter

¹ Id quidem juxta *Socratem*, aliosque asserentes diem *Joviani* mortualem fuisse XIII kal. martias; sed in *Cod. theod. lib. IX, tit. xxv*, extat ejusdem *Joviani* lex contra raptos biduo post latam, nempe XI kal. martii et die 19 februarii. Obiit *Dadasthanæ* inter *Galatiam* et *Bithyniam*. Post *Joviani* obitum designatus imperator *Salustius P. P.*; dignitatem renunciavit senectutem causatus; concurrentibus in ejus filium studiis, ait, hunc verum nimum esse juvenem.

² *Honorius* et *Thermantia*, parentes *Theodosii Magni*, confundendi non sunt cum *Honorio*, filio ipsius *Theodosii* et *Flaccillæ*, et *Arcadii* fratre, et cum *Æmilia Materna* *Theemantia*, filia *Stiliconis* et *Honorii* secunda uxore.

³ Harum quidam putant mentionem fieri in *Philopatro* *Luciani*, ideoque infictum libellum huic abjudicant, sed locus ambiguus est.

enumeratos præcedenti capite inter scriptores, *Hilarion* et *Paphnutius*, monachorum patres. *Jacobus* Nisibi in Mesopotamia, *Eustathius* Antiochenus, *Nicolaus* Mirensis, *Dionysius* Mediolanensis, *Martinus* Turonensis, *Zenobius* Florentinus antistes; ac matronæ sanctissimæ, *Helena*, mater Constantini, *Monica*, Augustini parens¹; *Marcellina*, soror Ambrosii, et *Paula* Romana.

CAPUT VI.

QUE SÆCULO IV DOCTRINÆ ET DISCIPLINA VIGUERINT.

Dei Verbum esse Patri *consubstantiale*, et unum *οὐσια*, quomodo traditur in Evangelio, confirmatum est perfidiæ arianae confutatione. Retinendum didicimus *ὁμοούσιον, ὁμοούσιον* caute usurpandum, atque in sensu semiarianorum rejiciendum. Divinam in Christo humanamque naturam et in ista rationalem animam mentemque inesse, ut divinæ dispensationis postulat ordo, declaratum est luculentius. Spiritus sancti propugnata est contra macedonianos divinitas. Perpetua Deiparæ virginitas vindicata. Deum carere corporis membris, prout naturalis etiam ratio suadet, et liberum arbitrium non constringi fatali necessitate, ex hujus sæculi expulsis erroribus evidentius dignoscitur.

Eucharistia nomine *Fermenti* ad fidelium unionem servandam hoc sæculo dirigebatur ad *Titulos*. Chrisma a solis episcopis conficiebatur, quamvis eo presbyteri linirent verticem baptizati. Episcopus Ostiensis in consecratione romani pontificis pallio utebatur. Siricii constituto sacerdotes et diaconi, nonnisi cœlibes eligebantur, et clericorum officiis aggregari cœperunt monachi, quos morum gravitas commendabat².

¹ Marcellina inter virgines colitur.

² Dirutis hoc sæculo fanis et simulacris idolorum, plurima erecta sunt christiani cultus templa. Nam in solo libro III Vitæ Constantini ab Eusebio descriptæ numerantur, templum ad sepulchrum Domini, cap. XXXIII, bethlehemiticum ab Helena illius matre constructum, cap. XLIII, magnificentissimum in honorem Salvatoris Nicomediæ, cap. L, in loco qui vocabatur Mambre, cap. LI, apud Heliopolim, cap. LVIII, etc. De Ecclesiis

Postquam enim in Thebaide eremiticæ vitæ tyrocinia posuerat *Paulus*, vita functus anno 343, ætatis suæ 113, cœperunt monachorum propagari instituta. *S. Antonius* abbas iis vivendi leges præbuit anno 310. Paulo post *Pachomius* auctor fuit Tabenensium. *Basilus* regulas monachis tradidit circa annum 363. Instituit etiam congregationem et monasterium erexit an. 380 *S. Ambrosius*. Institutum monasticum in Italiam a *S. Athanasio* allatum, invexit in Africam *Augustinus*, et prope Tagastem cum *eremitis* exercere cœpit anno 387. Idem creatus hipponensis episcopus communem vivendi formam anno 395 præscripsit clericis; unde *Canonicorum regularium* augustinensium manavit ordo. Maronitæ in Syria a *Marone* monacho ac presbytero, religiosissimam vitam agente, ad Orontem non procul ab Apamea, hoc exeunte sæculo originem nomenque traxerunt.

autem imperante et adjuvante Constantino Romæ, Albani, Neapoli, Constantinæ in Numidia, et in regia præsertim urbe Constantinopolis, legendum opus Joannis Ciampini de sacris ædificiis, a Constantino Magno constructis. Complura quoque Theodosius Magnus, ejusque filii Arcadius et Honorius construxerunt. Dirutum inter alia, *consule Manlio*, nempe anno 399 Carthagine simulacrum *Cælestis*. Hinc *S. P. Augustinus* lib. XVIII *De civit. Dei*, cap. LIV, demonstrat quam falsum sit jactatum a gentilibus oraculum, per annos solummodo 363 Christi nomen fuisse colendum, postea vero religionem nostram penitus fuisse delendam. Lege et *Prosperum* lib. III *De prædict.*, cap. XXXVIII, ubi *Cælestis*, seu Junonis, erat templum, consecrata est ab Aurelio carthaginiensi antistite amplissima ecclesia. Condita Constantinopoli a *S. Gregorio Nazianzeno* sacra ædes, quam *ἀναστασιαν* nominavit, quod illic fides languescens videretur revixisse. Vide ejusdem Gregorii orationem XXXII. Distinguenda hæc est ab *Anastasia* ecclesia novatianorum, memorata a *Socrate* lib. II, cap. XXXVIII. Idem historicus lib. VI, cap. VI, laudat templum *S. Euphemie* Chalcedone, ubi inter *Gainam* et *Arcadium* imp. inita concordia fuit. Meminit quoque eo loci constantinopolitanæ Ecclesiæ *Gothorum* et alterius *Joanni* apostolo dicatæ, quæ ab urbe distabat septem millibus passuum. De *Serapio* paganorum templo in Ecclesiam Alexandriæ commutato, legendus *Sozomenus* lib. VII, cap. XV. Circa annum 30 *Fruventius* Abyssinos ad Christi fidem convertit.

De monachis in Thebaide degentibus, eorumque institutis et disciplina, item de Scetiensibus, de Nitriensibus et monasteriorum Celliæ, de Pales-tinis, Syris et Edessensis, vide *Sozomenum* lib. VI, *Palladium* in *Hist. lausiaca*, etc.

APPENDIX

DE REBUS EXTERNIS MEMORABILIBUS.

Bella Cæsarum aliorumque eventus quosdam memoria dignos, scriptoresque celebres breviter recensebimus. Constantinus Magnus¹ post cædem Maxentii, anno 313 in Gallias concesserat, rebus cum Licinio compositis; sed bellum inter illos anno 315 exortum est, mortuo etiam Maximino, qui anno 313 a Licinio in Illyrico devictus fugit in Asiam, et Tarsi in Cilicia toto corpore exosso, et desiliens e capite oculis miserrime periit². Bellum tamen augustorum aliquandiu cessavit, inito rursus fœdere. Sarmatas anno 316 Constantinus expugnavit, occiso illorum rege Rosimundo. Gallicanus dux eodem anno Seytas compressit. Exortum iterum anno 323 bellum inter Licinium et Constantinum; at Licinius tribus præliis a Constantino victus sese imperio abdicavit, per uxorem Constantiam Constantini sororem impetrata salute. Verum idem Licinius anno 325 Thessalonicae novas res molitus, fracto guttore occiditur, illata etiam morte Martiniano, quem Cæsarem nominaverat³. In Gothos an. 332 Constantinus victrices manus convertit, eosque apud Sarmatas debellavit. Quando prope Nicomediam anno 337 decessit, parabat adversus Persas expe-

¹ Superatus Maxentius anno 312, VI kal. novemb. De cœlesti signo, quod Constantino M. apparuit, vide Euseb. lib. IX *Hist. eccl.*, cap. IX, et lib. I *De vita Const.*, cap. XL, ubi etiam inscriptio posita ad basim statuae suæ, dextera vexillum crucis gestantis; quam statuam illam esse puto quæ servatur in atrio basilicæ lateranensis a Clemente XII exornatæ. Vide et librum *De mort. pers.*, c. XL, notasque Stephani Baluzii et Gisb. Cuperi.

² Maximinus bellaturus cum Licinio Jovi votum vovit, ut si victoriam retulisset, christianorum nomen extingueret, funditusque deleteret. Licinius autem ab angelo præmonitus cum toto exercitu preces obtulit summo Deo. Pugnatum pridie kalendas maias.

³ Divisit Constantinus anno 330 romanum imperium in duas partes, Orientis unam Occidentis alteram, unde aquila imperii stemma pingitur biceps, quo pertinet versus:

Picta biceps aquila hinc Occasum, hinc adspicit Ortum.

ditionem. Constantinus junior anno 430 intulit bellum Constanti, et latrocinii specie in illius fines irrupit; sed interfectus et in Alsam fluvium¹ projectus fuit. Domuitque anno 341 Constans Francos. Contra Magnentium, qui anno 350 apud Augustam arripuit imperium et Constantem occidit, anno proximo 354 castra movit Constantius. Pugnatum apud Mursam in Pannonia, ac primum vires romani imperii fuerunt attritæ; victus tamen Magnentius, qui desperatis rebus anno 353 apud Lugdunum seipsum interemit, quemadmodum apud Senones laqueo sibi mortem intulit Decentius, quem ille cæsarem appellaverat. Julianus anno 357 ingentes Germanorum copias apud Argentoratum fudit, capto Chonodomaro rege. Gerebat anno 363 bellum contra Persas, dum miserabili, ut supra dictum est, periit fato². Valentinianus anno 370 Saxones ejecit e Galliis; 371 in fugam vertit Germanos. Gothi, qui anno 376 ab Hunnis expulsi, permissu Valentis in Thracia sedem fixerant, fame compulsi propter avaritiam Maximi ducis anno 377 rebellarunt a Romanis, et ipso ac sequenti anno Romanorum legiones in

¹ Non procul ab Aquileia.

² Quidam a S. Mercurio martyre Julianum lancea transfixum scripsere. Moriens vero cruorem e vulnere manantem manu haustum projecit in aerem dicens: *Vicisti, Galilæe, vicisti*. Obiit 2 imperii anno, ætatis suæ 31. Exustum anno 368 igne ad preces S. Babylæ M., e cœlis emisso templum Apollinis in Daphne scribit S. Joannes Chrysostomus, Orat. in Babylam et contra gentes, necnon Sozomenus lib. V *Hist. eccl.*, cap. xx. Fuerat primum Julianus in Ecclesia lector, basilicam in honorem martyrum construxerat, revocaverat ab exilio pulsos a Constantio episcopos, Meletium Antiochenum, Athanasium Alexandrinum, Eusebium Vercellensem, Luciferum Calaritanum, etc. Factus autem apostata *Apollinem Tythium* apud Daphnem consuluit, sacra vasa in publicum ærarium jussit inferri, templorum fores obstruxit, sacram mensam fertur perminxisse. Christianis, quos *Galilæos* aut filios *Galilæorum* appellabat, inhibuit studia, eosque expelli mandavit a militia; in urbe Paneade subversa statua, quam erexerat mulier a profluvio sanguinis a Christo liberata, propriam locavit, igne e cœlis elapso statim discissam. Judæis indulisit ut rursus jerosolymitanum templum erigerent, quo terræmotu lapides diruente, flammisque e fundamento erumpentibus perterriti, dispersi, consumpti frustra tentarunt. Eodem momento quo contigit, scelestissimi principis cædes revelata divinitus fuit *Juliano* sanctissimo anachoretæ. Hæc ex Socrate lib. III, Sozomeno lib. V, Theodoro lib. III *Eccl. hist.*, et ex Marcellino, aliisque historicis deprompta sunt.

Thracia internectione pene deletæ sunt. At anno 380 Theodosius multis præliis Gothos vexavit, eosque expulit e Thracia. Idem Theodosius anno 386 delevit Gurtungos Istrum transgressos. Superavit quoque anno 388, tertio ab Aquileia lapide Maximum, qui imperium per seditionem usurpaverat. Tanta demum sorte anno 394 prostravit ingentem Gallorum et Francorum exercitum, ab Eugenio tyranno collectum, ut vento vehementer flante hostium tela in ipsos retorquerentur. Hinc Claudianus ita adloquitur Theodosium :

O nimium, dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Diximus de præliis, eventus modo attingamus alios. Anno 326 Crispus, Constantini filius, occisus est, quasi de stupro Faustam novercam interpellasset. Interfectus est etiam Licinius junior, filius Licinii A. et Constantiæ, juvenis innocens et egregius. Helena ad levandum dolorem Jerosolymam profecta, illic crucem Domini humi defossam invenit. Encænia, novæ urbis Constantinopolis, anno 330 celebrata fuere, cunctis idolorum templis eversis. Interfectus anno 354 in Istria jussu Constantii, patruelis sui, Gallus Cæsar, ob affectati imperii suspicionem. Terræmotu anno 365 adeo totus orbis concussus est, ut mare littore egrederetur et populi innumerabiles opprimerentur. Prodiere anno 379 ex peninsula Scandia¹ Langobardi regionemque Vandalorum occupavere. Anno 390 ignea columna visa est per dies triginta ex aere pendere cum magno omnium terrore; ejecta ab Arcudio privigno Galla Placidia, et patrata a Theodosio cædes Thessalonicensium, quod interfecissent Botericum, præfectum militum in Illyrico. Postremo hujus sæculi anno Alaricus, Gothorum ductor e Pannonia² in Noricum, hinc vero in Italiam per saltus Tridentinos irrupit.

¹ Scandia inter mare Suecicum ad austrum et septentrionale ad arctos, sive inter Norvegiam et Sueciam. *Vagina* dicitur a Jornande, quod inde Gothi, Vandali et Langobardi prodierint ad aliorum perniciem.

² Pannonia, Europæ regio inter Danubium et Savum, atque inter Noricum et Mysiam. Noricum complectitur Austriam, Stiriam, Carniolam, Carinthiam, partem Baviaræ, necnon loca quædam Comitatus Tyrolensis Boream versus.

Conscripserunt hoc sæculo historias *Asclepiodotus* a Vopisco laudatus; *Trebellius Pollio*, qui volumen historicum inscripsit *De XXX tyrannis*, inter quos Valentem falso connumerat. *Julius Capitolinus*, in quo Sigonius reprehendit nimiam verbositatem; *Ælius Lampridius*, dictus « pedester et humilis; » *Flavius Vopiscus*, qui trigam edidit imperatorum, *Cari*, *Numeriani* et *Carini*, et vitam Aureliani; *Ælius Spartianus*, cujus pauca extant excerpta; *Aurelius Victor*, cui tamen supponitur libellus inscriptus *Origo gentis romanæ*; *Eutropius* sophista et *Sextus Rufus*, vir consularis, qui Epitomes, seu Breviaria ediderunt; *Ammianus Marcellinus*, cujus libri primi XIII perierunt, veritatis studiosissimus scriptor; *Eunapius*, cujus extat *De vitis sophistarum* opus elegans et venustum. Vario autem scientiarum genere claruerunt *Chalcidius*, Timæi Platonis commentator; *Jamblicus* Porphyrii discipulus, qui erudite scripsit *De Chaldæorum et Ægyptiorum mysteriis*; *Themistius* philosophus, doctissimus Aristotelis paraphrastes; *Julianus A.* historicus et rhetor¹, Deo simul, et hominibus exosum animal; *Macrobius* reconditæ scientiæ auctor, omni-gena in *Saturnalibus* argumenta pertractans². Poetica insuper arte excelluerunt *Aurelius Prudentius*, quem card. Bona appellabat *Pindarum christianum*; *Ausonius* Burdigalensis, in quo multiplex eruditio, ingenium peracutum, sed duriusculus stylus, et *Claudianus* latine et græce doctus, ut in eum diceretur anima Virgiliti et Homeri transfusa³. Denique adversus christianam religionem scripserunt *Hierocles* philosophus et Alexandrinæ urbis præfectus, quem refutavit Eusebius; *Libanius* antiochenus sophista, cujus auditor fuit S. Joan. Chrysostomus adolescentulus⁴; *Aur. Symmachus* urbis senator, quem

¹ De *Juliani* libris adversus religionem catholicam, refutatis a S. Cyrillo Alexandrino et reliquis a Petavio illustratis, vide Caveum in sæculo ariano. De libro quem inscripsit *Μετονομαστων*, Sozom. lib. V, cap. XIX.


² *Pappus* Alexandrinus philosophus a Suida laudatus, et *Rufus*, *Festus*, *Avienus*, illustris poeta, qui floruerunt postremis Theodosii Magni temporibus.

³ Quidam Florentinum faciunt, cum tamen fuerit Alexandrinus.

⁴ Huic Libanio petenti a ludimagistro Christi cultore quid ageret filius

strenue confutavit S. Ambrosius, et *Maximus* Madaurensis, irrisor martyrum, cujus ludicram ineptamque nugacitatem S. P. Augustinus perstrinxit.

fabri, responsum fuit: « Conditor universi, quem tu per ludibrium fabri filium appellas, ligneum feretrum domino tuo Juliano fabricatur. » Id contigit paulo ante Juliani obitum. Conferantur verba Sozomeni lib. VI *Hist. eccl.*, cap. II, cum iis quæ leguntur apud Theodorum, lib. III, cap. XXIII.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

QUINTUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

ENUMERANTUR PONTIFICES MAXIMI.

Pastores romanæ Ecclesiæ quinti sæculi sunt, *Innocentius I*, *Zosimus*, *Bonifacius I*, *Cælestinus I*, *Sixtus III*, *Leo Magnus*, *Hilarus*, *Simplicius*, *Felix III*, *Gelasius I*, *Anastasius II* et *Symmachus*, omnes albo sanctorum adscripti.

XLII. *Innocentius I* Albanensis, inauguratus anno 402¹, causæ S. Joannis Chrysostomi contra Theophilum Alexandrinum patrocinatus, pulsus ex Urbe novatianis et pelagianis, ut verbis utamur Prosperi, apostolico mucrone percussis, post annos pontificatus 15, *coss. Honorio A. XI* et *Fl. Constantio II*, anno 417 cessit e vita.

XLIII. Subrogatus est *Zosimus*, Græcus genere, qui cum Cælestio aliquando lenius se gessit, sed ejus fraude detecta, ipsum, cæterosque pelagianos damnavit, obiitque post annum episcopatus in XII consulatu *Honorii A.*, anno 418.


XLIV. Ecclesiæ deinde præfuit *S. Bonifacius* Rom., quamquam perpauci favore Symmachi P. U. pontificem nominarent Eulalium archidiaconum, quem Honorius principio favore prosecutus, ut ex urbe pelleretur mandavit, Bonifacio munus suum obeunte ad annum usque 423, quo e vita migravit *consule Mariniano*.

XLV. Post hunc sedit ultra annos 8 *S. Cælestinus I*, qui novatianos ejecit, nestorianos damnavit, semipelagianos com-

¹ Qui Pagii sequuntur chronologiam, Innocentium creatum pontificem tradunt anno 401, *Cælestinum* anno 422, *Simplicium* an. 468. In cæteris vero nulla est discrepantia.

strenue confutavit S. Ambrosius, et *Maximus* Madaurensis, irrisor martyrum, cujus ludicram ineptamque nugacitatem S. P. Augustinus perstrinxit.

fabri, responsum fuit: « Conditor universi, quem tu per ludibrium fabri filium appellas, ligneum feretrum domino tuo Juliano fabricatur. » Id contigit paulo ante Juliani obitum. Conferantur verba Sozomeni lib. VI *Hist. eccl.*, cap. II, cum iis quæ leguntur apud Theodorum, lib. III, cap. XXIII.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

QUINTUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

ENUMERANTUR PONTIFICES MAXIMI.

Pastores romanæ Ecclesiæ quinti sæculi sunt, *Innocentius I*, *Zosimus*, *Bonifacius I*, *Cælestinus I*, *Sixtus III*, *Leo Magnus*, *Hilarus*, *Simplicius*, *Felix III*, *Gelasius I*, *Anastasius II* et *Symmachus*, omnes albo sanctorum adscripti.

XLII. *Innocentius I* Albanensis, inauguratus anno 402¹, causæ S. Joannis Chrysostomi contra Theophilum Alexandrinum patrocinatus, pulsus ex Urbe novatianis et pelagianis, ut verbis utamur Prosperi, apostolico mucrone percussis, post annos pontificatus 15, *coss. Honorio A. XI* et *Fl. Constantio II*, anno 417 cessit e vita.

XLIII. Subrogatus est *Zosimus*, Græcus genere, qui cum Cælestio aliquando lenius se gessit, sed ejus fraude detecta, ipsum, cæterosque pelagianos damnavit, obiitque post annum episcopatus in XII consulatu *Honorii A.*, anno 418.

XLIV. Ecclesiæ deinde præfuit *S. Bonifacius* Rom., quamquam perpauci favore Symmachi P. U. pontificem nominarent Eulalium archidiaconum, quem Honorius principio favore prosecutus, ut ex urbe pelleretur mandavit, Bonifacio munus suum obeunte ad annum usque 423, quo e vita migravit *consule Mariniano*.

XLV. Post hunc sedit ultra annos 8 *S. Cælestinus I*, qui novatianos ejecit, nestorianos damnavit, semipelagianos com-

¹ Qui Pagii sequuntur chronologiam, Innocentium creatum pontificem tradunt anno 401, Cælestinum anno 422, Simplicium an. 468. In cæteris vero nulla est discrepantia.

peseuit, et concessit naturæ VIII id. apriles, *coss. Valerio et Actio*, anno scilicet 432.

XLVI. Inauguratus tum pontifex *Sixtus III*, Juliani Eclanensis, aliorumque pelagianorum insectator acerrimus. Qui administrato annis fere 8 pontificatu, obiit V kal. apriles, anno 440¹, *coss. Valentiniano A. V. et Fl. Anatolio*.

XLVII. *S. Leo I*, hæreticorum omnium, præsertim eutychnorum oppugnator, sanctitate, sapientia, facundia, qua Attilam et Gensericum linivit ac deterruit, vere Magnus, et jure, meritoque a Benedicto XIV declaratus Ecclesiæ doctor, successit Sixto, et supra annos 20 rexit Ecclesiam; mortuus, *coss. Dagalaipho et Severino*, an. 461.

XLVIII. Suffectus Leoni M. *Hilarus*, natione Sardus². Is Eutychem, Nestorium et Macedonium rursus damnavit, obiitque IV idus septemb. ann. 467, *coss. Pusæo et Joanne*.

XLIX. Decessorum exempla secutus S. Simplicius Tiburtinus, irritos reddidit eutychnorum, iisque faventium Zenonis Augusti et Acacii conatus, præfuitque Ecclesiæ ultra annos 15, vita functus, *consule Anicio Fausto*, nimirum anno 483.

L. Pontificatum deinde auspicatus est Felix III, qui rejecit Zenonis *Henoticum*³ et anathemate percussit Acacium C. P. Petrum Moggum et Fullonem, obiitque nono pontificatus anno, v. ær. 492, *Anastasio A. et Rufo coss.*

LI. Sedit post Felicem *S. Gelasius Afer*, corporeis vinculis solutus anno episcopatus sui quinto, *post consulatum Viatoris*, id est, an. 496, post expunctum e diptychis Acacii nomen, ejectos manichæos, recisa germina pelagianorum, canonicos ab apocryphis libris distinctos, sublataque lupercalia.

¹ Id confirmatur auctoritate S. Prosperi. Supra 40 dies romanam Ecclesiam fuisse sine antifistite, mirabili pace ac patientia expectando adventum Leonis diaconi, scribit idem Prosper.

² *Hilarus* vulgo dictus. Defunctum expletis sex sacerdotii sui annis tradit etiam Idatius in Chronico. *Hilarus* dicendus: nam extant ad Lateranum inscriptiones: « Hilarus episcopus plebi Dei. In honorem Joannis Baptistæ Hilarus episcopus, Dei famulus, offert. Liberatori suo Joanni evangelistæ Hilarus episcopus, famulus Christi. »

³ Decretum *unitivum* seu *conciliatarium*, latum in favorem eutychnorum, ut in communionem reciperentur a catholicis.

LII. Tenuit postea episcopatum *Anastasius II Romanus*, pro orientalis et occidentalis Ecclesiæ unione, quam epistolis, legatis, probatisque ordinationibus Acacii a communionem segregati, curavit quam maxime, mirum in modum sollicitus; defunctus 2 pontificatus anno, ær. com. 498, *consule Decio Paulino*.

LIII. Deinde evector est ad supremum Ecclesiæ regimen *Symmachus* e Sardinia, pontificatu functus summa animi constantia adversus schisma *Laurentii* ultra annos 15. Fuit enim illi extrema dies XIV kal. augusti an. 514, *consule absque collega M. Aur. Cassiodoro, senatore*.

Patriarcharum nomina.

Alexandrinæ Ecclesiæ præfuerunt post Theophilum *Cyrillus, Proterius, Timotheus Solophaciolus, Joannes Talaia*, eutychnianis prætermisissis; Antiochenæ post Flavianum *Porphyrius, Alexander, Theodorus, Joannes, Domnus, Maximus, Basilius, Martyrius, Julianus, Joannes, Stephanus, Stephanus alter, martyr, Calendio, Palladius*; Jerosolymitanæ post Joannem *Praylius, Juvenalis, Anastasius, Martyrius, Sabustius et Elias*.

CAPUT II.

SÆCULI ECCLESIE V CONCILIA.

In tres classes plura sæculi V concilia dividimus, quæ adversus hæreticos, quæ pro variis disciplinæ capitibus et quæ rejicienda sunt, discernentes.

Adversus donatistas, pelagianos, nestorianos et eutychnianos celeberrimi habiti sunt sacrorum antistitum conventus; et primo contra donatistas in catholicos armis irruentes anno 404, congregati *Carthagine* episcopi afri, ediderunt *Commonitorium synodicum* ad Honorium Augustum. Duobus proximis annis 405 et 406, *in eadem urbe* episcopi congregati de ipsorum donatarum et paganorum molitionibus certiores redderunt imperatorem, et contra illos Honorii obtinuerunt rescripta. Synodos eandem ob rem coegerunt anno 408 et 410,

et impetrarunt a principe, ne palam convenirent, ritusque suos exercebant, proscriptionis ac mortis poena proposita. Habita anno 411 celebris *Collatio carthaginensis* coram Marcellino tribuno, triplici absoluta congressu. Convicia et mendacia in Collationem illam a donatistis conficta, refutata fuerunt in concilio *cirtensi*, habito in Numidia anno 412.

Celebratas in causa pelagianorum 24 synodos, Augustino superstite, enumerat Garnerius; sed celebriores tantummodo recensebo. Primo Pelagius et Cælestinus damnati fuerunt in synodo *carthaginensi* sub Aurelio anno 412. In *jerusalymitana* sub Joanne an. 415. In *diospolitana*, ubi tamen Pelagius callide fidem suam occultavit, anno ipso 415, sub Eulogio. In *milevitana* sub primato Numidiæ Silvano, anno 416. In *romana* sub Innocentio I, anno 417, et in altera eodem anno sub Zosimo. In *constantinopolitana* sub Attico, et in *antiochena* sub Theodoto, eodem pariter anno. In plenaria *carthaginensi* ex omnibus provinciis Africae anno 418, ab Aurelio collecta. *Anazarbi* in secunda Cilicia sub Maximiano 422. In *africana* universali et in *romana* sub Cælestino, anno 425. In *arelatensi* sub Honorato anno 427. Post Augustini autem obitum damnati fuerunt pelagiani in concilio *ephesino*, de quo infra.

Adversus nestorianos indixere synodos *Romæ* Cælestinus anno 430 et seq., quo tempore etiam *Alexandriæ* concilium coegit S. Cyrillus. Anno autem 431 pontificis nutu, ac Theodosii Divali, habita est synodus *ephesina*, inter œcumenicas III. S. Cælestinus vices suas commisit Cyrillo. Interfuerunt episcopi 274. Damnatus Nestorius et rursus Pelagius: una in Christo propugnata persona, atque intra utramque naturam unitio, quam theologi appellant *hypostaticam*. Virgo Maria declarata est Θεοτόκος, nestoriani *simoniani* dicti fuerunt, eorumque libri proscripti anno 435 in concilio *Armenorum*.

Hæresim eutychanam nestorianæ oppositam, et unam asserentem Verbi incarnati naturam, proscripsit anno 448 synodus *constantinopolitana* sub Flaviano, et alia ibidem celebrata anno 450. Proximo anno 451, Marciano imperante, celebratum est concilium *chalcedonense*, quod est œcumenicum IV, conve-

nientibus 690, ut fertur, episcopis. Damnati sunt Eutyches et Dioscorus: approbata Leonis Magni *Epistola ad Flavianum*, atque actitata est causa Theodoretæ, et Ibæ Edesseni. Synodis istis contra hæreses celebratis adde romanam anni 444, sedente Leone Magno, contra manichæos, et plenariam *hispanicam* anni 447 adversus priscillianistas, de cujus loco non constat.

Firmata Ecclesiæ disciplina anno 401, circa parvulos ab hæreticis baptizatos in concilio *africano*; de causis episcoporum synodali iudicio finiendis anno 402, in concilio *Numidiæ*; de reconciliandis donatistis anno 403, in concilio III *carthaginensi*; de irritis ordinationibus anno 405, in synodo *toletana*; de Andronico Libyæ præfecto anathemate a subditorum vexatione cohibendo, anno 411, in synodo *Ptolemaidis*; de electione Heraclii, ut Augustino in episcopatu succederet, anno 426, in synodo *hypponensi*; de purgatione criminum, quorum insimulabatur Sixtus, anno 433, in concilio *romano*; de rebus multis ad jus ecclesiasticum pertinentibus anno 441, in *araisicano*; de diversis ecclesiasticis legibus an. 452, in synodo *arelatensi*, et de retinendis, rejiciendisve libris in *romana* Gelasii anno 494.

Reprobatur synodus *ad Quercum*, prope Chalcedonem, anni 403, sub Theophilo Alexandrino contra S. Joannem Chrysostomum; *latrocinalis ephesina* pro Eutychete anno 449, sub Dioscoro, cujus acta statim Leo Magnus abolevit; *constantinopolitanæ* eutychanæ factionis anni 496, qua approbatum fuit Zenonis *Henoticum*; et *constantinopolitana* celebrata anno 499 jussu Anastasii imp., in qua epistola S. Leonis papæ, concilium chalcedonense, omnesque confitentes duas in Christo naturas impio damnati sunt anathemate.

CAPUT III.

EXORTE QUINTO SÆCULO HERESSES.

Constat ex dictis tres erupisse quinto sæculo hæreses præcipuas, pelagianam, nestorianam et eutychanam. Priori nomen dedit *Pelagius* Britannus, ex eo monachorum genere,

qui sui juris ad instar philosophorum vivebant. Fuit Romæ sedente Anastasio, atque inde discessit circa annum 409. Ibi audivit Rufinum, scripsitque librum *Eulogiarum*. In Siciliam cum Cælestio, hinc in Africam, mox in Palæstinam transmisit. Vivebat adhuc anno 420. Post hæc tempora altum de illo silentium. Negavit originale peccatum transfundi in posteros Adæ, et a gratia præveniri liberum voluntatis arbitrium, affirmans eandem gratiam dari secundum merita nostra. Pelagii hæresis etiam *cælestiana* dicta est a Pelagii discipulo *Cælestio*, quem alii Scotum faciunt, alii Campanum. Affinis pelagianæ hæresi fuit error *semipelagianorum*, qui licet Christi gratiam necessariam assererent ad faciendam perficiendamque justitiam, illam tamen non requirebant ad initium fidei, et ad primum bonæ voluntatis affectum¹.

Conjuncti necessitudine quadam erroris pelagianis fuerunt *nestoriani*; nam hi dogmatizabant Christum *purum* hominem natum ex Virgine, suisque meritis et liberi arbitrii viribus ad talem gratiam pervenisse, ut Filius Dei diceretur. Hausit hoc venenum a Theodoro Mopsuesteno *Nestorius* Syrus, qui anno 428 Sisinio successit in episcopatu C. P., et duas in Christo dogmatizans personas, seu Deum hominemque, non *ὑποστασει*, sed morali tantum unione conjunctos, contendebat Virginem hominem peperisse, non Deum, ac proinde *χριστότοκον*, non *θεοτόκον* esse vocandam. Damnatus a Patribus ephesinis, et in exilium pulsus, post multos errores periit circa ann. 440, Oasi in Libya terræ allisus, eique erosa vermibus lingua².

¹ Inter propugnatores hæresis pelagianæ, post eos qui ejusdem hæresis sparserunt semina *Origenem*, *Theodorum*, *Rufinum* et *Annianum* diaconum celedensem, principem locum debere *Juliano* eclanensi episcopo, cui cum Augustino diuturnum fuit acerrimumque certamen, nemo unus ignorat.

² Præuserat Nestorio *Theodorus Mopsuestenus*, qui plurimum laudatur a Theodoreto, lib. V *Eccl. hist.*, cap. XL, et ab aliis citatis eo loci a Valesio. Hujus rei causa historia illa rejicitur a Gregorio Magno, epist. xxxi libri VI. De Theodoro plura Norisius in dissert. de V synodo, et Garnerius de primis auctoribus hæresis pelagianæ. Fuit Theodorus patria Antiochenus, acceptumque a Paulo venenum in pelagianos, nestorianosque transfudit. Ad Nestorium, quod attinet, non defuerunt qui hunc defendere, et S. Cy-

Eutychanis nomen dedit *Eutyches* C. P. archimandrita. Is jam senex circa an 448 cœpit asserere unam esse in Christo naturam, ex divina atque humana permixtam. Magna nactus est patrociniâ; eique adhæserunt *Dioscorus* Alexandrinus, et qui ejusdem factionis subsecuti sunt, *Timotheus Ælurus*, *Petrus Moggus*, *Athanasius*, *Joannes Hemula*, necnon *Petrus Fullo*, qui anno 371 sedem invasit antiochenam, quique *Trisagio*, ut divinam naturam passam assererent, additamentum illud apposuere, *qui crucifixus est pro nobis*, ab aliis tamen catholico acceptum sensu, relatumque ad secundam Trinitatis personam, non ad divinitatis substantiam. His quoque accessere, qui pugnantes pro Zenonis *Henotico* communionem cum eutychanis servabant¹.

Prætermittenda non est hæresis *Vigilantii*, quem joco S. Hieronymus vocabat *dormitantium*, improbantis cultum martyrum reliquiis exhibitum, cereosque in illorum memoriis accensos; *acephalorum*, qui duce Severo, a quo et *severiani* dicti sunt, neque catholicis, neque hæreticis copulabantur; neque cum suo conveniebant episcopo; *acephali* idcirco appellati, scilicet, sine capite; *abelianorum* denique, qui ab Abelese denominantes continentiam profitebantur, et quamvis nuptias contraherent, nunquam tamen fas esse putabant dare operam gignendis liberis, atque ne destituerentur hæredibus, filios inopum finitimorum adoptabant. Prope Hipponem regium

rillum ejus oppugnatorem vellicare, postremis quoque temporibus, studuerunt; sed quam longe a veritate et a fide Nestorius aberraverit, demonstrant scripta collecta tomo III *Biblioth. Orient.*, Clement. Vatic., p. 2, a viro Cl. Jos. Sim. Assemano Nestorium a Leporio monacho seductum, ait Cassianus.

¹ *Synesius Cyrenensis* philosophus præstantissimus, et ex gentili christianus, atque episcopus Ptolemaidis haud recte sensit de corporum resurrectione, saltem ante episcopatum, ut scribit Evagrius, lib. I cap. xv. Exponebat enim eandem resurrectionem juxta platonicorum, Origenisque sententiam. Ejus ad Evoptium epistolam cv, in qua agit de resurrectione et de uxore retinenda, haud serio fuisse scriptam censet ad annum 410, Ven. Baronius. At aliud est Petavii, Valesii et Holstenii judicium. Cum Synesius dicatur, admonente Theophilo, veram sententiam amplexus nolimus illi injuriam irrogare ipsum inter hæreticos recensendo.

habitasse, sed ad mentem saniozem revocatos, asserit Augustinus¹.

CAPUT IV.

DE SCRIPTORIBUS QUINTI SÆCULI PRÆSTANTISSIMIS.

Annus 420 supremus fuit *Hieronymo*, Stridone in Dalmatia nato, et in latino, græco, hebræoque sermone, cunctisque disciplinis doctissimo. Natus dicitur anno 329, et vita functus ætatis suæ 91 in secessu bethlemítico. Donatum in grammatica, Victorinum in rhetorica, Dydimum in Græcorum doctrina, Barhaninan in hebraicis litteris habuit institutores, et a Paulino Antiocheno presbyter fuit ordinatus². Quantum in sacris litteris enituerit, divina ejus bibliotheca demonstrat, sacros scilicet complectens Hebræorum, Græcorumque codices, quos latinitate donavit. Illustravit eosdem libros exquisitissimis commentariis, eloquenti stylo instruxit matronas, virgines, monachos et ejusque generis viros; acriori Helvi-

¹ Commemorant nonnulli hæresim prædestinationum exortam, ut aiunt, in africano monasterio Adrumeti, sed nos arbitramur esse fictitiam. E Chronico Edessæ edito in *Bibliotheca orientali* ab Assemanio habemus anno 428, emersisse hæresim asserentium « peccatum naturæ insitum. » Illustris editor legendum putat, « nequaquam naturæ insitum. » Si id probes, nova non est hæresis, sed pelagianorum, negantium originale peccatum et adstruentium « impeccantiam; » at si priori lectioni adhæreas, hæc hæresis manichæismi est germen, vel surculus. Præter Fortunatum, Adimantum, Felicem, Secundinum, Faustum, aliosque manichæos refutatos a S. P. Augustino, mulier etiam quædam, *Julia* nomine, manichæa, multos apud Gazam Palæstinæ urbem seduxit, sed cum S. Porphyrio episcopo ausa inire disputationem infelici morte precepta est, ut legitur apud Surium ad diem 26 februarii.

² Cum S. Hieronymus fuerit presbyter antiochenæ Ecclesiæ, et non romanæ, ut ipse testatur ep. ad Pammachium, negant complures inter quos lib. I *De cler.*, cap. xvi, Ven. Bellarminus, connumerandum illum esse inter S. R. E. cardinales; quamvis id singulari opusculo demonstrare conatus fuerit Alphonsus Ciaconius. *Rufinus* adversarius Hieronymi plura conscripsit, et Eusebii historiam latinitate donavit, uti et Josephi libros, multumque pro Origene adlaboravit. Num ab isto, vel a *Rufino* alio Syro Cælestius acceperit non dari traducem originalis peccati, non eadem est recentiorum criticorum opinio.

dium, Jovinianum, Vigilantium, necnon Rufinum, cunctosque sibi adversantes pupugit.

Quid dicendum est de *Augustino*? Natalis ei annus 355, emortualis 430. Mirum ejus ingenium ostendit, quod adolescentulus in patria Tagaste grammaticam, et Carthagine rhetoricam docuerit artem, et superiores disciplinas nullo tradente didicit. Paganos aureo *De civitate Dei* opere confutavit. Donatistas, manichæos, pelagianos, cæterosque ævi sui hæreticos exagitavit libris numero, doctrina ac pondere argumentorum magno pretio æstimandis. Conciones quoque, et epistolas conscripsit plurimas, et in sacris explanandis libris egregiam navavit operam. Nihil eo humilium, nihil humanius, nihil indefessum magis et in ecclesiasticis et civilibus negotiis pertractandis magis assiduum. Ecclesiæ fulgidissimum lumen, scholasticorum theologorum ducem, et gratiæ et charitatis magistrum universi appellant, atque suspiciunt.

Condigna ulterius habenda est mentio *S. Cyrilli*, qui fuit in episcopatu Alexandrino successor Theophili, vita functi anno 412, et nestorianæ hæresis invictissimus oppugnator; quamvis in eo redargutus a Theodoro aliisque, quod Verbi incarnati dixerit *μία φύσις, unam naturam*. At certum est *φύσις* vocabulum loco *ὑποστάσις* usurpasse ad unam significandam Christi personam. Præter quinque contra Nestorium libros, *ac de Trinitate, de Incarnatione, de recta fide*, et suimet apologias et homilias, epistolasque permultas, decem libros edidit contra Julianum, atque in Pentateuchum, in prophetas et in Evangelium Joannis locupletissima commentaria. Obiit autem fidei athleta anno ær. ch. 444.

Ut contra nestorianos Cyrillum, ita contra Eutychem Deus defensores Ecclesiæ suæ suscitavit, inter quos *Leonem I*, romanum pontificem, et *S. Petrum Chrysologum* ravenatem antistitem. Is natus apud Forum Corneliæ a Sixto III præmonstrantibus Petro apostolo et Apollinare martyre, consecratus est episcopus Ravennæ, atque ex hac vita migravit circa annum 450. Præter sermones tali conscriptos facundia, ut inde illi accesserit *Chrysologi* cognomentum, hortante prælaudato Leone Magno,

habitasse, sed ad mentem saniozem revocatos, asserit Augustinus¹.

CAPUT IV.

DE SCRIPTORIBUS QUINTI SÆCULI PRÆSTANTISSIMIS.

Annus 420 supremus fuit *Hieronymo*, Stridone in Dalmatia nato, et in latino, græco, hebræoque sermone, cunctisque disciplinis doctissimo. Natus dicitur anno 329, et vita functus ætatis suæ 91 in secessu bethlemítico. Donatum in grammatica, Victorinum in rhetorica, Dydimum in Græcorum doctrina, Bar-haninan in hebraicis litteris habuit institutores, et a Paulino Antiocheno presbyter fuit ordinatus². Quantum in sacris litteris enituerit, divina ejus bibliotheca demonstrat, sacros scilicet complectens Hebræorum, Græcorumque codices, quos latinitate donavit. Illustravit eosdem libros exquisitissimis commentariis, eloquenti stylo instruxit matronas, virgines, monachos et ejusque generis viros; acriori Helvi-

¹ Commemorant nonnulli hæresim prædestinationum exortam, ut aiunt, in africano monasterio Adrumeti, sed nos arbitramur esse fictitiam. E Chronico Edessæ edito in *Bibliotheca orientali* ab Assemanio habemus anno 428, emersisse hæresim asserentium « peccatum naturæ insitum. » Illustris editor legendum putat, « nequaquam naturæ insitum. » Si id probes, nova non est hæresis, sed pelagianorum, negantium originale peccatum et adstruentium « impeccantiam; » at si priori lectioni adhæreas, hæc hæresis manichæismi est germen, vel surculus. Præter Fortunatum, Adimantum, Felicem, Secundinum, Faustum, aliosque manichæos refutatos a S. P. Augustino, mulier etiam quædam, *Julia* nomine, manichæa, multos apud Gazam Palæstinæ urbem seduxit, sed cum S. Porphyrio episcopo ausa inire disputationem infelici morte precepta est, ut legitur apud Surium ad diem 26 februarii.

² Cum S. Hieronymus fuerit presbyter antiochenæ Ecclesiæ, et non romanæ, ut ipse testatur ep. ad Pammachium, negant complures inter quos lib. I *De cler.*, cap. xvi, Ven. Bellarminus, connumerandum illum esse inter S. R. E. cardinales; quamvis id singulari opusculo demonstrare conatus fuerit Alphonsus Ciaconius. *Rufinus* adversarius Hieronymi plura conscripsit, et Eusebii historiam latinitate donavit, uti et Josephi libros, multumque pro Origene adlaboravit. Num ab isto, vel a *Rufino* alio Syro Cælestius acceperit non dari traducem originalis peccati, non eadem est recentiorum criticorum opinio.

dium, Jovinianum, Vigilantium, necnon Rufinum, cunctosque sibi adversantes pupugit.

Quid dicendum est de *Augustino*? Natalis ei annus 355, emortualis 430. Mirum ejus ingenium ostendit, quod adolescentulus in patria Tagaste grammaticam, et Carthagine rhetoricam docuerit artem, et superiores disciplinas nullo tradente didicit. Paganos aureo *De civitate Dei* opere confutavit. Donatistas, manichæos, pelagianos, cæterosque ævi sui hæreticos exagitavit libris numero, doctrina ac pondere argumentorum magno pretio æstimandis. Conciones quoque, et epistolas conscripsit plurimas, et in sacris explanandis libris egregiam navavit operam. Nihil eo humilium, nihil humanius, nihil indefessum magis et in ecclesiasticis et civilibus negotiis pertractandis magis assiduum. Ecclesiæ fulgidissimum lumen, scholasticorum theologorum ducem, et gratiæ et charitatis magistrum universi appellant, atque suspiciunt.

Condigna ulterius habenda est mentio *S. Cyrilli*, qui fuit in episcopatu Alexandrino successor Theophili, vita functi anno 412, et nestorianæ hæresis invictissimus oppugnator; quamvis in eo redargutus a Theodoro aliisque, quod Verbi incarnati dixerit *μία φύσις, unam naturam*. At certum est *φύσις* vocabulum loco *ὑποστάσεως* usurpasse ad unam significandam Christi personam. Præter quinque contra Nestorium libros, *ac de Trinitate, de Incarnatione, de recta fide*, et suimet apologias et homilias, epistolasque permultas, decem libros edidit contra Julianum, atque in Pentateuchum, in prophetas et in Evangelium Joannis locupletissima commentaria. Obiit autem fidei athleta anno ær. ch. 444.

Ut contra nestorianos Cyrillum, ita contra Eutychem Deus defensores Ecclesiæ suæ suscitavit, inter quos *Leonem I*, romanum pontificem, et *S. Petrum Chrysologum* ravenatem antisitem. Is natus apud Forum Corneliæ a Sixto III præmonstrantibus Petro apostolo et Apollinare martyre, consecratus est episcopus Ravennæ, atque ex hac vita migravit circa annum 450. Præter sermones tali conscriptos facundia, ut inde illi accesserit *Chrysologi* cognomentum, hortante prælaudato Leone Magno,

scripsit ad chalcedonense concilium contra hæresim Eutychetis, necnon ad Eutychem ipsum, ut hæresiarcham revocaret ad frugem.

Quamquam vero hactenus laudati quinto Ecclesiæ sæculo lucem attulerint splendidissimam, non defuerunt tamen præclarissimi scriptores alii, qui vel eruditionis ornatu, vel rerum gestarum narratione, vel sacra etiam poesi locum in hac Epitome sibi vindicant. Refero ad priorem classem *S. Chromantium* Aquileiensem, quem Hieronymus vocat sui temporis episcopum *doctissimum et sanctissimum*, vita functum anno 413; *Polychronium* Syrum, quem summa cum laude memorat Theodoretus, solutum corporis nexu circa annum 427; *Isidorum* a monasterio Pelusii prope Nilum, denominatum *Pelusiotam*, qui vivebat adhuc anno 430, et decem millia epistolarum scripsit, si fidem promereatur Nicephorus; *Marium Mercatorem* studiosissimum Augustini, fideique catholicæ adversus pelagianos et nestorianos vindicem strenuum, ex hac ereptum vita circa ann. 450; *Joannem Cassianum*, Scytham, Chrysostomi discipulum, qui decessit Massiliæ, ubi monasterium ædificaverat anno 448. *Salvianum* ejusdem civitatis presbyterum; *Nihum Nitriensem* et *Honoratum*, *Maximum*, *Hilarium*, *Vincentium* et *Eucherium*, lirinenses monachos doctrina et sanctitate percelebres; sanctum *Remigium* Francorum apostolum, *Julianum Pomerium*, etc. ¹.

Narrantur vero res in Ecclesia gestas *Sev. Sulpicius* et *Palladius*, sæculo quinto ineunte, quorum primus natione Gallus *Historiam sacram* usque ad annum 400, stylo facili et supra genium sæculi terso; alter Galata, *Historiam lausiacam*, vitas SS. Patrum narrantem, ita nuncupatam, quoniam ad *Lausum* præfectum cubiculi inscripta fuit, de rebus a Chrysostomo gestis, et de gentibus Indiæ ac brachmanibus, sedulo diligenterque conscripsit. Subsecuti sunt sancti viri et discipuli Augustini,

¹ Ex his *Cassianum*, *Hilarium*, *Vincentium*, necnon *Faustum Rejensem* et *Gennadium* fuisse semipelagianos censent viri clarissimi; quod illorum fidei atque sanctitati non officit, cum error semipelagianorum nondum fuerit ab Ecclesia proscriptus.

Paulus Orosius et *Possidius*. Ille Hispanus genere et presbyter tarraconensis, historiarum libros VIII contra paganos, eodem monente Augustino, circa annum 417 complevit; iste autem calamensis in Africa episcopus, anno 430 S. Patri morienti adfuit, et res ab eo gestas librosque recensuit. *Paulinus* Mediolanensis vitam Ambrosii, cujus diaconus fuerat, et de benedictionibus patriarcharum scripta exaravit. Præter opera alia complura, ecclesiasticam historiam ab anno 322 ad annum 427, deduxit *Philotheus* continentem ascetarum elogia, et hæreticorum descripsit fabulas. *Theodoretus* genere Antiochenus et Cyrensis episcopus, qui obiit septuagenario major circa annum 457; vir magnus, quamvis aliquando patrocinitus nestorianis. Vixitque, floruitque circa eadem tempora *Gelasius* patria Cyzicenus et episcopus Cæsareæ in Palæstina, qui nicænæ synodi scripsit historiam. Accinxit se ad Ecclesiæ historiam scribendam anno 440 *Socrates* C. P., appellatus *Scholasticus*. Hunc novatianum plurimi vocant, sed nititur vindicare *Valesius*. Superatur elegantia ab *Hermia Sozomeno Palestino*, qui per eadem tempora libros novem *Hist. eccl.* edidit et nuncupavit *Theodosio*. Accesserunt *S. Prosper* Aquitanus, augustinianæ doctrinæ vindex, cui *Chronicum* adscribunt deductum usque ad annum 455 ¹. *Victorius* itidem Aquitanus ², a quo in calculis mathematicis admodum exercitato scriptus est anno 457 *Canon paschalis*, et *Victor* Vitensis episcopus in *byzacena* provincia, a quo apud Constantinopolim exule, litteris tradita est anno 487 historia persecutionis vandalicæ. Postremo *Gennadius* Massiliensis anno 405 absolvit *Catalogum* virorum illustrium, una cum libro *De ecclesiasticis dogmatibus* ad R. P. *Gelasium*.

At quinam stylum in sacra exercuerunt poesi? Initio *S. Paulinus* Nolanus episcopus, patricio genere ortus Burdigalæ, et

¹ Adde cyclum paschalem, de quo *S. Isidorus* Hispalensis, lib. VI *Originum*, cap. xvii, et *Vossius*, *De historicis latinis*, etc.

² *Victorinus* dicitur a *Gennadio* in *Catalogo*, cap. xxxviii. Hunc canonem edidit et commentario illustravit anno 1633, typis Plantinianis, *Ægidius Bucherius* S. J. De periodo victoriana annorum 532 dixi cap. vii *Chronologiæ*.

vita functus anno 431, non solum epistolas L, soluta oratione, verum *Natales X. S. Felicis M.* aliaque plura eleganti metro composuit. Tum *Aurelius Prudentius Hispanus, Psychomachin, Cathemerinon, Περὶ στεφανῶν, Apotheosim, Hamartigeniam, contra Symmachum*, id est, de pugna vitiorum et virtutum, hymnos diurnos, de coronis, de divinitate, de peccatorum origine et contra idolorum cultum, varii et venusti carminis contexit poemata. *Nonus Ægyptius* inter cætera scripsit hoc sæculo adolescente græco turgidoque carmine *Paraphrasim* Evangelii S. Joannis. *Anicia Falcona Proba*, quæ post captam Romam ab Alarico, anno 410, cum filia Juliana et nepte Demetriade confugit in Africam, scripsit de rebus a Christo gestis *Centonem* virgilianum. *Athenais* quoque Atheniensis, anno 432, desponsata Theodosio imp., et vocata postmodum *Eudocia Augusta*, absolvit *Centones* homericos, condiditque heroico carmine *Metaphrases*, Historiam SS. mart. Cypriani et Justinæ, et poema *De victoria*, a Theodosio viro suo e Persis reportata. Etiam prælaudatus *S. Hilarius Arelatensis*, qui in episcopatu successit S. Honorato an. 429, præter decessoris sui vitam, carmen heroicum condidit historiæ Geneseos. Adde *Cælium Sedulium* natione Scotum, qui conscripsit Carmen *paschale* de miraculis Christi, distributum in libros quinque, collationem utriusque Testamenti versibus elegiacis, et jambis *Pæan* inscriptum Carmen de rebus a Domino gestis, et *C. Sollium Apollinarem Sidonium* Arvernorum episcopum, generis claritudine et multorum librorum soluta, numerisque adstricta oratione conscriptorum, illustrem, laudandum rursus in notis ad proximum caput sextum. Demum *Claudianus Mamertus* presbyter viennensis, qui florebat circa annum 462, carmine *vanos poetas* perstrinxit, hymnosque Ecclesiæ, cui erat addictus, concinne digessit.

CAPUT V.

DE AUGUSTIS PRINCIPIBUS, VIRISQUE SANCTITATIS EXIMIE.

Supra dictum est, defuncto Theodosio M. anno ær. v. 395, incœpisse *Honorii* et *Arcadii* principatum. Iste in Oriente, ille in Occidente imperabat, atque exinde duo distinguuntur imperatores, vel potius unius imperii collegæ, nam leges et rescripta utriusque nomine signabantur¹.

In Occidente itaque sublato e vivis Honorio, Romæ ex aqua intercuti, *coss. Asclepiodato* et *Mariniano*, id est anno 423, die 25 augusti, et imperii sui a morte patris 28, tyrannidem Ravennæ arripuit primicerius notariorum *Joannes*, quem Theodosius Asparem in Italiam mittens oppressit, et ad imperii consortium evexit *Valentinianum* III, filium Constantii Cæsaris et Gallæ Placidia, anno 425, in consulatu ejusdem *Theodosii* XI, octobri mense labente. Idem *Valentinianus*, cum manu sua interfecisset Aetium, ejus summam apud milites suspectam habebat auctoritatem, occisus est, *Maximo* instante, ab Aetii militibus Trasila et Optila, anno 455, se consule VIII, cum *Anthemio*, 17 die martii².

Post hæc mutata in Occidente imperii facies. Extincto enim *Valentiniano*, ejus imperium, viduamque *Eudoxiam*³ rapuit

¹ Imperante Honorio Marcellinus, qui anno 411 præfuit Collationi carthaginensi, opera donatistarum martyr occubuit. Sanctiones multas adversus prædictos donatistas, pelagianos, cæterosque hæreticos Honorius et Theodosius Junior promulgarunt. Extant in Cod. theodosiano cit. *De hæreticis*. Latæ vero contra pelagianos apud Vossium quoque, Garnesium, Norisium, etc.

² *Valentinianus* III, anno 437, nuptias celebravit Thessalonicae cum *Eudoxia* filia *Theodosii* Junioris, quæ illi bimula, anno 424, fuerat desponsata. Filias ex ea suscepit duas, *Placidiam* II et *Eudoxiam* III, quæ una cum matre captivæ abductæ fuerunt a Vandalorum rege *Genserico*. Augustus a *Theodosio* declaratus est anno 425 *Maximi*, qui in ejus mortem conspiravit, illata vi uxorem vitiaverat. Hanc *Procopius*, lib. I *De bello vandalico*, ut formosissimam, ita castissimam vocat.

³ *Eudoxiam* filiam *Theodosii* Junioris et *Eudociæ*, vel *Athenaidis*, quæ ad ulciscendam mariti mortem accersivit ex Africa *Gensericum*, Vandalorum regem.

Petronius Maximus, qui capta a Gensericō urbe, fugam capessens, impetitus est a concitato populo lapidum imbri, membratim dilaniatus et projectus in Tiberim. Sed et imperium ipsum laceratum est ac discerptum, Africam Vandalis, Hispaniam Gothis, Gallias Francis, Italiam permixtis barbaris occupantibus.

Trucidato tamen Maximo, electus est anno 455 *Fl. Mæcilius Avitus*, qui legatione fungebatur apud Gothorum regem Theodoricum. Sed et Avitus coactus est a Ricimere, barbarorum duce, abdicare se principatu, et Placentiæ creatus episcopus, mœrore animi dicitur obiisse. Avito autem anno 457 suffectus est *Flavius Julius Majoranus*, et ipse inchoato anno imperii quinto a Ricimere occisus prope Dertonam. Majorano anno 461 successit *Vibius Severus*, cui Ricimeres ipse fertur abstulisse vitam propinato veneno. Idem fatum *Anthemio*, qui ducta in matrimonium Ricimeris filia, soceri opera anno 467, obtinuit imperium; sed ab eodem socero per insidias captus et occisus est Romæ, vix sexto imperii anno inchoato. Commissum tum imperii regimen *Fl. Anicio Olybrio*, Placidiae filiae Valentianiani III marito, post paucos menses, ipso inaugurationis suæ anno 472, vita privato. Post Olybrium anno 473 electus est *Glycerius*, romanæ urbis senator, e solio proximo anno dejectus a *Julio Nepote*, filio Nepotiani, pulsus in Dalmatiam et consecratus, ut fertur, episcopus salonensis. Pari sorte *Julius Nepos* exauctoratus est ab Oreste Gotho, cui ille demandaverat exercitus præfecturam, et subrogatus Julio *Flavius Romulus Augustus*, filius Orestis, *Augustulus* nuncupatus, anno 475. Non explevit *Augustulus* annum imperii primum, nam a factione Julii Nepotis in Italiam vocatus *Odoacer* rex Herulorum, ingentibus barbarorum copiis Ticini Orestem obsedit, superavit, occidit, ejusque filium *Augustulum* cedere imperio coactum, relegavit in Lucullanum parvam Campaniæ insulam, Megarim olim dictam, prope Neapolim. Ita romanum imperium, quod incepit sub *Augusto*, sub *Augustulo* extinctum est.

In Oriente autem imperatori Arcadio successit anno 408 *Theodosius Junior*, ei ex Eudoxia natus, pius et orationi de-

ditus princeps, institutor academiarum Constantinopolis et Bononiæ, et codicis nomine suo inscripti promulgator¹. Theodosio vita functo, anno 450, die 19 julii, ad imperium, et ad nuptias Pulcheriæ virginis, sororis Theodosii, electus est *Fl. Valerius Marcianus*, in Thracia humili loco natus, sed clarus virtutibus, pacator imperii et defensor Ecclesiæ, extinctus, ut creditur, veneno, Asparis Patritii machinatione, anno 457, die 26 januarii. Proclamatus inde imperator *Leo I* Thracius, favore Asparis, pietate et clementia, atque erga Deiparam devotione commendandus; qui non semel Gensericum fudit, e Sicilia barbaros expulit, atque ipsum Asparem arianum, ac proditorum obtruncavit, e mortali vita sublatus anno 474. Huic successit nepos *Leo II*, filius Zenonis Isaurici, qui eundem parentem suum declaravit Augustum, eodemque anno, mense novembri decessit. *Zeno* itaque post filium susceptum ex Ariadna filia Leonis I, turpis facie, sed moribus turpior, imperium tenuit ab anno 474 usque ad annum 491, quamvis ei principatum subripere tentaverit anno 476 *Basilicus*, hortatu *Æliæ Verinæ*, sororis suæ, quæ fuerat uxor Leonis I. Mortuo Zenone præcitato anno 491, die 6 aprilis, opera Ariadnæ viduæ ab ipso Zenone relictæ, e scriba factus est imperator *Fl. Valerius Anastasius*,

¹ Codicem theodosianum promulgatum Gothofredus demonstrat anno 438, non ut putabatur, anno 435. Publicas vero scholas C. P. anno 425 Theodosius aperuit. Athenaidem, filiam Heracliti philosophi, Eudociam in baptismo appellatam, litterisque excultam, anno 421 duxit uxorem. De hac præcedenti cap. iv Theodosius Junior idolorum templa funditus everti jussit, adeo ut nullum pristinae superstitionis remaneret vestigium. In eum castra movens Roila, Scytharum regulus, immissis cœlitus igneis turbinibus extinctus fuit. Illum quoque aggressos Persas vehementissimo imbri, et ingenti grandine, Deus compulit ut retrocederent. Hæc ex lib. V *Hist. eccl.* Theodoretī, cap. xxxvii. Templum antea dicatum dæmoniis, appellatumque Tychæum, a Theodosio consecratum Ignatio martyri, locatis ibidem hujus reliquiis translatis in Urbem ex cœmeterio, quod erat extra portam Daphniticam, refert lib. I, cap. xvi, Evagrius Scholasticus. S. Joannis Chrysostomi, anno 430, reliquias Constantinopolim Theodosius magnificentissima pompa deferri curavit, parentibus suis veniam humillime deprecatus. Obiisse Theodosium Juniorem extractum e fluvio Leneo, in quem prolapsus ex equo fuit inter venandum, et lectica, semivivum ad regiam urbem revectum, scribunt auctor chronici alexandrini, Theodorus Lector, Nicephorus Callistus, alii.

a diversitate coloris in oculorum pupillis *Dicorus* denominatus, et ortus in urbe Macedoniae Dyrrachio. Anastasius prœlaudatam Ariadnam duxit uxorem, imperavitque annis 27, labe infectus eutychniana; unde percussus fulmine interiit anno 518, die octava julii.

His cæsarum, regumque temporibus, floruisse complures singulari prœditos sanctitate, ex primo et quarto capite conjicitur¹. At collustrarunt universum fidelium cœtum alii quamplurimi. Venerando episcoporum ordini maximum contulerunt ornamentum *Cæsarius*, episcopus arelatensis in Gallia Narbonensi, *Alipius* Tagastensis in Numidia Africae, *Turibius* Asturicensis in Hispania Tarraconensi, *Patritius* Hibernorum apostolus, *Epiphanius* Ticinensis in Insubria, *Eucherius* Lugdunensis, *Honoratus* et *Hilarius* Arelatenses, *Lupus* Trecensis, *Severinus* Noricorum apostolus, *Germanus* Antisiodorensis in Galliis, *Petronius* Bononiensis, *Exuperius* Tolosanus, *Flavianus* Antiochenus, *Marutha* in Mesopotamia, *Mamertus* Viennensis in provincia Narbonensi, *Gaudentius* Brixianus in Cenomanis². Martyrii palmam retulerunt in Persia sub Isdegerde cum aliis innumeris *Jacobus* intercisus³; Pamiae, seu Appamiis in Occitania *Antonius* regia ortus stirpe, Alexandriae *Proterius*, Constantinopoli *Flavianus*, in Corsica *Julia* virgo, in Africa sub Genserico *Martinianus* et *Saturianus* cum aliis 270 virginum pariter coronatarum sub Hunnerico multiplex chorus. Quanta vero pudicitiae laus in *Maxima*, ipsarum africanarum virginum matre, in *Pulcheria* Theodosii A. sorore, in *Eustochio* ad Præsepe Domini cum aliis virginibus enutrita, in *Genoveva* immortalis gloria Parisiensium? Matronarum item decus fuit *Melania* Junior, etc. Suos quoque proceres connumerant monachi et anachoritæ, ut *Sabbam* Palæstinorum ascetarum jubar, *Maronem*, a quo Maronitæ denominantur, *Arsenium* Scetis Ægyptii

¹ Imperantibus Arcadio et Honorio hujus sæculi initio vixit S. *Alexius* Romanus. Quidam Alexium cum Joanne Calybita confundunt.

² Adde Crescentium presbyterum et Eugenium diaconum, Florentinos.

³ Persecutionem Isdegerdis Baronius, alique referunt ad annum 420. Ante quinquennium exortam demonstrat Antonius Pagius.

montis incolam, *Alexandrum* acœmetarum, id est, insomnium vigilumque parentem, *Joannem* Palæstinum *Silentiarium*, duosque *Stylitas* (quis enim universos commemoret?) *Simeonem* et *Danielem*¹.

CAPUT VI.

QUINTI SÆCULI DOGMATA ET DISCIPLINA.

Didicimus ex hujus sæculi historia quod præmonstraverat Apostolus, omnes in Adam peccasse; ejusque prævaricatione peccatum, et per peccatum intrasse mortem in mundum; gratiam non dari secundum merita nostra, neque ex præscientia futurorum operum naturalium; necessariam illam esse ad singulos actus, nec fieri, aut cogitari absque ea aliquid posse, quod ad æternam salutem conferat. Prædestinationis nostræ exemplare est Christus, ad maximam omnium gratiarum divino beneplacito electus, ad unionem scilicet hypostaticam. Qua divinam humanamque naturam in una conjunctas esse persona, permanente proprietate utriusque, commonstrant contorta in Nestorium et Eutychem anathemata, definitiones Ecclesiæ, scriptaque Patrum orthodoxorum. Unum de Trinitate crucifixum ita fides catholica tradidit, ut nullatenus passio in divinam referatur naturam. Beatam Virginem appellandam esse *θεοτόκον*, utpote quæ genuit Deum hominem, definitum fuit, et sanctis, horumque reliquiis religiosum cultum esse præstandum². Veram esse religionem seclusa cum episcopis catholicis communione, est deliramentum acephalorum.

¹ Supra columnam Simeonis sæpe visam, etiam a seipso, rutilantem stellam, tradit lib. I, cap. xiv, Evagrius.

² Quantum attinet ad reliquias sanctorum, Arcadius imperator anno 406 e Silo Palæstinæ oppido Constantinopolim magna pompa adportari curavit exuvias Samuelis prophetæ. Id religiosæ pietatis exemplum vocat adversus Vigilantium Hieronymus. In eadem regiam urbem anno 409 advecti cineres sanctorum *Joseph*, filii patriarchæ Jacob, *Zachariæ* patris Præcursoris. Revelatione divinitus facta Luciano presbytero, anno 415 inventa, et decenti loco fuerunt condita, corpora *Stephani* protomartyris, *Gamalielis* et *Abibonis*. S. *Joan. Chrysostomi* corpus an. 438, e Ponto Constantinopolim solemnè pompa translatum. *Catenæ* S. Petri Jerosolymis ab Eudocia missæ, C. P. una, altera Romam ad filiam Eudoxiam. Inventum anno 433 Emesæ in Syria caput S. *Joannis Baptistæ*.

a diversitate coloris in oculorum pupillis *Dicorus* denominatus, et ortus in urbe Macedoniæ Dyrrachio. Anastasius prælaudatam Ariadnam duxit uxorem, imperavitque annis 27, labe infectus eutychniana; unde percussus fulmine interiit anno 518, die octava julii.

His cæsarum, regumque temporibus, floruisse complures singulari præditos sanctitate, ex primo et quarto capite conjicitur¹. At collustrarunt universum fidelium cœtum alii quamplurimi. Venerando episcoporum ordini maximum contulerunt ornamentum *Cæsarius*, episcopus arelatensis in Gallia Narbonensi, *Alipius* Tagastensis in Numidia Africae, *Turibius* Asturicensis in Hispania Tarraconensi, *Patritius* Hibernorum apostolus, *Epiphanius* Ticinensis in Insubria, *Eucherius* Lugdunensis, *Honoratus* et *Hilarius* Arelatenses, *Lupus* Trecensis, *Severinus* Noricorum apostolus, *Germanus* Antisiodorensis in Galliis, *Petronius* Bononiensis, *Exuperius* Tolosanus, *Flavianus* Antiochenus, *Marutha* in Mesopotamia, *Mamertus* Viennensis in provincia Narbonensi, *Gaudentius* Brixianus in Cenomanis². Martyrii palmam retulerunt in Persia sub Isdegerde cum aliis innumeris *Jacobus* intercisus³; Pamiae, seu Appamiis in Occitania *Antonius* regia ortus stirpe, Alexandriae *Proterius*, Constantinopoli *Flavianus*, in Corsica *Julia* virgo, in Africa sub Genserico *Martinianus* et *Saturianus* cum aliis 270 virginum pariter coronatarum sub Hunnerico multiplex chorus. Quanta vero pudicitiae laus in *Maxima*, ipsarum africanarum virginum matre, in *Pulcheria* Theodosii A. sorore, in *Eustochio* ad Præsepe Domini cum aliis virginibus enutrita, in *Genoveva* immortalis gloria Parisiensium? Matronarum item decus fuit *Melania* Junior, etc. Suos quoque proceres connumerant monachi et anachoritæ, ut *Sabbam* Palæstinorum ascetarum jubar, *Maronem*, a quo Maronitæ denominantur, *Arsenium* Scetis Ægyptii

¹ Imperantibus Arcadio et Honorio hujus sæculi initio vixit S. *Alexius* Romanus. Quidam Alexium cum Joanne Calybita confundunt.

² Adde Crescentium presbyterum et Eugenium diaconum, Florentinos.

³ Persecutionem Isdegerdis Baronius, alique referunt ad annum 420. Ante quinquennium exortam demonstrat Antonius Pagius.

montis incolam, *Alexandrum* acœmetarum, id est, insomnium vigilumque parentem, *Joannem* Palæstinum *Silentiarium*, duosque *Stylitas* (quis enim universos commemoret?) *Simeonem* et *Danielem*¹.

CAPUT VI.

QUINTI SÆCULI DOGMATA ET DISCIPLINA.

Didicimus ex hujus sæculi historia quod præmonstraverat Apostolus, omnes in Adam peccasse; ejusque prævaricatione peccatum, et per peccatum intrasse mortem in mundum; gratiam non dari secundum merita nostra, neque ex præscientia futurorum operum naturalium; necessariam illam esse ad singulos actus, nec fieri, aut cogitari absque ea aliquid posse, quod ad æternam salutem conferat. Prædestinationis nostræ exemplare est Christus, ad maximam omnium gratiarum divino beneplacito electus, ad unionem scilicet hypostaticam. Qua divinam humanamque naturam in una conjunctas esse persona, permanente proprietate utriusque, commonstrant contorta in Nestorium et Eutychem anathemata, definitiones Ecclesiæ, scriptaque Patrum orthodoxorum. Unum de Trinitate crucifixum ita fides catholica tradidit, ut nullatenus passio in divinam referatur naturam. Beatam Virginem appellandam esse *θεοτόκον*, utpote quæ genuit Deum hominem, definitum fuit, et sanctis, horumque reliquiis religiosum cultum esse præstandum². Veram esse religionem seclusa cum episcopis catholicis communione, est deliramentum acephalorum.

¹ Supra columnam Simeonis sæpe visam, etiam a seipso, rutilantem stellam, tradit lib. I, cap. xiv, Evagrius.

² Quantum attinet ad reliquias sanctorum, Arcadius imperator anno 406 e Silo Palæstinæ oppido Constantinopolim magna pompa adportari curavit exuvias Samuelis prophetæ. Id religiosæ pietatis exemplum vocat adversus Vigilantium Hieronymus. In eadem regiam urbem anno 409 advecti cineres sanctorum *Joseph*, filii patriarchæ Jacob, *Zachariæ* patris Præcursoris. Revelatione divinitus facta Luciano presbytero, anno 415 inventa, et decenti loco fuerunt condita, corpora *Stephani* protomartyris, *Gamalielis* et *Abibonis*. S. *Joan. Chrysostomi* corpus an. 438, e Ponto Constantinopolim solemnè pompa translatum. *Catenæ* S. Petri Jerosolymis ab Eudocia missæ, C. P. una, altera Romam ad filiam Eudoxiam. Inventum anno 433 Emesæ in Syria caput S. *Joannis Baptistæ*.

Pacis osculum post consecrationem, et missa Præsantificationum in Parasceve Paschatis quinto sæculo obtinuerunt. Utebantur diaconi ad lævam pallis linostimis, scilicet ex lino et lana contextis. Sanctimonialibus contingere sacratam pallam, et in Ecclesia thus adolere inhibitum fuit. Alternatim psalmi canebantur davidici, repetitis antiphonis. Decantatus itidem dominicis diebus, et in natalitiis sanctorum hymnus angelicus. Suspecti erant erroris manichæorum, qui a sacri calicis abstinebant mysterio. *Lirinenses* monachi, *sabbaitæ*, atque sub Joanne patriarcha jerosolymitano *carmelitæ* fuerunt, prout plerique opinati sunt, instituti ¹.

Tanta fuit monachorum in Capraria et Lirino, seu Lerina, insulis, multitudo et celebritas, ut illustrium quoque poetarum hujus ævi describantur carminibus ².

¹ Ab Eudocia Augusta bis Jerosolymam profecta, nempe anno 438, et post eadem Paulini ejus causa interfecti anno 430, ædificata fuerunt monasteria, quæ *lauras* vocavit. Laura a cœnobio differt, quod istud uno clauditur muro; laura vero habet cellulas longe disjunctas. In laura anachoretæ, in cœnobio degebant monachi. Vide adnotationes in librum I Evagrii, cap. XXI. Narrat ibidem historicus, *lauras* incolentium alios nihil proprii habere, nec aurum, nec vestem, nec esculentum; pallio vel tunica, quibus hodie unus induitur, uti postea alium; diu noctuque preces ad Deum fundere, ac per biduum etiam, vel triduum servare jejunium. Alios vero solos includi domiciliis, alios in ignotis terræ latibus, alios in solitudine a sole perusta. Tam ergo eremitis, quam religiosi aliis severioris rigidiorisque instituti, antiqua proposita fuerunt exempla. In excerptis Theodori Lectoris legimus Eudociam misisse Jerosolymis ad Pulcheriam imaginem Deiparæ, ἢ ὁ Ἀπόστολος Λουκᾶς καθίστατο, « quam apostolus Lucas depinxerat. » Florebat Theodorus sæculo VI ineunte. Non est ergo de pingendi arte evangelistæ opinio commentum sero excogitatum. Imaginem illam Pulcheria collocavit in basilica a se ædificata in *Hodegis*, ubi cæci lumen recipiebant. De basilicis autem ab eadem Pulcheria erectis pertractant ipse Theodorus, lib. I, n. 3, et Nicephorus, libro XIV, cap. II. Vide adnot. Valesii ad Theodorum.

² Referta erat hoc sæculo sanctissimis monachis *Capraria* insula maris Tyrreni, inter Corsicam oramque Thuscis. De hac enim insula legitur apud Rutilium Numatianum, qui floruit Honorio Augusto imperante, scripsitque terso stylo et ubere vena ingenii duos *Itinerarii* libros ad Venerium Rufum :

Processu pelagi jam se Capraria tollit,
Squalet lucifugis insula plena viris.

APPENDIX.

EXTERNE RES ATTINGUNTUR.

Quoniam diximus cap. V plura regna hoc sæculo exorta, illorum præcipua commemorabimus. *Augustulum* an. 475 ad imperium fuisse evectum, dejectumque ab *Odoacre* rege Turcilingorum et Herulorum, qui e Pannonia et Norico irruerunt

Ipsi se monachos Graio cognomine dicunt,
Quod soli nullo vivere teste volunt.

Verum tamen est Rutilium christianæ religionis hostem acerrimum illorum monachorum vitam adeo insectari, ut hæc præmissis verbis subjiciat :

Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur.
Quisquam sponte miser, ne miser esse queat.
Quænam perversi rabies tam stulta cerebri,
Dum mala formides, nec bona posse pati?
Sive suas repetunt ex fato ergastula pœnas,
Tristia seu nigro viscera felle tument.
Sic nimis bilis morbum assignavit Homerus
Bellerophontæis sollicitudinibus.

Bellerophontem, cum post varia vitæ discrimina cœlum petere conaretur, inde a Jove excussum equo decidisse in Aleium Lyciæ campum, ubi cæcus erravit, donec periret, fabulæ narrant poetarum.

De Lirinensi autem cœnobio, cujus aliquos incolas doctrina simul et sanctimonia conspicuos laudavimus superiori capite IV, hæc scripsit *C. Sollius Apollinaris Sidonius*, vita functus anno 482, cujus opera studiose collegerunt Joannes Savaron et Jacobus Sirmondus, in carmine eucharistico ad Faustum :

Seu te Lirinus priscum complexa parentem est,
Qua tu jam fractus permagna sæpe quiete
Discipulis servire venis, vixque otia somni,
Vix coctos captare cibos, abstemius ævum
Ducis, et insertis pingis jejunia psalmis,
Fratribus insinuans, quantos illa insula plana
Miserit in cœlum mentes, quæ sancta Caprasi
Vita senis, juvenisque Lupi; quæ gratia patrem
Mansit Honoratum, fuerit quis Maximus ille,
Urbem tu cujus monachusque, antistes et abbas
Bis successor agis, celebrans quoque laudibus illis
Eucherii venientis iter, redeuntis Hilari.

Commendantur itaque hoc carmine a Sidonio Lirinensis monasterii cultores percelebres, expressoque nomine Caprasius, Lupus, Honoratus,

Pacis osculum post consecrationem, et missa Præsantificationum in Parasceve Paschatis quinto sæculo obtinuerunt. Utebantur diaconi ad lævam pallis linostimis, scilicet ex lino et lana contextis. Sanctimonialibus contingere sacratam pallam, et in Ecclesia thus adolere inhibitum fuit. Alternatim psalmi canebantur davidici, repetitis antiphonis. Decantatus itidem dominicis diebus, et in natalitiis sanctorum hymnus angelicus. Suspecti erant erroris manichæorum, qui a sacri calicis abstinebant mysterio. *Lirinenses* monachi, *sabbaitæ*, atque sub Joanne patriarcha jerosolymitano *carmelitæ* fuerunt, prout plerique opinati sunt, instituti ¹.

Tanta fuit monachorum in Capraria et Lirino, seu Lerina, insulis, multitudo et celebritas, ut illustrium quoque poetarum hujus ævi describantur carminibus ².

¹ Ab Eudocia Augusta bis Jerosolymam profecta, nempe anno 438, et post eadem Paulini ejus causa interfecti anno 430, ædificata fuerunt monasteria, quæ *lauras* vocavit. Laura a cœnobio differt, quod istud uno clauditur muro; laura vero habet cellulas longe disjunctas. In laura anachoretæ, in cœnobio degebant monachi. Vide adnotationes in librum I Evagrii, cap. XXI. Narrat ibidem historicus, *lauras* incolentium alios nihil proprii habere, nec aurum, nec vestem, nec esculentum; pallio vel tunica, quibus hodie unus induitur, uti postea alium; diu noctuque preces ad Deum fundere, ac per biduum etiam, vel triduum servare jejunium. Alios vero solos includi domiciliis, alios in ignotis terræ latibulis, alios in solitudine a sole perusta. Tam ergo eremitis, quam religiosi aliis severioris rigidiorisque instituti, antiqua proposita fuerunt exempla. In excerptis Theodori Lectoris legimus Eudociam misisse Jerosolymis ad Pulcheriam imaginem Deiparæ, ἢ ὁ Ἀπόστολος Λουκᾶς καθίστατο, « quam apostolus Lucas depinxerat. » Florebat Theodorus sæculo VI ineunte. Non est ergo de pingendi arte evangelistæ opinio commentum sero excogitatum. Imaginem illam Pulcheria collocavit in basilica a se ædificata in *Hodegis*, ubi cæci lumen recipiebant. De basilicis autem ab eadem Pulcheria erectis pertractant ipse Theodorus, lib. I, n. 3, et Nicephorus, libro XIV, cap. II. Vide adnot. Valesii ad Theodorum.

² Referta erat hoc sæculo sanctissimis monachis *Capraria* insula maris Tyrreni, inter Corsicam oramque Thuscis. De hac enim insula legitur apud Rutilium Numatianum, qui floruit Honorio Augusto imperante, scripsitque terso stylo et ubere vena ingenii duos *Itinerarii* libros ad Venerium Rufum :

Processu pelagi jam se Capraria tollit,
Squalet lucifugis insula plena viris.

APPENDIX.

EXTERNE RES ATTINGUNTUR.

Quoniam diximus cap. V plura regna hoc sæculo exorta, illorum præcipua commemorabimus. *Augustulum* an. 475 ad imperium fuisse evectum, dejectumque ab *Odoacre* rege Turcilingorum et Herulorum, qui e Pannonia et Norico irruerunt

Ipsi se monachos Graio cognomine dicunt,
Quod soli nullo vivere teste volunt.

Verum tamen est Rutilium christianæ religionis hostem acerrimum illorum monachorum vitam adeo insectari, ut hæc præmissis verbis subjiciat :

Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur.
Quisquam sponte miser, ne miser esse queat.
Quænam perversi rabies tam stulta cerebri,
Dum mala formides, nec bona posse pati?
Sive suas repetunt ex fato ergastula pœnas,
Tristia seu nigro viscera felle tument.
Sic nimis bilis morbum assignavit Homerus
Bellerophontæis sollicitudinibus.

Bellerophontem, cum post varia vitæ discrimina cœlum petere conaretur, inde a Jove excussum equo decidisse in Aleium Lyciæ campum, ubi cæcus erravit, donec periret, fabulæ narrant poetarum.

De Lirinensi autem cœnobio, cujus aliquos incolas doctrina simul et sanctimonia conspicuos laudavimus superiori capite IV, hæc scripsit *C. Sollius Apollinaris Sidonius*, vita functus anno 482, cujus opera studiose collegerunt Joannes Savaron et Jacobus Sirmondus, in carmine eucharistico ad Faustum :

Seu te Lirinus priscum complexa parentem est,
Qua tu jam fractus permagna sæpe quiete
Discipulis servire venis, vixque otia somni,
Vix coctos captare cibos, abstemius ævum
Ducis, et insertis pingis jejunia psalmis,
Fratribus insinuans, quantos illa insula plana
Miserit in cœlum mentes, quæ sancta Caprasi
Vita senis, juvenisque Lupi; quæ gratia patrem
Mansit Honoratum, fuerit quis Maximus ille,
Urbem tu cujus monachusque, antistes et abbas
Bis successor agis, celebrans quoque laudibus illis
Eucherii venientis iter, redeuntis Hilari.

Commendantur itaque hoc carmine a Sidonio Lirinensis monasterii cultores percelebres, expressoque nomine Caprasius, Lupus, Honoratus,

in Italiam, narratum est supra. Ab anno itaque 476, *cos.* *Basilisco* et *Armato*, Odoacer iste Italiæ regnum obtinuit. Hunc anno 493 interfecit *Theodoricus*, rex Gothorum, quem superioribus annis Zeno imperator rogaverat, ut ad Italiam liberandam copias conducere. Quare ab anno 493, atque a *Theodorico* supputatur regnum Gothorum italicum.

In Galliis Burgundiones e Meotide egressi palude, duce *Marcomiro* in Franconiam concedentes, regem crearunt anno 420 ipsius *Marcomiri* filium *Faramundum*; huic an. 431 successit *Clodio* Comatus, sive *Crinitus*. Consecuti deinceps regnum anno 449 *Meroveus*, anno 459 *Childericus*, anno 495 *Clodoveus*, qui anno 499 baptizatus est a Remigio, sanctissimo Remensium antistite.

Regnum Vandalorum, qui anno 427 in Mauritaniam trajece- rant, cœpit in Africa an. 439, quo anno *Gensericus* occupavit Carthaginem. Mortuo autem *Genserico* an. 477¹, regnavit *Hunmericus*, et huic vita functo an. 484 successit *Guntabundus*, e vivis sublatus anno 496. Post *Guntabundum* ad annum usque 505 regnum vandalicum administravit *Trasamundus*.

Gothorum regnum in Hispania initium habuit ab *Athaulpho*, qui anno 411 successit *Alarico*, et anno 414 pulsus e Galliis irruit in Hispanias, sed anno proximo jugulatus est *Barcinone*. Regnavit deinde anno 415 *Singericus*, eodem anno interemptus. Huic successit *Wallia*, qui obiit anno 428. Adeptus tunc regnum *Theodoricus*, qui fati cessit anno 451; *Thorismundus* deinde politus regno, proximo anno 452 jugulatur. *Theodori-*

Maximus, Eucherius et Hilarius. Ab Honorato, pristino *Lirini* abjecto nomine *insulam S. Honorati* appellant modo.

Illustrarunt quoque monasticam vitam hoc sæculo *Pinianus* eandem amplexus anno 419, quo tempore in cellulam ad montem Oliveti sese includit *Melania Junior*. Consecrata etiam Deo *Margareta* Antiochena, ex turpissima vita a Nonno, episcopo edesseno, anno 431 ad frugem revocata, et appellata deinde *Pelagia*. Sabbaitæ a sanctissimo viro *Sabba* cognominantur, sub cujus disciplina *Joannes Silentiarius*, aliique plurimi hoc sæculo floruerunt.

¹ Gensericum a capta Carthagine imperasse Vandalis annos 39 tradit lib. I *De bello vandalico* Procopius Cæsarensis.

cus II fratricida et ipse ab *Eurico* ¹ trucidatus est anno 466. Ab hoc anno usque ad an. 485 idem *Euricus* moderatus est regnum. Regnavit postmodum annis 23, id est, usque ad annum 507, filius *Eurici Alaricus*. Fuerunt hi omnes contagione arianæ hæreseos infecti.

Prosequar modo quædam notatu digna, ac primo cædem *Stiliconis*, jussu *Honorii* generi sui anno 404 cum filio *Eucherio* interfecti, quasi affectassent imperium, jugulata etiam conjuge *Stiliconis Severa* ². Obsessa ac direpta fuit Roma anno 409, aut sequenti ³, a Gothis duce *Alarico*, captaque *Placidia* soror *Ho-*

¹ *Evaricum* vulgo appellant.

² Confugerat *Stilico* ad asylum Ecclesiæ, quod ipse temere violaverat, idque etiam exeunte præcedenti sæculo, id est anno 399 *Eutropio* contigit. Ante urbis excidium, detenta ab *Herculiano* annona africana, in Urbe tam dira fames grassata est, ut humanæ carnes laniarentur, matresque comederent parvulos. Legantur *Zosimus* lib. V, et *Hieronymus* in epistola ad *Principiam*. Enituit tunc *Lætæ*, ejusque matris *Passimenæ*, *Probæ* et *Flaviæ Constantiæ* in pauperes liberalitas. De *Herculiani* autem tyrannide, militari apparatu et interitu, vide libro VII, cap. XLII, *Paulum Orosium*.

³ Dixi Romam ab *Alarico* obsidione vallatam, direptamque fuisse anno 409 aut sequenti. Quidam enim cum illustri *Pagio* referendum id putant in annum 409, et in octavum *Honorii* consulatum; quidam vero in consulatum *Fl. Vararis*, et in annum 410, quæ est sententia communior. At sententia *Pagii* comprobatur *Fastis Idatii*, in quibus legitur: « *Honorio* Aug. VIII et *Theodosio* Aug. III *cos.*, *Alaricus* rex Gothorum Romam ingressus. » In *Chronico* etiam *Ivonis Carnotensis* habetur: « Tempore *Innocentii* capta est a Gothis Roma anno D. 409, indiet. 9. » Hæc tamen facile ad concordiam revocantur; nam *Alaricus* anno 409 Romam profectus, imperatorem nominavit *Attalum* præf. Urbis, et vi armisque senatum commovit adversus *Honorium*, ut *Zosimus*, lib. VI, *Orosius*, lib. VII, et *Sozomenus*, libro IX, litteris tradiderunt. Verum consule *Varare*, et anno 410 *Alaricus* Romam cum exercitu rediens occupavit illam, delevitque, et dies excidii hujus fuit, ut inquit auctor *Historiæ miscellæ*, IX kalendas septembris, non, ut ait *Calvisius*, kalendarum aprilium. S. *Hieronymus* cladem urbis commemorans repetebat *Maronis* verba II *Æn.* :

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrymis æquare dolorem?
Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos,
Plurima perque vias sparguntur inertia passim
Corpora, perque domos, et plurima mortis imago.

In maxima nihilominus calamitate hoc religioni christianæ decorum accidit, quod miseris basilicæ Sanctorum, ac præsertim apostolorum *Petri*

norii A., quæ nuptui tradita Athaulpho fratri Alarici, viri in Romanos animum mitigavit, multumque profuit imperio. Anhelante Alarico in Urbis excidium citato anno 409, in Hispanias Alani, Vandali et Suevi irruerunt, quas subinde domitas partiti sunt invicem. Hunni item Italiam vexarunt sub *Attila*, quem Honoria, Valentini soror, ab Eugenio stuprata et expulsa, atque ad Theodosium transmissa anno 434, adversus occidentale imperium, suis oblatiis nuptiis, improbo concitavit consilio. *Attila* vero post multos excursus anno 452 Aquileiam, Ticinum, Mediolanum, urbesque finitimas devastavit. Tunc a plerisque confugientibus ad æstuarium maritimasque paludes condita fertur civitas et respublica Venetorum. Miserrimo exitus anno 433, juxta Cassiodorum, aut anno 454, juxta alios, memoratus *Attila* impurissimam efflavit animam. *Alteram* cladem Romæ attulit anno 455, exercitus Vandalorum sub *Genserico*, qui præda onustus Eudoxiam Valentiniani viduam una cum filiabus abduxit in Africam. Cum barbarorum armis elementa quoque pugnarunt. Etenim anno 447 vehementi terræ concussione corruerunt cum turribus 57 muri Constantinopolis, diraque subsequuta est ex aeris infectione contagio. Romæ anno 467, dum *Lupercalia* celebrarentur, pestis ingens irrupit. Vesuvium an. 472 tantam emisit copiam flammarum, ut maxima pars Europæ obscurata fuerit caligine, hujusque incendii in urbe constantinopolitana quotannis innovaretur memoria. In ipsa Constantinopolis civitate anno 476 consumpta est igne bibliotheca cum centum viginti millibus librorum, inter quos erant Homeri opera, aureis scripta litteris in membranaceo intestino serpentis pedum geometricorum 420, narrante Zonara.

Chronologicum opus exararunt quinto sæculo *Panodorus* et *Anianus*, monachi Ægyptii, de quibus Georgius Syncellus et Scaliger in *Animadversionibus eusebianis*, prætermissi superiori cap. iv¹. *Philostorgius* hæreticus eunomianus elucu-

et Pauli præbuerunt asylum, quod in libro I *De civitate Dei* explicat ornatissime S. P. Augustinus.

¹ In pretio fuerunt sub Arcadio Theodosii M. filio, sæculo nimirum V ineunte.

bravit historiam, qua arianos extollit, et conviciis proscindit catholicos, *caput Deo invisum*, ut appellat Nicephorus¹. A Suida laudatur *Timotheus Gazæus* grammaticus, ab Evagrio sæpe numero *Joannes* rhetor, historicus, quem Vossius confundit cum Joanne Epiphaniensi, qui floruit imperante Justino Seniore proximo sæculo. *Claudius Rutilius Numatianus* carmine eleganti scripsit *Itinerarium*, odium spirans religionis judaicæ et christianæ; cædem pariter Stiliconis ac Romam captam ab Alarico metro descripsit. Vossius et Scaliger eruditum quidem, sed barbarum vocant *Martianum Capellam* Carthaginensem², qui versibus simul et prosa scripsit septem libros *De nuptiis Philologix*³. Historiarum libros XXII *Sylvæ* titulo ad Theodosium Juniorem scripsit *Olympiodorus* Thebanus, et sex pariter

¹ In Historia *Philostorgii*, a Photio in compendium redacta, innumera occurrunt mendacia. Ait enim lib. I, n. 3, Arium suffragia, quæ in eum protendebant, ut eligeretur patriarcha alexandrinus, sponte in Alexandrum transtulisse. Lib. II Constantinum litteris quaquaversum missis reprobasse vocem *consubstantialis*, et fidem *dissimilis substantiæ* confirmasse; eundem Constantinum in pœnam cædis illatæ Crispo a fratribus veneno fuisse necatum; Indos ab apostolo Bartholomæo imbutos Christi fide profiteri dissimilem Filii substantiam; Agapeto ejusdem hæresis sectatori maxima adscribit miracula; ait christianos imagini Constantini supra porphyreticam columnam positæ sacrificia obtulisse. Libro III Aetium hæreticum impense laudat, et num. 13 jactat ei divinitus datum, ut in disputationibus a nemine vinceretur; addit infantissimos demonstrasse Basilium Ancyranum et Eustachium Sebastie episcopum disserentes *de consubstantiali*. Num. 22 Constantem a Magnentio tyranno fuisse occisum ob studium erga Athanasium. Ait libro IV, num. 10, synodum nicomediensem terræmotu dissipatam, concussa Ecclesia, in qua congregati Patres nicænam fidem confirmare putabant. Sequenti num. 11 Basilium Magnum, lib. VII, num. 2, Georgium pseudoepiscopum alexandrinum, eosque qui cum Aetio sentiebant, a gentilibus fuisse peremptos consilio Athanasii, permoti aviditate illius sedis recuperandæ. Studet ubique adornare Eunomii et sectatorum ejus vindicias. Atque ex iis quæ ex multis selegimus, constat quam fidem promeretur historicus ille, *consubstantialis* hostis infensissimus et mendacissimus.

² Ita quidem multi, at *Madaurensis* fuisse puto.

³ Sedente in cathedra alexandrina S. Cyrillo, miserrime obruncata fuit *Hypatia* filia Theonis, scholæ platonice moderatrix, quæ plura scripsit commemorata a Suida, habuitque discipulos plurimos, inter quos Synesius Cyrenæus. Videsis Socratem, lib. VII, cap. xv, Nicephorum Callistum, lib. XIV, cap. xvi, et Ægidium Menagium, in *Hist. mulierum philosopharum*.

libros *Zosimus Comes*, latine versos a Leunclavio, uterque addictus superstitioni gentilium et christianorum principum suggillator. Desinente hoc sæculo celebris erat fama *Procli* Lycii philosophi, et scholiastis dialogorum Platonis¹, necnon *Hesy-chii* Alexandrini grammatici, quem licet Julius Scaliger dixerit ineptum ac sutilem, Salmasius tamen, Tanaquillus Faber et alii jure vocant *Glossographorum* facile principem.

¹ *Proclus Lycius* post Porphyrium scripsit adversus christianos. Fuit discipulus et in schola atheniensi successor Syriani, obiitque Athenis anno Chr. 485. Vide *Procli Vitam* editam a Joanne Alberto Fabricio.

SEXTUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

ROMANORUM PONTIFICUM SERIES PRODUCITUR.

Post Symmachum, quem rebus exemptum humanis anno 514 diximus paulo supra, romanam gubernarunt Ecclesiam sexto sæculo *Hormisdas*, *Joannes I*, *Felix IV*, *Bonifacius II*, *Joannes II*, *Agapitus I*, *Silverius*, *Vigilius*, *Pelagius I*, *Joannes III*, *Benedictus I*, *Pelagius II* et *Gregorius Magnus*.

LIV. Ubi e vivis excessit Symmachus, *Magno Cassiodoro consule*, an. 514, inauguratus est pontifex *Hormisdas*, Campanus genere, patria Frusinone. Sublatum ejus opera Acacii schisma; controversiam *de uno e Trinitate in carne passo*, a monachis scythis excitatam¹ ob novitatem doctrinae, et ne ab eutychnianis in malam partem traheretur, studuit compescere; atque adversus *Faustum Reiensem* confirmavit quæ de gratia et libero arbitrio tradiderat Augustinus. Novem expleverat pontificatus sui annos quum decessit cum sanctitatis odore *coss. Anicio Maximo*, id est, anno 523, VIII idus augusti².

LV. Demandatum post *Hormisdam* Ecclesiae romanæ regimen *S. Joanni I*, natione Etrusco³. Is a *Theodorico* rege legatus Constantinopolim ad imperatorem *Justinum*, novo et illustri

¹ Plura de monachis scythis *Norisius* noster lib. II *H. P.*, c. XVIII, in dissert. *De uno ex Trinitate in carne passo*, atque in *Apologia* pro iisdem monachis scripta.

² *Chronologia* *Pagii* nostræ in hoc sexto sæculo non adversatur.

³ Multi *Senensem* appellant. Vide pag. 137 *Sandinum*. *Joannis* ad *Justinum* imp. legatio consignatur in *Chronico* *Marcellini*, *coss. Philoxeno* et *Anicio Probo Juniore*, id est, anno 523. Decessit *Ravennæ*. Vide *Gregorium Magnum*, lib. III *Dialogorum*.

libros *Zosimus Comes*, latine versos a Leunclavio, uterque addictus superstitioni gentilium et christianorum principum suggillator. Desinente hoc sæculo celebris erat fama *Procli* Lycii philosophi, et scholiastis dialogorum Platonis¹, necnon *Hesy-chii* Alexandrini grammatici, quem licet Julius Scaliger dixerit ineptum ac sutilem, Salmasius tamen, Tanaquillus Faber et alii jure vocant *Glossographorum* facile principem.

¹ *Proclus Lycius* post Porphyrium scripsit adversus christianos. Fuit discipulus et in schola atheniensi successor Syriani, obiitque Athenis anno Chr. 485. Vide *Procli Vitam* editam a Joanne Alberto Fabricio.

SEXTUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

ROMANORUM PONTIFICUM SERIES PRODUCITUR.

Post Symmachum, quem rebus exemptum humanis anno 514 diximus paulo supra, romanam gubernarunt Ecclesiam sexto sæculo *Hormisdas*, *Joannes I*, *Felix IV*, *Bonifacius II*, *Joannes II*, *Agapitus I*, *Silverius*, *Vigilius*, *Pelagius I*, *Joannes III*, *Benedictus I*, *Pelagius II* et *Gregorius Magnus*.

LIV. Ubi e vivis excessit Symmachus, *Magno Cassiodoro consule*, an. 514, inauguratus est pontifex *Hormisdas*, Campanus genere, patria Frusinone. Sublatum ejus opera Acacii schisma; controversiam *de uno e Trinitate in carne passo*, a monachis scythis excitatam¹ ob novitatem doctrinae, et ne ab eutychnianis in malam partem traheretur, studuit compescere; atque adversus *Faustum Reiensem* confirmavit quæ de gratia et libero arbitrio tradiderat Augustinus. Novem expleverat pontificatus sui annos quum decessit cum sanctitatis odore *coss. Anicio Maximo*, id est, anno 523, VIII idus augusti².

LV. Demandatum post *Hormisdam* Ecclesiae romanæ regimen *S. Joanni I*, natione Etrusco³. Is a *Theodorico* rege legatus Constantinopolim ad imperatorem *Justinum*, novo et illustri

¹ Plura de monachis scythis *Norisius* noster lib. II *H. P.*, c. XVIII, in dissert. *De uno ex Trinitate in carne passo*, atque in *Apologia* pro iisdem monachis scripta.

² *Chronologia* *Pagii* nostræ in hoc sexto sæculo non adversatur.

³ Multi *Senensem* appellant. Vide pag. 137 *Sandinum*. *Joannis* ad *Justinum* imp. legatio consignatur in *Chronico* *Marcellini*, *coss. Philoxeno* et *Anicio Probo Juniore*, id est, anno 523. Decessit *Ravennæ*. Vide *Gregorium Magnum*, lib. III *Dialogorum*.

exemplo eundem corona et augustalibus insignibus decoravit, ac multis patris miraculis in Italiam redux carceri a Theodoro, quoniam nil egerat in gratiam arianorum, mancipatus, illic gloriosa morte obiit die 18, aut 27, maii, anno 526, *cons. Anicio Olybrio Juniore*.

LVI. Traditur tum pontificatus *S. Felici IV*, Samniti sive Aprutino, qui ædificata Romæ SS. MM. Cosmæ et Damiani basilica, et in egenos munificentissimus, et maxima præditus simplicitate, mortalem deposuit sarcinam die 18 septembris anno 530, *Lampridio et Oreste cons.*¹

LVII. Electus deinde *Bonifacius II* Romanus, ac simul a Cleri factione *Dioscorus*, quo tamen paucis post diebus extincto, cessavit et schisma. Sed et brevis fuit Bonifacii legitimus episcopatus, nam proximo anno 531 *P. C. Lampadii et Orestis*, seu potius anno 532. *Iterum P. C.* obiit XVII kalendas novembris².

LVIII. Suffectus Bonifacio *Joannes II* e regione Cælii montis, qui naturæ concessit anno 535, *cons. Belisario*, die autem 6 ante kal. julias. Is illam positionem, *unus de Trinitate crucifixus est carne*, quam Hormisdas sensu eutychemo reproba-verat, catholico et nestorianis opposito ratam habuit, inflicto monachis *acæmetis* illam impugnantibus anathemate³.

LIX. Brevior quoque fuit pontificatus *S. Agapiti*; nam ex archidiacono R. E. post Joannem II creatus pontifex Maximus, coactus a Theodoto Gothorum rege adire Constantinopolim, illic deposito Anthimo Trapezuntino eutychemo⁴, rebusque

¹ Ignoro cur *Felicem IV* omiserit lib. II Papirius Massonus.

² Hunc Bonifacium in epistola ad Joannem II, ejus successorem, appellavit *sanctissimum papam* Athalaricus rex gothicus, cujus litteræ extant apud Cassiodorum lib. VIII.

³ Ἀχομῆτοι, *acæmeti*, dicti sunt quasi *insomnes*, quod in eorum cœnobis nulla hora cessaretur a Dei laudibus. Agunt de his Theodorus Lector, Evagrius, Theophanes, Cedrenus; achimitenses vocat Liberatus diaconus in *Breviario* cap. XVIII. Vide Glossarium Caroli Du Fresne.

⁴ Loco *Anthimi* constantinopolitanum antistitem ordinavit *Mennam*, repugnante licet Theodora Justiniani conjugē. *Mennam* sedisse post Epiphanium falso scribit Evagrius lib. IV, cap. XXXVI. Quanto studio humaniores litteras Agapitus prosequeretur, præfatione ad libros divinarum Institutionum tradit Cassiodorus.

Ecclesiæ compositis, e vita migravit V kalendas maias anno 536 *P. C. Belisarii*, primo pontificatus anno nondum exacto.

LX. Audita Agapiti morte, electus est papa Hormisdæ filius *Sylverius*, a Vigilio diacono Agapiti, qui Theodoræ Augustæ eutychemæ et Belisarii favore sperabat consequi honorem sacerdotii supremum, accusatus quasi Gothis spondisset traditurum se urbem, primum in Pataram Lyciæ, deinde in insulam Palmariam fuit relegatus, jura interim summi sacerdotii invadente *Vigilio*. Ea in insula S. Sylverius inedia consumptus est, ut inquit Liberatus, vel potius ferro necatus ab Eugenio famulo Antoninæ uxoris Belisarii, ut tradit Procopius Cæsariensis. Coronatus est autem martyrio XII kal. julias anno 540, *Justino Juniore cons.*, sive *P. C. Paulini VI*.

LXI. Tunc ergo romanus clerus ductus pacis studio et formidans Belisarii potentiam, consensit in electionem *Vigilii*, atque is saniore consilio obstitit Theodoræ, anathema in eutychemos et in acephalos innovavit, chalcedonensem confirmavit synodum, et Romam rediens e Constantinopoli *tribus Capitulis* damnatis et approbata synodo V, qua in re diu animo fluctuaverat, in Sicilia interiit ex calculorum dolore, anno ær. v. 555, et legitimi pontificatus 16, IV idus januarias, *P. C. Basilii XIV*.

LXII. Pelagius romanæ Ecclesiæ diaconus post *Vigilium* tenuit pontificatum annis fere quinque. Ob *trium Capitulorum* controversiam nondum sopitam, et quoniam credebatur auctor malorum, quæ *Vigilius* Constantinopoli fuerat perpessus, adeo invisus initio fuit, ut in tota Italia tres episcopi, qui ejus consecrationi adessent, minime invenirentur. Adlaborandum itaque illi fuit, pro V synodi auctoritate et proscriptione prædictorum *Capitulorum*, quod præstitit inviete, prudenterque. Supremus illi dies *P. C. Basilii XX*, scilicet, anno 560, VI nonas martias.

LXIII. Rexit deinde romanam Ecclesiam annis fere 13 *Joannes III*, cognomine *Catelinus*¹, de mortali vita sublatus,

¹ Evagrius, lib. IV, cap. XXXIX, errat, scribens Joannem successisse *Vigilio*, cui successit Pelagius.

cum fuisset synodi V acerrimus propugnator, anno 573, III idus julii. Fasti coss. desinunt anno 566, P. C. Basilii XXV.

LXIV. Christianæ reipublicæ post Joannem præfuit *Benedictus I*, appellatus quoque *Bonosus*, sed electus anno 574, III nonas junias. Interpontificium ortum est ex perturbata irruptionibus Langobardorum Italia. Benedictus vestigiis decessorum insistens confirmavit synodum V, obiitque post quatuor regiminis annos III kalendas augusti, anno 578¹.

LXV. Inauguratus deinde pontifex *Pelagius II*, qui sedit ultra annos 11, extinctus inguinum morbo, anno 590, VI idus februarias, postquam adversantes synodo V represserat et acta Joannis C. P. se audacter *episcopum universalem* nominantis cassaverat.

LXVI. Gregorius *Magnus* senatorio genere ortus, Pelagio subrogatur invitus, monachus juxta Baronium S. Equitii, nulli addictus regulæ juxta Thomassinum, instituti autem S. Benedicti juxta Mabillonium, et alios. Claruisse Gregorium cunctorum meritorum perfectione, S. Idelphonsus testatur. Sanctitatem Antonii, Cypriani eloquentiam et sapientiam Augustini dicitur consecutus. Ipsius in divinæ Scripturæ libros amplissima commentaria, Dialogorum libri XXXV, Moralium IV et Epistolarum XII, doctrinam, pietatem et ecclesiasticæ disciplinæ studium undique spirant. Liturgiam, ritusque ecclesiasticos explicavit atque direxit; contra jactantiam episcopi C. P. se, ut diximus, appellantis *universalem*, sive *œcumenicum*, usurpavit omnium primus humilem titulum *Servi servorum Dei*. Ultra annos 13 gubernavit Ecclesiam, perpetuæ gloriæ assecutus hæreditatem IV idus martias, anno communis æræ 604.

PATRIARCHARUM NOMINA.

Sederunt Alexandria post Joannem Talaïam *Paulus*, *Zoilus*, *S. Apollinaris*, *Joannes*, *S. Eulogius*; Antiochiæ post Paladium *Flavianus*, *Severus*, *Paulus*, *Euphrasius*, *Euphremius*, *Domnus*,

¹ Anno 578 inauguratum fuisse pontificem Maximum Pelagium II, demonstrat Norisius in dissert. *De synodo V*, cap. IX, § 4. Baronius id referendum putavit ad annum 577. Panvinius vero, Sigonius et Holstenius ad annum 579.

Anastasius, *Gregorius*; Jerosolymis post Eliam *Joannes III*, *Petrus*, *Macarius II*, *Eustochius*, *Joannes IV* et *Amos*¹.

CAPUT II.

DE CONCILIIS SEXTO SÆCULO CELEBRATIS.

Ad ecclesiasticas causas definiendas, ad extirpandas hæreses et ad reformandam disciplinam, plura hoc sæculo congregata fuerunt concilia. Ad primam pertinent classem quatuor *romana* an. 501 et seq., in quibus Symmachus a factione Lau-

¹ *Macarius* Jerosolymorum episcopus, et Petri successor e propria sede, imperante Justiniano, dejectus est anno 548, quamvis Theophanes id referat ad principatum Justini Junioris. Vide notas Valesii et adjectas adnotationes *Variorum* in Evagrii caput tricesimum septimum libri quarti *Ecclesiasticæ historiæ*. Exturbatus est *Macarius*, « propterea quod Origenis dogmata asserere dicebatur, » inquit ibidem Evagrius. Ordinatus in ejus locum *Eustochius*, qui post synodum V, cum expellere niteretur origenistas, adversarium autem haberet *Theodorum* Cappadocem acceptum imperatori Justiniano (a quo Theodoro intentatam *de tribus Capitulis* controversiam præmoneo in not. ad cap. II), etiam ipse a propria sede exturbatus est. *Joannes* subrogatus fuit *Eustochio*, sed post restitutum in sedem suam *Macarium*, quod juxta Victorem Turonensem in Chronico contigit imperante Justino Juniore, juxta Theophanem vero extremis Justiniani temporibus. Venerabilis Baronius, qui *Macarium* in pristinam sedem restitutum ait ante V synodum constantinopolitanam, aperte adversatur Evagrii libro IV, capite xxxix.

Anastasius, quem inter patriarchas antiochenos laudavimus, tum in divinis humanisque litteris eruditus, tum vivendi ratione moribusque conspicuus, valide impugnans hæresim *aphthardocitarum*, autumantium scilicet corpus Domini, etiam ante resurrectionem, fuisse incorruptibile, non vero capacem naturalium et inculpabilium affectionum, subiit indignationem Justiniani, qui per vim cogere instituit episcopos universos, ut hæresim illam, in quam ipse fuerat prolapsus, amplecterentur. Sed contra evenit. Omnes enim antistites adhæserunt *Anastasio*, qui imperterriti animo contradixit imperatori, misso ad illum scripto demonstrans corpus Domini, antequam revixisset, fuisse obnoxium naturalibus perpeccionibus, quæ in reprehensionem non cadunt. Idem *Anastasius* docuit in *Oratione* ad Antiochenos, necnon in Epistola ad monachos degentes in Syria. Migrasse Justinianum ex hac vita, invisibili percussus plaga, dum adversus *Anastasio*, aliosque sacerdotes huic assentientes, dictaret deportationis sententiam, refert postremo capite libri quarti prælaudatus Evagrius Scholasticus. Expulit quoque imperator e sede regniæ urbis C. P. *Eutychium* ejusdem hæresis *aphthardocitarum* strenuum impugnatores.

rentii adulterii, aliorumque criminum accusatus, seipsum purgavit; in postremo autem anni 504, anathemati subjecti fuere cuncti bonorum Ecclesiæ invasores. In *constantinopolitano* anni 518, nomina S. Leonis Magni et Euphemii ac Macedonii episcoporum ejusdem urbis, fuerunt sacris diptychis restituta¹. Romanæ et constantinopolitanæ Ecclesiæ concordia sancita fuit in *romano* Hormisdæ ejusdem anni 518. In altero concilio C. P. amotus est ab omni ecclesiastico ministerio Stephanus episcopus Larissæ et metropolita Thessaliæ, eo quod sibi pontificium jus vendicasset, non expectato episcopi C. P. consensu. Verum Stephani causa eodem anno, qui fuit ær. v. 534, discussa iterum est in concilio *romano*, cum ecclesiæ Illyrici ad jura spectarent apostolicæ Sedis. In *parisiensi* anno 551, depositus est Saffaracus episcopus ejusdem urbis, gravissimi convictus criminis, illique suffectus Eusebius. Emerius item contra canones ordinatus episcopus *Santonensis*, anno 563, amotus fuit decreto concilii in Gallia Aquitanica congregati. Depositi item in *parisiensi* anno 573. Promotus Carnotensis, sede Pap-

Id contigit juxta Baronium anno 564, quem Valesius notis ad Evagrium ait fuisse ultimum annum imperii Justiniani. Hunc autem obiisse anno 565, die 14 novembris, præeuntibus viris doctissimis, nullus dubito. Eutychie vitam eleganti stylo conscripsit illius discipulus *Eustachius*. Fuit Eutychie successor in episcopatu constantinopolitano *Mennæ*, qui ejecto Anthimo antistes creatus est anno 536, et migravit ad superos an. 532. Colitur autem ejus memoria in Menologio Græcorum et in Martyrologio romano die vigesima quinta augusti.

¹ Diptycha, Δίπτυχα, *plicatiles*, sive *duplicatæ tabellæ*, in quibus sanctorum præsulum nomina descripta inter missarum solemnias ad illorum laudem et aliorum exemplum palam recitabantur. Eburneæ interdum tabellæ ipsæ erant; unde lib. X *Poem. de S. Martino* ait Venantius Fortunatus:

Nomina vestra legat patriarchis, atque prophetis,
Cui hodie in templo diptychus ebur edit.

Tria fuerunt *Diptychorum* ecclesiasticorum genera, nempe episcoporum, viventium fidelium, et mortuorum in Ecclesiæ communione. Pertractant de his card. Bona lib. II, cap. II, alique agentes de ritibus ecclesiasticis. Ac fuerunt quoque *Diptycha* consulum, quæstorum, aliorumque majori aliquo magistratu fungentium; de quibus Codex Theodosianus, Themistius, Symmachus, alii. Tabellæ item, quibus proci suos describebant amores, dictæ a Juvenali Sat. IX, « blandæ, assiduæ, densæque, » diptychæ a veteribus vocabantur, quoniam duobus constabant operimentis.

polo adjudicata, et anno 579 in *cabillonensi* Salonius Sagittarius, antistes provinciæ narbonensis, ob crimen læsæ majestatis. Contra absoluti fuerunt anno 587 in synodo C. P. Gregorius episcopus antiochenus falso accusatus incestus, atque in *romana* anni 595 Joannes presbyter chalcedonensis, infamatus de hæresi; atque hæc tantum de conciliis, in quibus causæ ecclesiasticorum virorum fuerunt discussæ.

Nam de synodis ad hæreses eliminandas coactis agendum est modo. *Illyrici* itaque et Græciæ antistites anno 515, synodali congressu, a thessalonicensi, suo licet metropolitano, communicante cum Timotheo C. P., discedentes eutychieam damnarunt hæresim, et cum romana Ecclesia se penitus consentire professi sunt. Africani PP. qui anno 507 in synodo *byzacena* provinciæ proconsularis contra Trasamundi ariani regis edicta statuerant episcopos viduis Ecclesiis præficere, exules in *Sardinia* anno 521 aliam synodum celebrarunt, pelagiana dogmata circa gratiam et liberum arbitrium refutantes. Semipelagiani vero in synodo *araisicana*, sedente Romæ Felice IV anno 529, expressius quam antea fuerunt proscripti. Confirmata araisicani concilii decreta anno proximo in synodo Galliæ Viennensis *Valentina*. Hæreses omnes, ac præsertim priscillianistarum, confixit anno 563 concilium *bracarense* in Hispania Tarraconensi.

Pugnatum vero vehementius pro auctoritate synodi chalcedonensis, et Eutychetis atque Nestorii damnatis hæresibus eradicanis. Confirmata prædicta synodus anno 518 in concilio C. P., Severo, aliisque adversantibus communionem privatis. Rursus eodem anno in synodo *tyria* synodus chalcedonensis fuit approbata. *Romæ* autem anno 532 synodo Joannis II *acemetæ* monachi damnati fuerunt, *unum de Trinitate passum* sensu nestoriano negantes. Anthimus, Severus, alique acephali nova excitantes dissidia rursus synodo C. P. anno 536 fuere compressi. Disceptatum de *tribus Capitulis*, id est scriptis Theodori Mopsuesteni, Theodreti contra Cyrillum, et Ibæ Edesseni epistola ad Marim Persam, in concilio C. P. anno 547. De Theodoro pertractatum est singillatim in synodo *mopsuestena*

anno 550. Damnata demum *tria Capitula* in *constantinopolitana II*, et œcumenica synodo *quinta* communiter appellata, in qua et Origenis proscripti fuerunt errores, et iterum confirmatum concilium chalcedonense. Huic synodo V anno 552 congregatæ ab imp. Justiniano, episcopi 155 interfuerunt. Et quamvis Vigilius papa, veritus ne *trium Capitulorum* damnatione¹, quam urgebant eutychediani et acephali, ut elevarent prælaudatum chalcedonense concilium, a quo causam Nestorii non recte dijudicatam fuisse autumabant, quoniam Theodoretum et Ibam in communionem receperat, quamvis Vigilius, inquam, veritus ne *trium Capitulorum* damnatione eutychediana hæresis extolleretur, initio ipsi *quintæ synodo* obsisteret; re tamen discussa illam *Constituto* confirmavit; quemadmodum fecerunt subsequenti pontifices, de quibus cap. præcedenti. Quare modo de auctoritate *quintæ synodi* nefas est hæsitare.

Commemorandum nunc esset concilium *aquileiense* eodem anno 553 post synodum V coactum, in quo eadem synodus V fuit reprobata, quod videretur episcopis occidentalibus compluribus, ob rationem, quam nuper attigimus, contraria chalcedonensi; unde episcopi Veneti, Istriæ et Liguriæ se ab apostolicæ Sedis communione diuturno schismate segregarunt. Sed hujus concilii, quemadmodum et in illyrico antea celebrati anno 550 pro defensione *trium Capitulorum*, constat nullam

¹ Acerrima de *tribus Capitulis* controversia exagitari cœpit circa an. 546. Eam primum excitavit Theodorus episcopus Cæsariensis in Cappadocia, ut errores origenistarum repullulantes in Palæstina eximeret a damnatione, accusando Theodoretum, quod patrocinatus Nestorio laccessisset scriptis S. Cyrillum Alexandrinum, Theodorum Mopsuestenum, quoniam hæresi nestorianæ viam aperuerat, et Ibam Edessenum, quia in sua ad Marin Persam epistola eundem Theodorum Mopsuestenum cum laude commemorasset. Hinc fraudem Theodori Cappadocis Justinianus imperator non suspicatus, omnium primus cum origenistis in proscriptionem trium illorum *Capitulorum* intendit animum. Quamobrem Vigilius romanus pontifex diu ea in causa hæsitans, fideique christianæ pericula metuens, non levis animi inconstantia peccavit, ut quidam scripsere, sed caute prudenterque se gessit. Ipsius Vigili *Constitutum*, quo tandem approbavit synodum V, eruit e tenebris eruditissimus Balutius. Extat etiam de hac re Vigili epistola græco-latina apud Cl. Petrum de Marcu. Plura in dissertatione historica de *V synodo* Henricus cardinalis Norisius.

habendam esse rationem. Hujus est generis synodus episcoporum, qui romanæ Sedi in damnatione trium Capitulorum, ut nuper dicebam, refragabantur, coacta apud Gradum anno 579, a qua synodo metropolitana sedes Aquileia Gradum translata fuit; unde patriarchæ *aquileienses* et *gradenses* deinceps sunt appellati¹. Multo minus laudanda est synodus 80 episcoporum eutychedianorum habita contra concilium chalcedonense anno 512 in *Palæstina*, quam synodum Marcellinus in Chronico vocat « infamem et irridendam. » Reliqua itaque concilia breviter sunt recensenda.

Pro disciplina itaque ecclesiastica indictæ synodi istæ fuerunt: *agathensis* anno 506, *aurelianensis* anno 511, *tarraconensis* anno 616, *gerundensis* anno 517, *ilerdensis* anno 524, *toletana* anno 527, *vasensis* anno 529, *aurelianensis* anno 533 et anno 538, *barcinonensis* anno 540, *turonensis* anno 567, *bracarenensis* anno 572, *matisconensis* anno 581, *narbonensis* 589, *cæsarAugustana* 592 et *barcinonensis* altera anno 599. Aliquas si forte omisimus, supervacaneum est numerare.

CAPUT III.

HÆRESSES SEXTI SÆCULI ENUMERANTUR.

Paucis caput istud absolvitur, nam exortæ hoc sæculo hæreses germina fuerunt eutychedianæ, si errorem excipias mona-

¹ Patriarchatum *gradensem* Venetias transtulit summus pontifex Nicolaus V anno 1447, non autem, ut legitur apud Baronium, Leo IX anno 1050. Fuit vero primus Venetorum patriarcha S. Laurentius Justinianus. E patriarchatu autem aquileiensi a Benedicto XIV duo constituti sunt archiepiscopatus, unus in civitate *Utini* provinciæ Fori Julii metropoli, et post eversam aquileiam sede patriarchatus. Alter *Goritix* inter Alpes sinumque tergestinum, in dominio austriaco, quatuor ab Aquileia leucis. Præclusus est hac divisione facta anno 1752 aditus dissidiis, non semel inter Austriacos Venetosque subortis, vel ob inaugurationem, vel ob visitationem patriarcharum. Condecorarunt vero episcopatum aquileiensem olim sanctissimi antistites, *Hermagoras*, *Hilarius*, *Quirinus*, *Chromatius*, *Niceas*; et posteaquam sedes illa obtinuit jura patriarchatus, quod contigit anno 603, gradensi et aquileiensi sede in unam coeuntibus, et singillatim aquileiensi anno 719, sedente in Petri cathedra Gregorio III, sanctitate ibidem claruerunt *Fridericus* et *Beltrandus*, aliique descripti in *Sacris monumentis* provinciæ Fori Julii ab erudito Patritio Utinensi.

chorum acemetarum, qui negantes unam de Trinitate personam affixam cruci adhærebant Nestorio. Contra quos monachi scythæ asserentes revera *unum de Trinitate passum*, quamvis de iis initio oriretur suspicio, an vocabulorum novitate dogma eutyichianum inveherent, et ab acemetis tanquam eutyichiani traducerentur; catholici tamen declarati sunt a Joanne II, ut dictum est primo capite.

Itaque orta inter eutyichianos et acephalos quæstione, an in unam coeuntibus divina et humana Christi natura, ejus corpus, perinde ac nostrum, corporalibus affectibus esset obnoxium, quidam tale fuisse, nec libere, sed necessitate, asserebant; alii negabant, in antiquam hæresim declinantes, qua Dominum specie tenus passum et mortuum gnostici et marcionitæ traderant. Primi *severiani* a Severo Antiocheno ipsorum duce; secundi, quorum antesignanus fuit Julianus Halicarnassensis, ἀφθαρισδοκίτα, ab ἀφθαρισδοκίτα, *incorruptibilis*, sunt vocati. Nostrates theologi *corrupticolæ* et *incorrupticola* sappelaverunt¹.

Dum quæstio hæc de Christi corpore Alexandria agitaretur, subiit in mentem *Themistio* diacono, uni acephalorum, sicut passionem in corpus, ita ignorantiam in mentem Domini irrepere potuisse, et minime assecutus quod legitur Marci xiii, 32². Illi attribuit diei extremi judicii ignorantiam. Qui in hanc impietatem abierunt, ab auctore *Themistianî*, a dogmate ἀρροῦται, *agnoetæ* dicuntur.

His accessit *Joannes Philiponus*, grammaticus alexandrinus, qui cum eutyichianis unam in Christo asserebat naturam, re-

¹ *Acephali* in isto et in superiori capite memorati, ita appellati sunt quasi sine capite. Nullum enim hæresis suæ agnoscebant auctorem; nam neque Eutyichis doctrinam profitebantur, neque sequebantur fidem catholicæ Ecclesiæ in synodo chalcedonensi confirmatam. Haud male dixeris cum Facundo Hermianensi, libro I pro defensione trium Capit., cap. v, *semieutyichianos*. Fuerunt enim revera *monophysitæ*, ut eo loci notat Cl. Sirmondus, nimirum, unam in Christo statuebant naturam, et rejiciebant prælaudatam chalcedonensem synodum. Agunt de his Leontius, Nicephorus, Liberatus, Ado Viennensis, Isidorus, pluraque concilia commemorata a Du Cangio, v. *Acephali*.

² De die autem illo, vel hora nemo scit, neque angeli in celo, neque Filius, nisi Pater. Similia Mattheus, xxiv, 36.

jecta synodo chalcedonensi; at ne inde cogeretur fateri divinam naturam in tribus personis existentem, fuisse crucifixam et passam, uti asserebant θεοπαχίται, *theopaschitæ*, necessaria connexionione dogmatis eutyichiani, commentus est in Deo sicuti tres hypostases, ita tres adinveniri naturas, quarum una ab aliis distincta in Redemptore substiterit. Hujus sectatores τριθεῖται, *tritheitæ*, sunt appellati¹.

CAPUT IV.

ECCLESIASTICI SÆCULI VI SCRIPTORES.

Nulla sacræ eruditionis pars est, quam scriptis hoc sæculo viri per celebres non exornaverint. Divinos enim libros præter Magnum Gregorium, de quo supra, commentariis explanarunt *Procopius Gazæus*, qui floruit imperante Justino, a Gaza Palæstinæ urbe, in qua fertur Cambyses condidisse thesauros, nomenclaturam sortitus; *Victor Capuanus*, græce et latine doctissimus, cujus fama medio sæculo percrebuit, interpret *Harmoniæ Evangelicæ* Ammonii et auctor *Catenæ* in IV Evangelia e veterum scriptis collectæ; *Bellator* presbyter, amicus Cassiodori, qui circa idem tempus notus erat nominis celebritate, atque in S. Scripturam libros edidit XXXVI temporis injuria deperditos; ac *Primasius* Adrumeti, seu Justinianopolis, in Africa episcopus, qui pariter claruit sedente Romæ Vigilio, epistolarum apostolicarum et Apocalypseos explanator.

Fidei vero orthodoxæ dogmata propugnarunt *Paschasius*

¹ *Joannes Philoponus* non solum *tritheitarum* fuit antesignanus et auctor (nisi mavis cum Assemano tom. II *Biblioth. orientalis* originem hujus hæresis potius referre ad Joannem alterum cognomento *Ascasnagum*), sed erravit quoque circa mortuorum resurrectionem, dogmatizans hæc corpora penitus interire, aliaque a Deo iis fore substituenda. At Philoponi opus *De resurrectione*, de quo Photius cod. 21, deperditum est. Scripsisse contra synodum chalcedonensem et contra Joannem archiepiscopum C. P. SS. Trinitatis assertorem, tradit idem Photius codd. 55 et 75. Verum oppugnavit Procli sententiam de mundi æternitate, sive de mundo ingenito et incorruptibili, vel 18 ipsius Procli adversus christianos Ἐπιχειρήματα. Fuit Philoponus discipulus Ammonii Alexandrini, is vero auditor Procli, inquit Caveus initio sæculi *monotheletici*, id est, VII.

diaconus R. E., factionis tamen laurentianæ, duobus luculentis contra Macedonium libris, vita functus an. 512. *S. Fulgentius Afer*, senatorio ortus genere, ex monacho Ruspensi episcopus, et unus eorum quos in Sardiniam relegavit Trasamundus rex Vandalorum, prædestinationis et gratiæ vindex acerrimus, dominicæ œconomiae, nimirum *Incarnationis*, propugnator clarissimus et arianorum profligator invictus, doctrinæ suæ fideique nostræ scripto traditis monumentis, revocatus ab Hilderico e Sardinia, ad superos abiit anno 533¹. *Joannes Maxentius*, archimandrita monachorum scytharum, qui pontifice Hormisda *unum de Trinitate* passum prædicabat, suam de Christo catholicam professionem exposuit, pugnavit adversus acephalos, et contra nestorianos elucubravit Anathematismos, duosque libros dialogorum. Adde *Ephræmium* Antiochenum, qui floruit sub imp. Justiniano, scriptisque pugnavit pro synodo chalcedonensi et pro Cyrilli Alexandrini doctrina, refutavitque acephalos, atque theopaschitas; *Justinianum* ipsum Augustum, a quo præter Corpus juris civilis laudandum proximo capite, epistolis suis *tria Capitula* perstrinxit, pro chalcedonensi et pro V synodo decertavit, necnon contra errores Origenis promulgavit edicta; *Fulgentium Ferrandum*, S. Fulgentii, de quo paulo supra, discipulum, qui non semel commemoratam controversiam *de uno ex Trinitate passo* circa annum 540, exploso euty-chiano et nestoriano sensu, explanavit; *Facundum* Hermianensem in Africa episcopum, quem, etsi in defensionem *trium Capitulorum* prægrande volumen elaboravit, Cassiodorus tamen appellavit « hæreticorum penetrabili subtilitate destructorem; » *Leandrum* S. Isidori Hispalensis fratrem et Gothorum apostolum, vita functum anno 595, auctorem duorum librorum adversus hæreticorum dogmata et opusculi contra arianorum instituta; *Leontium* Byzantinum desinente sæculo clarum, a quo hæreticorum sectis descriptis, refutati sunt tribus libris nestoriani et euty-chiani, duobus aliis apollinaristæ, necnon solutæ objectiones Severis; et *Heraclianum* episcopum chalce-

¹ Quidam Fulgentii obitum consignant in anno 529. Norisius in anno 534; nonnulli in anno sequenti.

donensem, cujus tamen ætas ambigua est, qui libris XX subvertit omnem impietatem, cunctaque dogmata manichæorum.

Ad hæc permulti de historia fuerunt optime meriti. Etenim ineunte sæculo *Basilus Cilia* presbyter antiochenus, præter libros XVI contra Joannem Scythopolitanum, exaravit historiæ ecclesiasticæ libros tres. *Epiphanius* scholasticus, Italus, in græcis latinisque litteris eruditus, hortante Cassiodoro, circa annum 540 historias Socratis, Sozomeni et Theodoretii latinas fecit, et in unum corpus contexuit. Idem *Cassiodorus*, præter opera alia pretio æstimanda, collectam ab Epiphanio historiam in compendium redegit, ediditque libros XII de rebus gestis Gothorum; ut mittam Chronicum ab Adam usque ad annum 519 incuria nimia contextum. Libros illos de rebus geticis sive Gothorum, summatim comprehendit emendavitque anno 551 *Jornandes* gothicæ gentis, apud Ravennam episcopus, qui et scripsit librum *De regnorum et temporum successione*, ex historia Flori excerptum. Ecclesiasticam historiam conscripsit *Theodorus*, qui anno 518 lector erat Ecclesiæ constantinopolitanæ. De bello persico, de vandalico et de gothico, et Historiam arcanam absolutam anno 562 scripsit *Procopius* Cæsariensis, ad senatoriam dignitatem evecus et Bellisario acceptissimus. *Annales Francorum*, S. Martini virtutes et miracula, gloriam confessorum et martyrum, consignavit litteris *S. Gregorius* Arvernus et turonensis episcopus, cujus beata mors contigit anno 595. Ad hæc usque tempora deduxit libros sex Hist. eccl. *Evagrius* Syrius, cognomento Scholasticus, a synodo nempe ephesina usque ad annum 42 Mauricii. Accessere chronicorum scriptores *S. Dacius* archiepiscopus mediolanensis, qui claruit sub Justino seniore¹; *Marcellinus* comes, cancellarius imperatoris Justiniani. *Victor* episcopus tunonensis in

¹ Chronicon istud annorum sexcentorum asservatur ms. in bibliotheca ambrosiana, non una descriptum manu. At istud videtur Dacio suppositum, tum quia titulus recentior apparet, tum quia progreditur usque ad annum 1067, cum S. Dacius obierit circa annum 535. Periit itaque Chronicum Dacii, et auctor ms. mediolanensis fuit Landolphus, sub cujus nomine illud edidit Ludovicus Antonius Muratori, tom. IV *Script. rerum italicarum*.

Africa, *ob tria Capitula* exilio, carceribusque, ubi circa annum 556 occubuit, sub Juliano afflictus. Alii quoque historica commentaria elucubrarunt, scilicet, *Liberatus* diaconus carthaginensis Breviarium, historiam nestorianam et eutyechianam complectens; *Cyrillus* monachus palæstinus vitas SS. Joannis Silentiarii, Eutymii et Sabbæ abbatum; *Theophanis* Byzantinus res gestas Romanos inter et Persas; *Gildas* natione Britannus Britanniae res, excidium et sanctorum virorum res gestas; et *Eutyechianus* Cilix, pœnitentiam et conversionem S. Theophili.

Insudarunt præterea in colligendo canones et Patrum decreta, *Dionysius Exiguus* monachus Scythæ et abbas romanus, cui et debemus cyclum annorum 97 inchoandum ab anno 527¹. *Martinus* episcopus bracaraensis in Hispania Tarraconensi, vel potius in Lusitania, et *S. Augustinus*, Gregorii Magni discipulus, atque Anglorum apostolus, qui fertur circa sæculi VI finem Cantuariensis, quam regebat Ecclesiæ, ex Patrum regulis collegisse statuta.

Ad formandos quoque mores et religiosorum virorum dirigenda instituta, intenderunt animum bene multi. *S. Cæsarius* e lirinensi monasterio anno 502 ad sedem arelatensem, hinc vero anno 542 evehctus ad beatorum regnum, in virginibus et adolescentibus dirigendis, in tradenda monachis et sanctorum regulis, et fidelibus omnibus edocendis totus incubuit. *S. Simeon Stylites Junior*, qui exactis supra columnam non procul ab Antiochia annis 68 ad cœlestem patriam migravit

¹ Cyclum illum Dionysius condidit superiori anno 526, ut diximus in *Rudin. chronol.*, cap. vii. Progreditur tamen ab anno 527. Vide Petavium lib. XIII *De doctr. temp.* ad annum P. Jul. 5236, Christi 526. Adscivit, reformavitque majorem cyclum victorianum, seu periodum annorum 532, quanquam hujus in suis epistolis Dionysius non meminit. Imo prælaudatus Petavius lib. XII, cap. iii, censet a Dionysio adhibitum dumtaxat cyclum annorum 93 sub *Cyrilli* nomine laudatum. Nos cyclum annorum 47 diximus, præeunte Mariano Scoto ad annum 527. Sed legenda *Historia* cycli dionysiani in lucem edita Wittembergæ anno 1718. Quod certum est, Dionysius, abjecta æra Diocletiani, cycli sui annos computare cœpit a *Domini Incarnatione*, ut diximus capite XII *Chronologiæ*. Cœperunt vero anni supputari a *Christi Nativitate* anno Incarnationis sexcentesimo primo, imperante Mauritio, quemadmodum in Vita romani pontificis *Deusdedit* demonstrat ex Epistolis Gregorii Magni Papirius Masonus.

anno 595, formulas tradidit Dominum ac Deiparam exorandi. Tum regula, tum libro de ordine monasterii, sententiisque pluribus iter ad perfectionem complanavit *S. Benedictus*, monachorum Occidentis patriarcha, vetusta Aniciorum familia ortus, ad eremum Sublaci profectus, inde in Cassinum, ubi anno 543 spiritum cœlo reddidit. Sermones asceticos 87 edidit circa idem tempus *Isaac* natione Syrus, factus ex episcopo urbis Ninives anachorita. *Scalam* paradisi designavit scriptis *Joannes*, ab eremo quem coluit Sinaita, et ab opere edito *Climacus* nuncupatus; Græcis enim scala, seu gradus dicitur *Κλίμαξ*; et *S. Columbanus* ex Hibernia in Burgundiam, hinc in Italiam profectus, bobiense condidit monasterium, cui regulam, institutiones spirituales et pœnitentiale præscripsit.

Denique et poesi stylum exercuere præstantes viri; nam inter opera *Severini Boetii* in areto Ticinensi carcere decollati anno 526¹, habentur libri V *De consolatione philosophiæ*, compositi simul metro et soluta oratione. Inter scripta *S. Ennodii* ticinensis episcopi, vita functi anno 512, extant poemata et epigrammata plura. *Arator* Ligur anno 544 heroico carmine apostolicam descripsit historiam, et *Venantius Fortunatus* Italus, non procul a Tarvisio natus, vergente ad exitum sæculo, poematum libros undecim, quibus varia subjiciuntur carmina, Gregorio Turonensi dicavit. Omni itaque eruditionis genere præfulsit sæculum Ecclesiæ VI.

¹ Severino Boetio patritio et exconsuli fuit lectissima conjux Elpis, cujus Romæ in porticu Vaticano positum epitaphium:

Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,
 Quam procul a patria conjugis egit amor:
 Quo sine mœsta dies, nox anxia, flebilis hora,
 Nec solum caro, sed spiritus unus erat.
 Lux mea non clausa est tali remanente marito,
 Majorique animi parte superstes ero.
 Porticibus sacris jam nunc peregrina quiesco,
 Judicis æterni testificata thronum.
 Nequa manus bustum violet, nisi forte jugalis
 Hæc iterum cupiat jungere membra suis.
 Ut thalami tumulique comes nec morte revellar
 Et socios vitæ nectat uterque cinis.

CAPUT V.

AUGUSTI PRINCIPES, SANCTORUMQUE PERMULTI.

Miserando exitu extincto Anastasio anno 518, imperium commissum *Flavio Anicio Justino* e Thracia, suario jam et bulco; qui cum foret comes excubitorum, collata sibi ab Amanatio spadone magna pecuniæ vi, per quam conciliato exercitu acclamaretur Theocritianus, illam ad comparandam sibi dignitatem adhibuit. Qua aductus Theocritiano contis transfixo et projecto in gurgitem, uxorem suam Lupicinam, nominatam deinde Euphemiam, declaravit augustam, resque catholicorum jovit quam maxime. Ejus enim opera, occidentalem inter et orientalem Ecclesiam, post diurnam separatione cœptam a temporibus Acacii a Felice III communione privati, concordia inita est; arianorum ecclesias jussit ritu catholico consecrari, capitisque damnavit hæreticos, maxime manichæos. Vita functus est anno ætatis suæ 77, imperii 9, ær. v. 527, *consule Mavortio*, kal. augusti ¹.

Superstite Anastasio eutychemiano, pro fide chalconensis synodi trucidati fuere anno 512 monachi maronitæ 301, et

¹ Justinum imperiali diademate coronatum C. P. a romano pontifice Joanne I tradunt cum auctore Libri pontificalis complures historici. Corippus, poeta africanus, lib. II, inquit:

Postquam cuncta videt ritu perfecta priorum
Pontificum summus, plenaque ætate venustus,
Adstantem benedixit eum, cœlique potentem
Exorans dominum, sacro diademate jussit
Augustum sancire caput.

Verum ad Joannem III et ad Justinum juniorem Papius Massonus hæc refert lib. II, pag. 103. Justinus senior, de quo nunc agitur, priorem conjugem *Lupicinam* renunciatus imperator appellavit *Euphemiam*. Hac e vivis sublata, anno 523 aliam duxit, *Theodoram* nomine. Urbes terræmotu dirutas restauravit, Corinthum et Dyrrachium anno 521; Anazarbum vero Ciliciæ secundæ metropolim, dictam postea *Justinopolim*, anno 524. In exilium expulit episcopos arianos, nestorianos et eutychemianos. Justino *Velius* epitaphium istud concinnavit:

Accipit imperium Thrax, armentarius ante
Justinus, frugi Cæsar, obitque pius.

anno 517 *Severus* acephalorum caput, alios plusquam 300 eadem ob causam mactavit in Syria. *Du Nawas* Judæus, Homeritarum in Arabia regulus, expugnata anno 522 urbe Nagran, hujus præsidem *Aretham* cum aliis 340 affecit martyrio, inter quos puerulus annorum quinque cum matre injectus fuit in ignem. *Cabades* item Saraecenorum Persarumque rex ¹, morti tradidit christianorum ingentem numerum; imperante Justino e vita quoque migrarunt anno 520 *S. Avitus* episcopus viennensis, anno 521 *S. Brigitta* monialis in Scotia, et anno 524 sanctus Burgundiæ rex *Sigismundus*.

Adoptaverat Justinus filium sororis suæ *Flavium Justinianum*, qui succedens avunculo imperium tenuit annis fere 39, extinctus ætatis suæ anno 83, Chr. 565, die 14 novembris. Uxor illi fuit Theodora Cyprides, insolens fœmina et eutychemianis addicta. Triboniani, aliorumque JCC. opera perfecit Corpus juris civilis, comprehendens Institutionum libros IV, Pandectarum seu Digestorum L, et Codicis XII. Addidit postea Novellas CLXVIII, Authenticas ἀπὸ ἀδελφῆς nuncupatas. Promulgatus Codex anno 529, Novellæ Constitutiones anno 535, civile bellum, quod paraverant nepotes Anastasii Hypatius, Pompeius et Probus, affectantes tyrannidem, sustulit horum cervicibus amputatis. Per duces Belisarium, Alexandrum, Narsetem Gothos domuit, Persas devicit, romanoque imperio restituit Africam occupatam a Vandalis. Sese controversiis ec-

¹ In persecutione Cabadis, regis Persarum, complures Christi fideles quibus evulsa aut præcisa fuerat lingua, expedite nihilominus et clare loquebantur, Dei nomen magnificantes. Quod in persecutione pariter vandalica, sive africana arianorum, contigisse *Reparato* tradit lib. III Victor Vitensis. Possunt tam mirabili eventui aptari ea verba Prudentii hymno 14, *Περὶ σταθ.*:

Christum loquenti lingua nunquam defuit.
Ne verba quæras quo regantur organo,
Cum prædicatur ipse verborum dator.

Rex item Homeritarum in Arabia factus e christiano Hebræus, permultos fideles, inter quos enituit *S. Arethas*, immanissime trucidavit. Rex ille *Du Nawas* appellabatur; de quo plura in Historia Arabum *Pocockius*, et in Vita Mahumetis *Prideaux*. Contigit Homeritarum persecutio circa annum 70 ante pseudopphetam.

clesiasticis plus forte quam decebat imperatorem immiscuit, quandoque instigante conjuge eutychiana, a recta deflectens¹.

Imperium administrante Justiniano, a Manucha pirata prope Messanam anno 541 necati fuerunt *Placidus* monachus, S. Benedicti discipulus, cum *Flavia* sorore, duobus fratribus, aliisque monachis 30², anno autem 546, sub Totila rege Gothorum abscissum caput *Herculano*, episcopo perusino. Obierunt, eodem imperatore, sanctissimi episcopi *Remigius* Remensis, *Aurelianus* Arelatensis, *Lupus* Lugdunensis, *Medardus* Tornatensis et *Germanus* Capuanus. Incidit in hæc tempora mors prælaudati *Benedicti*, ejusque sororis *Scholasticæ*, *Severiani* abbatis Agaunensis, *Clotildis* Francorum reginæ, necnon anachoreticam vitam agentium, in Palæstina *Cyriaci*, et in Umbria *Isaaci* et *Florenti*.

Imperarunt post Justinianum³ *Justinus Junior*, illius nepos,

¹ In hæresim ἀφροροδοκικῶν prolapsus.

² In Breviario romano consignatur horum martyrium anno 639, III nonas octobris.

³ *Flavius Anicius Justinus* parentem habuit *Vigilantiam*, sororem Justiniani, uxorem vero *Sophiam*, adeo procacem et imperiosam mulierem, ut *Narseti*, qui Italiam regebat, probrose objecerit, idoneum esse dumtaxat ad pensa, cum puellis trahenda in gynæceo. Narses respondisse fertur, orditurum se telam, quam neque ipsa *Sophia*, nec maritus possent extricare, quod fecit vocando in Italiam *Langobardos*. Hos quidam dictos putant a duobus linguæ illorum vocabulis, *lang*, longa, et *bært*, barba; unde *Guntherus* apud *Du Cange* in Glossario :

Dicitur a longis ea Langobardia barbīs :

quidam ita appellatos volunt a propria urbe in ora maris Balthici sita, quam dixerunt *Bardum*, *Bart*; nonnulli a genere quo utebantur armorum, hastis bipennibus simillium; aliqui demum, quod coaluerint ex *Lingonibus* et *Bardiis*, sed hi ad Gallias attinent. Justinum, ut ad illum revertamur, *Curopolatem* vocarunt, quia fuerat prætorii præfectus. Fuit mollis, dissolutus, et deliciis, fœdisque deditus voluptatibus. Pelagiana quoque hæresi infectum aiunt. Ex fastu ac tumore incidit in dementia. Nuncupavit imperatorem comitem excubitorum, suadente *Sophia*, scilicet, *Tiberium* *Constantinum*, cujus illa ardebat amore. Obiit podagra. De *Justino* *Mycillus*, quasi epitaphium condens :

Ingenio, et pietate minor, non tempore tantum

Hic fuit; ast ingens cultor avaritiæ.

Regna sub hoc Longi ceperunt Itala *Bardi*,

Ipse pedum morbo, mentis egenus obit.

Tiberius Constantinus a *Justino* adoptatus, et *Mauricius* *Capadox*, adoptatus a *Tiberio Constantino*. Decessit *Justinus* anno 578, mense octobri, decimo imperii sui anno; *Tib. Constantinus* cum imperasset annis 4, placide obiit *Constantinopoli* anno 582. *Mauricius* vero creatus cæsar hoc anno, die 5 augusti, et die 13 imperator acclamatus, cum imperium tenuisset annis 20, interfectus fuit cum omnibus filiis et propinquis suis a *Phoca* anno 602, exeunte novembri. *Justinus Curopolates* dictus, infectus fuit hæresi pelagianorum, duxitque uxorem *Sophiam*, mulierem adeo truculentam et ambi-

De *Tiberio* autem idem *Mycillus* :

Ast hic divitias regni elargitur egenis,
Erga alios facilis, nec gravis ipse sibi.
Devicit Persas, et successore creato,
Ipse domi placida morte quietus obit.

Successor *Tiberii* fuit *Mauricius*, cui *Tiberii* quoque accessit cognomen. *Cappadox* fuit, sed *Arabisso* oriundus. Parentes habuit *Paulum* et *Joannam* ex vetusta et olim romana familia. Uxor illi *Constantina* filia *Tiberii*. Ex hac suscepit *Theodosium*, aliosque liberos jussu *Phocæ* necatos, filiasque *Anastasiam*, *Theoctistam* et *Cleopatram*, detrusas antea in monasterium, deinde simul cum matre peremptas. Trucidatus est *Chalcedone* anno ætatis suæ 63, *Constantinæ*, natarumque cadavera ad mœnia urbis C. P. sepulta fuerunt in templo S. *Mamantis*, cum epitaphio edito a *Pharasmane*, cubiculario *Justiniani*, qui in campo jacentium corporum sepulturam curavit. Est autem epitaphium illud, quod sequitur :

Hic sita quæ regum (dolor heu!) miseranda duorum

Uxor *Mauricii*, filia *Tiberii*.

Quæ, partu monstrante meo, fœcunda probavi

Multorum esse etiam posse bonum imperium.

Militis huc furor, et populi levis ira maritum,

Me, sobolemque meam sanguinolenta tulit.

Heu mihi! Quid gemiti *Nioben*? Ego mortua spiro,

Aspera continuis saxa rigo lacrymis.

Cladibus haud *Hecube* certet, *Jocasta*que nostris,

Nam levior dolor est; cæsus uterque parens.

Sæve, quid infantes perimis vitæque dolique

Ignaros? Ætas quid dedit illa mali?

Non tibi *Roma* meis jam præbeo frondibus umbras,

Turbine *Threicio* sepultus interii.

Si epitaphium istud tumultu *Constantinæ* et filiarum ejus revera insculptum fuit, ut in *Mauricio* refert *Zonaras*, actum id crediderim extincto *Phoca*.

tiosam, ut ejus causa Narsetes in Italiam accersiverit Langobardos. Cæterum princeps fuit justitiæ studiosus, publicæ tranquillitatis amator. Tiberius Constantinus fuit liberalis ac strenuus, fuditque duobus præliis Persarum copias. At Mauritius, quanquam belli et pacis arte calleret, enormi tamen avaritia et iracundia adeo in se tumultuantes milites concitavit, ut inde Phocas illum opprimendi arripuerit occasionem.

Hac etiam sæculi VI postrema parte in Christi fideles impiorum sæviit immanitas. Etenim anno 580 Visigothorum rex Leowigildus, arianus, in illos insiliit, ægre ferens filium suum *Hermenegildum* ad catholicos accessisse. Ipsum vero *Hermenegildum* anno 589 interfici jussit, quoniam noluit ab ariano antislite recipere communionem. Trucidatus hoc ipso anno orans in templo *Prætextatus*, episcopus rothomagensis, jussu Fredegundis, Franciæ Jezabelis. Angustoritii, seu Pietavii anno 587 ad Agni nuptias evolavit *Radegundes*, regina. Exitum sæculi sanctissimorum episcoporum pretiosa mors decoravit, ut *Theodori* Massiliensis anno 594, *Anastasi* Antiocheni, qui a monte Sinai, ubi antea vitam monasticam egerat, *Sinaita* vocatur, anno 599¹, et *Syagrii* Augustodunensis anno 600. Eodem anno 600 martyrio affectus *Cecharus* lunensis episcopus, cujus sacrum corpus colitur Carrariæ in Etruria mediterranea.

CAPUT VI.

DOCTRINA ET DISCIPLINA SEXTI CHRISTIANI SÆCULI.

Mysteria, quæ objecta sunt fidei nostræ, fuerunt luculentius exposita. Nam ex controversiis hoc sæculo exortis, didicimus ambiguas evitare sententias, ut *unum de Trinitate passum* asserere, non attenda divinitatis substantia, sed assumpta natura hypostaticè unita divinæ. Per hanc vero unionem, non sublata utriusque naturæ proprietate, sed humana ad jura divini Verbi translata, ita idem Verbum dici natum et mortuum

¹ Referunt Annales eccl. ad annum 585 martyrium *S. Alexandri* episcopi fesulani.

secundum carnem, ut in hanc voluntate ejus liberrima impetus passionis, vulnerumque ictus irruerint. Ex intima illa et substantiali unitione in Dei hominis animam, cum plenitudine gratiarum, constat plenissimam scientiam fuisse transfusam. Arausicana II synodo finita est omnis quæstio de gratia, et semipelagianorum error proscriptus.

Sacramentalia, librique liturgici missarum ostendunt celebratam solemnitatem¹. Episcopi in Anglia, et signanter metropolitæ londinensis et eboracensis instituti fuerunt romani pontificis auctoritate. Judicia episcoporum in synodis provincialium fuerunt discussa. Iidem episcopi, qui a clero eligebantur approbante populo, interdum promoti sunt principum auctoritate. Imposita etiam subdiaconis lex cœlibatus². Diaconi 25 ætatis anno, presbyteri 30 ordinabantur. Ecclesiasticis cunctis congruens præscripta est disciplina.

Monasticum ordinem propagarunt viri sanctissimi, *Cæsarius*, *Aurelianus*, *Fructuosus*, *Columbanus* et alii, sed nemo felicius *S. Benedicto*, cujus Ordinis initia referuntur ad annum 529, vel potius 524³. Illius statuta confirmavit anno 595 *S. Gregorius Magnus*.

¹ Institutæ a *S. Gregorio Magno* initio pontificatus sui litanie majores, ut scribit cap. LVII *Micrologus*. Factum id ad avertendam inguinalem luem, romanum populum post inundationem aquarum insolita cæde vexantem. Intellige litanias quæ celebrantur VII kal. maias; nam quæ habentur in tribus feriis ante Ascensionem Domini, auctorem habuerunt sæc. VIII Leonem III, ad universam Ecclesiam extendentem Rogationes, quas pro Ecclesia sua instituerat *Mamertus*, episcopus viennensis.

² Indictam a *Pelagio II* subdiaconis Siciliæ continentie legem scribit ad annum 588 *Baronius*. Idem constat ex epistolis *S. Gregorii Magni* ad *Petrum* subdiaconum et ad *Leonem* episcopum catanensem. Ab ea lege, quæ tamen in romana Ecclesia vetusto more servabatur, subdiaconatus cœpit inter majores ordines recenseri, non tamen ubique. Vide *Lupum* p. 4 in synodos, dissert. I, præmiali, cap. III.

³ *S. Benedictum* natum anno Chr. 480, *Zenonis* imp. 7, et *Odoacris* regis 5, mortuum vero anno 543, ætatis suæ 63, *Leo Ostiensis* aliique testantur. Propagavit in Galliis monasticum *S. Benedicti* institutum *S. Maurus* ejus discipulus. Ab isto cognomen sumpsit celeberrima ejusdem ordinis congregatio, de litterarum restauratione et incremento maxime sollicita, atque optime merita. Migravit autem *S. Maurus* abbas ad superos anno 565.

tiosam, ut ejus causa Narsetes in Italiam accersiverit Langobardos. Cæterum princeps fuit justitiæ studiosus, publicæ tranquillitatis amator. Tiberius Constantinus fuit liberalis ac strenuus, fuditque duobus præliis Persarum copias. At Mauritius, quanquam belli et pacis arte calleret, enormi tamen avaritia et iracundia adeo in se tumultuantes milites concitavit, ut inde Phocas illum opprimendi arripuerit occasionem.

Hac etiam sæculi VI postrema parte in Christi fideles impiorum sæviit immanitas. Etenim anno 580 Visigothorum rex Leowigildus, arianus, in illos insiliit, ægre ferens filium suum *Hermenegildum* ad catholicos accessisse. Ipsum vero *Hermenegildum* anno 589 interfici jussit, quoniam noluit ab ariano antislite recipere communionem. Trucidatus hoc ipso anno orans in templo *Prætextatus*, episcopus rothomagensis, jussu Fredegundis, Franciæ Jezabelis. Angustoritii, seu Pietavii anno 587 ad Agni nuptias evolavit *Radegundes*, regina. Exitum sæculi sanctissimorum episcoporum pretiosa mors decoravit, ut *Theodori* Massiliensis anno 594, *Anastasii* Antiocheni, qui a monte Sinai, ubi antea vitam monasticam egerat, *Sinaita* vocatur, anno 599¹, et *Syagrii* Augustodunensis anno 600. Eodem anno 600 martyrio affectus *Cecharus* lunensis episcopus, cujus sacrum corpus colitur Carrariæ in Etruria mediterranea.

CAPUT VI.

DOCTRINA ET DISCIPLINA SEXTI CHRISTIANI SÆCULI.

Mysteria, quæ objecta sunt fidei nostræ, fuerunt luculentius exposita. Nam ex controversiis hoc sæculo exortis, didicimus ambiguas evitare sententias, ut *unum de Trinitate passum* asserere, non attenda divinitatis substantia, sed assumpta natura hypostaticè unita divinæ. Per hanc vero unionem, non sublata utriusque naturæ proprietate, sed humana ad jura divini Verbi translata, ita idem Verbum dici natum et mortuum

¹ Referunt Annales eccl. ad annum 585 martyrium *S. Alexandri* episcopi fesulani.

secundum carnem, ut in hanc voluntate ejus liberrima impetus passionis, vulnerumque ictus irruerint. Ex intima illa et substantiali unitione in Dei hominis animam, cum plenitudine gratiarum, constat plenissimam scientiam fuisse transfusam. Arausicana II synodo finita est omnis quæstio de gratia, et semipelagianorum error proscriptus.

Sacramentalia, librique liturgici missarum ostendunt celebratam solemnitatem¹. Episcopi in Anglia, et signanter metropolitæ londinensis et eboracensis instituti fuerunt romani pontificis auctoritate. Judicia episcoporum in synodis provincialium fuerunt discussa. Iidem episcopi, qui a clero eligebantur approbante populo, interdum promoti sunt principum auctoritate. Imposita etiam subdiaconis lex cœlibatus². Diaconi 25 ætatis anno, presbyteri 30 ordinabantur. Ecclesiasticis cunctis congruens præscripta est disciplina.

Monasticum ordinem propagarunt viri sanctissimi, *Cæsa-reus*, *Aurelianus*, *Fructuosus*, *Columbanus* et alii, sed nemo felicius *S. Benedicto*, cujus Ordinis initia referuntur ad annum 529, vel potius 524³. Illius statuta confirmavit anno 595 *S. Gregorius Magnus*.

¹ Institutæ a *S. Gregorio Magno* initio pontificatus sui litanie majores, ut scribit cap. LVII *Micrologus*. Factum id ad avertendam inguinalem luem, romanum populum post inundationem aquarum insolita cæde vexantem. Intellige litanias quæ celebrantur VII kal. maias; nam quæ habentur in tribus feriis ante Ascensionem Domini, auctorem habuerunt sæc. VIII Leonem III, ad universam Ecclesiam extendentem Rogationes, quas pro Ecclesia sua instituerat *Mamertus*, episcopus viennensis.

² Indictam a *Pelagio II* subdiaconis Siciliæ continentie legem scribit ad annum 588 *Baronius*. Idem constat ex epistolis *S. Gregorii Magni* ad *Petrum* subdiaconum et ad *Leonem* episcopum catanensem. Ab ea lege, quæ tamen in romana Ecclesia vetusto more servabatur, subdiaconatus cœpit inter majores ordines recenseri, non tamen ubique. Vide *Lupum* p. 4 in synodos, dissert. I, præmiali, cap. III.

³ *S. Benedictum* natum anno Chr. 480, *Zenonis* imp. 7, et *Odoacris* regis 5, mortuum vero anno 543, ætatis suæ 63, *Leo Ostiensis* aliique testantur. Propagavit in Galliis monasticum *S. Benedicti* institutum *S. Maurus* ejus discipulus. Ab isto cognomen sumpsit celeberrima ejusdem ordinis congregatio, de litterarum restauratione et incremento maxime sollicita, atque optime merita. Migravit autem *S. Maurus* abbas ad superos anno 565.

Ad christianam religionem perduxit hoc sæculo Britannos et Anglosaxones *S. Augustinus*, laudatus cap. IV. Bojos, seu Bavaros, Bohemosque *S. Rupertus* episcopus Wormatiæ; Pictos Scotosque *S. Columbus* monachus hibernus¹.

APPENDIX.

EXTERNARUM RERUM DELECTUS.

Quædam regna exorta superiori sæculo et illorum principes commemoravimus. In Italia post Odoacrem regnasse diximus *Theodoricum*. Regnaverunt postea anno 526 *Athalaricus*²; anno 534 *Theodatus*; anno 536 *Vitiges*; anno 540 *Theodobaldus*; anno 541 *Alaricus*; anno ipso *Totila*; anno 553 *Tejas*, Gothorum regum postremus. *Longobardi* vero anno 568 regnum suum in Italia condiderunt, ac primo regnavit *Alboinus*, qui a Narsete invitatus cum armatorum 200,000 e Germania et Vandalia erupit, regniq[ue] sedem collocavit Ticini. Ex quo tempore Ravenna regum Visogothorum regia in exarchatum pertransiit. *Alboino* autem anno 574 successit *Clephis*; huic post decem annorum interregnum anno 585 *Autharis*, et huic anno 590 *Agilulphus*.

Francorum regnum post *Clodovæum* anno 515 consecutus est *Childebertus*; anno 560 *Clotarius*; anno 565 *Cherebertus*; anno 574 *Chilpericus*; anno 588 *Clotarius II*, vita functus sæculo VII.

Post *Trasamundum* regnum Vandalorum in Africa auspiciatus est anno 523 piissimus *Hildericus*, qui statim episcopos exules

¹ Fidem quoque Justiniano imperante amplexi sunt *Eruli*, nomen sortiti a paludibus stagnantibus, quas olim juxta Mæotidem incolebant, de quibus *Procopius* lib. I *De Goth.*, *Theophanes* in *Chronico*, et *Evagrius* lib. IV, cap. XX. Conversos item ad Christum *Abasgos*, sive *Abascos*, populos Colchidis habitantes in ora littorali Ponti Euxini, apud quos Justinianus in honorem *Deiparæ* sacram construxit ædem, necnon barbaros incolentes *Tanaim*, scribit idem *Evagrius* citato lib. IV, cap. II et sequenti.

² Sunt qui inter *Athalaricum* et *Theodatum* biennio regnasse tradunt *Amalasantham*. Regnumque *Theodati* definiunt anno 537, *Vitigis* 541, *Theobaldi* et *Alarici* 542, *Totilæ* 553, *Tejæ* item eodem anno. Cœpit anno 559 apud Anglos *Ἐπικρατία*, septem nempe principatuum partitio, qui in unum redacti sunt anno 828, regnante *Egberto*.

revocavit. Huic *Gilimerius* vitam regnumque abstulit; sed et ipse a *Belisario* victus et Constantinopolim adductus est anno 533. Ita regnum vandalicum ab occupata Carthagine a *Geneserico*, scilicet ab anno 439 stetit solummodo annis 95.

Regnavit in Hispania post *Alaricum* ab anno 506 *Gesaleycus*, deinde ab anno 526 *Amalaricus*; ab anno 531 *Theudas*; ab anno 548 *Taudegesillus*; ab anno 549 *Agila*; ab anno 554 *Athanasgildus*; ab anno 567 *Liuba*¹; ab anno 568 *Leowigildus*, ariani omnes. Tum ab anno 586 *Recaredus*, primus regum Gothorum qui fidem catholicam amplexi sunt, frater sancti martyris *Hermenegildi*.

Inter hujus sæculi bella prætermittenda non sunt gothicum et langobardicum. Illud exortum est anno 535, *cos. Belisario*, et Gothorum rege *Theodato*. At *Belisarius* Siciliam recuperavit, debellavitque Neapolim. *Vitiges* interfecti *Theodati* hæres anno 537, romanam urbem tali cinxit obsidione, ut matres, fame etiam per Italiam grassante, filiorum carnibus vescerentur. Strenuissimus tamen *Belisarius* Romam ab interneccione redemit; quin anno 537 expugnavit Ravennam, captumque *Vitigem* cum Gothorum optimatibus et ingenti divitiarum copia captivum adduxit ad Justinianum Constantinopolim. Interea temporis *Langobardi* quoque irruerunt in arma, atque excisum illorum impetu Mediolanum, *Totila* Gothorum rex castra rursus movit ad romanæ urbis excidium, eamque occupavit anno 546, incenso Capitolio, ac diruta magna murorum parte. *Narses* Romam liberavit a Gothorum tyrannide, occiso *Totila* anno 552. Paulo post *Theya* superato atque extincto, Italia Gothorum jugum excussit. At *Langobardi* anno 581 occuparunt Neapolim, et 589 solo æquarunt amplissimum manasterium casinense.

Cujusmodi sit humanæ felicitatis ludibrium, facile ex his intelligitur. Illud ulterius patefacit, cum *Vitalianus* anno 520 dum consulatum gerebat, Justino imperante, interfectus, tum *Symmachus* senator, socer Severini Boetii, anno 525 necatus Ravennæ jussu Theodorici. Quid *Belisarius* tantorum gloria bellorum? Ob suspicionem conjurationis in Justinianum anno

¹ *Liubam* extinctum quidam aiunt anno 571, *Leowigildum* autem anno 585.

Ad christianam religionem perduxit hoc sæculo Britannos et Anglosaxones *S. Augustinus*, laudatus cap. IV. Bojos, seu Bavaros, Bohemosque *S. Rupertus* episcopus Wormatiæ; Pictos Scotosque *S. Columbus* monachus hibernus¹.

APPENDIX.

EXTERNARUM RERUM DELECTUS.

Quædam regna exorta superiori sæculo et illorum principes commemoravimus. In Italia post Odoacrem regnasse diximus *Theodoricum*. Regnaverunt postea anno 526 *Athalaricus*²; anno 534 *Theodatus*; anno 536 *Vitiges*; anno 540 *Theodobaldus*; anno 541 *Alaricus*; anno ipso *Totila*; anno 553 *Tejas*, Gothorum regum postremus. *Longobardi* vero anno 568 regnum suum in Italia condiderunt, ac primo regnavit *Alboinus*, qui a Narsete invitatus cum armatorum 200,000 e Germania et Vandalia erupit, regniq[ue] sedem collocavit Ticini. Ex quo tempore Ravenna regum Visogothorum regia in exarchatum pertransiit. *Alboino* autem anno 574 successit *Clephis*; huic post decem annorum interregnum anno 585 *Autharis*, et huic anno 590 *Agilulphus*.

Francorum regnum post Clodovæum anno 515 consecutus est *Childebertus*; anno 560 *Clotarius*; anno 565 *Cherebertus*; anno 574 *Chilpericus*; anno 588 *Clotarius II*, vita functus sæculo VII.

Post Trasamundum regnum Vandalorum in Africa auspiciatus est anno 523 piissimus *Hildericus*, qui statim episcopos exules

¹ Fidem quoque Justiniano imperante amplexi sunt *Eruli*, nomen sortiti a paludibus stagnantibus, quas olim juxta Mæotidem incolebant, de quibus Procopius lib. I *De Goth.*, Theophanes in Chronico, et Evagrius lib. IV, cap. XX. Conversos item ad Christum *Abasgos*, sive *Abascos*, populos Colchidis habitantes in ora littorali Ponti Euxini, apud quos Justinianus in honorem Deiparæ sacram construxit ædem, necnon barbaros incolentes Tanaim, scribit idem Evagrius citato lib. IV, cap. II et sequenti.

² Sunt qui inter Athalaricum et Theodatum biennio regnasse tradunt *Amalasantham*. Regnumque *Theodati* definiunt anno 537, *Vitigis* 541, *Theobaldi* et *Alarici* 542, *Totilæ* 553, *Tejæ* item eodem anno. Cœpit anno 559 apud Anglos *Ἐπικρατία*, septem nempe principatuum partitio, qui in unum redacti sunt anno 828, regnante *Egberto*.

revocavit. Huic *Gilimerius* vitam regnumque abstulit; sed et ipse a Belisario victus et Constantinopolim adductus est anno 533. Ita regnum vandalicum ab occupata Carthagine a Geneserico, scilicet ab anno 439 stetit solummodo annis 95.

Regnavit in Hispania post Alaricum ab anno 506 *Gesaleycus*, deinde ab anno 526 *Amalaricus*; ab anno 531 *Theudas*; ab anno 548 *Taudegesillus*; ab anno 549 *Agila*; ab anno 554 *Athanasigildus*; ab anno 567 *Liuba*¹; ab anno 568 *Leowigildus*, ariani omnes. Tum ab anno 586 *Recaredus*, primus regum Gothorum qui fidem catholicam amplexi sunt, frater sancti martyris *Hermenegildi*.

Inter hujus sæculi bella prætermittenda non sunt gothicum et langobardicum. Illud exortum est anno 535, *cos. Belisario*, et Gothorum rege Theodato. At Belisarius Siciliam recuperavit, debellavitque Neapolim. *Vitiges* interfecti Theodati hæres anno 537, romanam urbem tali cinxit obsidione, ut matres, fame etiam per Italiam grassante, filiorum carnibus vescerentur. Strenuissimus tamen Belisarius Romam ab interneccione redemit; quin anno 537 expugnavit Ravennam, captumque *Vitigem* cum Gothorum optimatibus et ingenti divitiarum copia captivum adduxit ad Justinianum Constantinopolim. Interea temporis *Langobardi* quoque irruerunt in arma, atque excisum illorum impetu Mediolanum, *Totila* Gothorum rex castra rursus movit ad romanæ urbis excidium, eamque occupavit anno 546, incenso Capitolio, ac diruta magna murorum parte. *Narses* Romam liberavit a Gothorum tyrannide, occiso *Totila* anno 552. Paulo post *Theya* superato atque extincto, Italia Gothorum jugum excussit. At *Langobardi* anno 581 occuparunt Neapolim, et 589 solo æquarunt amplissimum manasterium casinense.

Cujusmodi sit humanæ felicitatis ludibrium, facile ex his intelligitur. Illud ulterius patefacit, cum *Vitalianus* anno 520 dum consulatum gerebat, Justino imperante, interfectus, tum *Symmachus* senator, socer Severini Boetii, anno 525 necatus Ravennæ jussu Theodorici. Quid *Belisarius* tantorum gloria bellorum? Ob suspicionem conjurationis in Justinianum anno

¹ *Liubam* extinctum quidam aiunt anno 571, *Leowigildum* autem anno 585.

561, omni expoliatus honore despectissimam vitam transegit; nec desunt qui asserant excæcatum eo pervenisse miseriam, ut obolum peteret in eleemosynam.

Infortunia alia complura testantur vitæ hujus calamitatem. Sævissimam famem Italiæ paulo superius commemoravi. Pestilentia autem anno 558 tam dire vexavit Constantinopolim, *ut sepeliendis mortuis*, inquit Theophanes, *non sufficerent vivi*. Terræmotu anno 524 concidit Anazarbus, Ciliciæ metropolis. Eodem concussa anno 526 et ferme diruta, sæpe per totum annum repetito motu, Antiochia, addito ad terrorem incendio, adeo, ut imperator Justinus depositis diademate et purpura saccum induerit. Rursus eadem in urbe anno 528 ingenti terræmotu corruerunt cuncta fere ædificia, et cessavit tandem flagellum, inscriptis domorum januæ aut parieti iis verbis: *Χριστός μεθ' ἡμῶν στήθε*. Ipsa civitas anno 587 vehementi quassata est iterum motu terræ. Constantinopolim pariter anno 557 quo S. Sophiæ templum mirabilis structuræ perfectum est, terræmotus concussit, pertimescentibus civibus advenisse finem et interitum mundi. Incendio insuper anno 525 igne mirabiliter e summis tegulis descendente, in prædicta antiochena urbe plurimi perierunt. Aqua item, exundante extra alveum Scirto fluvio, vastata fuit Edessa, civitas Syriæ, Justinopolis quoque appellata.

De litteris ac disciplinis bene plurimi meruerunt. In arte enim *grammatica* cæteris præstitit *Priscianus* Cæsariensis, omnium sui generis princeps. Eloquentia excelluit *Petrus Patricius* Thessalonicensis, qui mira facundia quælibet barbara demulcebat ingenia. Poeticam excoluit *Corippus*, a quo scripti fuerunt libri IV de laudibus Justini junioris heroico carmine. Præclara de philosophia conscripsit volumina *Proculus Lycius*, platoniarum sectator dogmatum; at addidit adversus christianos 18 *ἐπιχειρήματα*. Sequutus Procli impietatem *Damascius* Damascenus, illius auditor et in schola atheniensi successor. Veritatis studiosus dicitur a Photio Cod. 69 *Hesychius* Milesius, qui historiam scripsit annorum 4190, eamque appellavit *romanam* et *omnigenam*. Sui ævi historiam tradiderunt litteris *Hermolaus*

Byzantinus et *Agathias*, memorati a Joanne Curopolata et Cedreno. *Beulanum* Anglum, ejusque opus de genealogiis gentium, novimus tantum ex Balæo. *Hunibaldus*, qui scripsit de rebus gestis Francorum, dicitur a Dossio *scriptor* tressis, minimi scilicet pretii¹. Accesserunt sæculi hujus scriptoribus alii complures. Etenim inter JCC. præter illos, qui in Codice justiniano perficiendo plurimum insudarunt, floruit circa eadem tempora *Talelæus*, qui in græcum Pandectas accuratissime vertit, appellatus à Cujacio doctissimus Græcorum, atque ab aliis græcis interpretibus τῆς νομικῆς ὀφθαλμὸς, id est, *oculus jurisprudentiæ*. Boetius, cujus supra meminimus, etiam in philosophicis litteris excelluit; nam in Porphyrium, in libros Aristotelis analyticos, necnon de geometria, de musica et de arithmetica pertractavit. *Alaricus*, Visigothorum rex, quem Clodovæus superavit, theodosianum Codicem emendavit, et quibusdam additis, quibusdam autem abrais, promulgavit Tolosæ, anno regni sui 22 et æræ christianæ 506. Circa idem tempus *Rab Asec* fertur collegisse *Talmud* Judæorum, quod *babylonicum* vocant.

¹ Quidam *Proclum* hoc sæculo VI vixisse autumant; sed vide not. sæculi præcedentis. *Diadocum* dictum, ait Caveus in sæc. VI sive Euty-chiano. Addendus *Simplicius*, egregius philosophus, platonius et peripateticus, ortus in Phrygia et familiaris Damascii. Clarebat anno Christi 508, æræ Diocletiani 224. Qui ergo tradunt *Simplicium* floruisse tertio sæculo, æram martyrum pro dionysiana acceperunt. Idem *Simplicius* in *Explanationibus Aristotelicis* carpit, mordetque christianæ religionis dogmata. A quibus fuerunt quoque alieni *Agathias* Smyrnensis, nobilis alioquin historicus, *Chalcidius* philosophus et *Alexander* Lycopopolitanus, quamvis is confutaverit manichæos, ut constat ex tomo II *Auctarii* Bibl. PP. editi a Combesio. Videntur item nulli religioni addicti *Procopius* Palæstinus, et domo Cæsarensis, quem commemoravimus superiori cap. iv, emunctarum narium historicus, rethor nobilis et ad senatorium ordinem aliasque dignitates a Justino evectus, necnon *Tribonianus*, cujus meminimus cap. v, appellatus *conditor juris civilis*, natus in Pamphilia, a Justiniano quæstor, assessor et consul creatus. Sane *Tribonianus* male audit apud Suidam, Hoctomannum, Moshemium, alios. Exornavit autem illius vindicias Janus Vincentius Gravina in libro *De ortu et progressu juris civ.*, num. 137. Eundem *Tribonianum* commendat plurimum imperator Justinianus, de *Conceptione*, de *Confirmat. Digestorum*. Cæteri, qui in componendo justiniano Codice adlaboraverunt, C. tit. *De vet. jure enucleando*, lib. II, et alibi laudantur.

SEPTIMUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

SUCCESSIO PONTIFICUM ROMANORUM.

Post Gregorium Magnum catholicæ præfuerunt Ecclesiæ *Sabinianus Bonifacius III, Bonifacius IV, S. Deusdedit, Bonifacius V, Honorius I, Severinus, Joannes IV, Theodorus I, S. Martinus, I, S. Eugenius I, S. Vitalianus, Adeodatus, Dominus I, S. Agatho, S. Leo II, S. Benedictus II, Joannes V, Conon, S. Sergius I.*

LXVII. Sabinianus Volaterris ortus est, fuitque primum Gregorii Magni diaconus, postea successor. Usum æris campani dicitur invenisse, quem alii tribuunt S. Paulino Nolano, unde campanam dici *Nolam* opinantur; at usus hoc nomine ad significandum tintinnabulum lib. VIII, cap. vi, Quinctilianus, qui floruit imperante Domitiano, ac I sæculo. Tradunt Sabinianum obiisse a Gregorii spiritu percussus propter avaritiam in capite; sed pace Sigeberti, somnium, id est, et fabella. Supremus illi dies 22 febr. anno 606 nondum expleto, pontificatus biennio.

LXVIII. Brevior fuit pontificatus *Bonifacii III* Romani. Is enim electus anno 607, XI kalend. martias, efficiens ut etiam a Phoca imp. romana Ecclesia declararetur omnium aliarum caput et mater, Ecclesiam rexit mensibus 8, extinctus IV idus novembris an. 607.

LXIX. Huic suffectus *S. Bonifacius IV*, e Valeria apud Marosos, qui *Pantheon* olim a M. Agrippa ædificatum, et adhuc post tot urbis clades superstes, annuente Phoca, Virgini reginæ martyrum consecravit, et vita decessit labente anno episcopatus sui nono, et v. ær. 615, septima die maii.

LXX. Ab eo anno 615 usque ad an. 618, quo obiit Vidus nov., sedit in romana cathedra vir eximiæ sanctitatis *Deusdedit*, filius Stephani, civis romani, electus, quod nondum contigerat, adhuc subdiaconus, si fides habenda sit Anastasio et Liberato, cui et Ven. Baronius subscripsit.

LXXI. Tenuit deinde pontificatum annis fere 6 *Bonifacius V*, mortuus anno 625, die 22 octob., immerito reprehensus, quod asseruerit Christum nos redemisse a solo originali peccato; quum eo sensu loquutus sit, quo Joannes cap. i, 29: Ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, quod nempe solum originale peccatum mundum infecerit universum.

LXXII. Electus postea *Honorius I* Campanus. Audiit immerito tanquam monothelita, propterea quod ad schisma vitandum noluerit mentionem fieri unius, nec duplicis in Christo operationis aut voluntatis. Ecclesiam rexit annis 13, atque e vita migravit anno 638, die 12 octobris.

LXXIII. Ocepit inde pontificatum, post diuturnum interpontificium, *Severinus* Romanus, qui Heraclii imperatoris improbavit *Ecthesim*, nempe expositionem fidei monotheliticam; ac ideo, imperatoris jussu thesauros Ecclesiæ Lateranensis Isacio, exarcho, diripiente, ex animi ægritudine interiit anno 640, kalendis augusti, mense vix expleto a sui inauguratione secundo.

LXXIV. Non implevit duos episcopatus annos Severini successor, *Joannes IV*, sublatus e vivis an. 642, die 11 octobris, quum prædictam *Ecthesim* proscripsisset, et Honorii epistolas, quibus abutebantur monothelitæ, catholico sensu explicasset.

LXXV. Post Joannem rexit Ecclesiam *Theodorus I*. Is monothelitis anathemate inustus, et improbato *Typo* Constantis, e vivis excessit, dum ageret septimum pontificatus annum, die 5 maii, anno æræ communis 649.

LXXVI. Evectus post Theodorum *S. Martinus I* ad sacerdotii fastigium, damnatis in lateranensi synodo, una cum *Ecthesi* et *Typo* monothelitis, omnem Constantis injuriam, carceres, contumelias et omne calamitatis genus animo invicto sustinuit, obiitque relegatus in Chersonesum Thraciæ, et ærumnis con-

fectus, inchoato pontificatus anno septimo, die 21 septembris, anno Domini 655.

LXXVII. Dignus fuit, qui Martini sedem occupavit *S. Eugenius I*, illo exule Ecclesiæ regimini intentus, et a puero in romanum clerum adscitus. Verum a *S. Martini* obitu non explevit in episcopatu biennium, ad nobiliorem æternamque sedem translatus anno 637, die 4 junii.

LXXVIII. Diuturnior fuit pontificatus *S. Vitaliani*, cujus patria Signia Campaniæ civitas. Sedit enim ultra annos 14, et fato cessit an. 672, VI kal. februarias. Hujus sanctitatem etiam *Constans A.* ejusque filius *Constantinus Pogonatus*, venerati sunt, eique *Constans* dono misit pervetustum Evangeliorum codicem, auro gemmisque exornatum.

LXXIX. Agebat quintum pontificatus annum successor *Vitaliani Adeodatus* romanus et monastici instituti sectator, quando viam universæ carnis ingressus est, anno 676, die junii 26.

LXXX. Adeodato successit *Donus I*, patria item romanus, cui *Reparatus* archiepiscopus restituit antiqua jura supra Ecclesiam ravennatensem, quam decessor *Maurus* violaverat, fretus potentia exarcharum. Sedit anno I cum dimidio, mortuus an. 678, III idus aprilis.

LXXXI. *S. Agatho*, monachus Siculus, post *Donum* pontifex constituitur. Hoc pontifice, et *Constantino Pogonato* indicta œcumenica synodo, concidit hæresis monothelitarum, quæ diu orientalem vexavit Ecclesiam. Virtutibus meritisque clarus IV idus januarias anno 682 terram reliquit.

LXXXII. *Agathoni* successit *S. Leo II*, et ipse Siculus, græce et latine doctissimus, quem undecimo mense, anno scilicet 583, V nonas julias, terris rapuit cœlestis Jerusalem.

LXXXIII. Inviderunt pariter militanti Ecclesiæ rectorem beatissimum *S. Benedictum II*, romanum, incolæ supremæ patriæ, ad se illum invitantes, exacto decimo pontificatus mense, anno 685, septima die maii.

LXXXIV. Nec diuturnus fuit pontificatus *Joanni V* patria Antiocheni, quem mors abstulit proximo anno 686, augusto mense ineunte.

LXXXV. Quandiu autem sedit *Conon*, Trax genere, ætate, moribus, eruditione percelebris? Adeptus pontificatum prædicto an. 686, XII kalendas novembris, ea se levavit sarcina anno insequente 687, XI kal. octobris.

LXXXVI. Ab eo demum tempore usque ad annum 701, quo mortem oppetiit die 7 sept., sanctissime gubernavit Ecclesiam *Sergius I*, ortus Antiochiæ. Sopitum est *S. Sergii* inauguratione dissidium et contentio de supremo pontificatu exorta anno superiori 686 inter *Petrum* ac *Theodorum* presbyteros, et rursus excitata anno 687 inter *Theodorum* et *Paschalem* archidiaconum, quibus antea populus in factione distractus summum conferebat honorem.

Patriarcharum nomina.

Patriarchæ Alexandrini post *S. Eulogium* fuerunt eutyehiani seu *jacobitæ*, quo etiam nomine eutyehiani dicti sunt a *Jacobo Syro*, monacho et *Servi* discipulo. Excipiendus tamen *S. Joannes Eleemosynarius*, vita functus an. 616, ejusque successor *Georgius*; post quem sedit *Cyrus* monothelita. Antiochiæ vero post *Gregorium* sederunt *S. Anastasius II* et alii, quorum nomina usque ad an. 1098, cum fuerint fere omnes hæretici, atque Antiochia, sub tyrannide barbarorum, obscura sunt et incerta. At *Jerosolymis* præfuerunt Ecclesiæ post *Amos*, *Isychius*, *Zacharias*, *Modestus* et *Sophronius*; quo Ecclesiam jerosolymitanam gubernante, anno 637 venit *S. Civitas* in potestatem Saracenorum. Ab hoc itaque anno usque ad finem sæculi XI *Jerosolymorum* ignorantur episcopi. *Constantinopolitanos* autem patriarchas prætermisimus, quoniam, ut alibi monuimus, jura patriarchalia violato nicæno canone usurparunt; consecuti sunt vero, romana Ecclesia consentiente, anno dumtaxat 1215. Cunctorum enim episcoporum nomina recensere neque hujus est loci, neque instituti.

CAPUT II.

CONCILIA CELEBRATA SEPTIMO ECCLESIE SÆCULO.

Inter sæculi hujus concilia, ea maxime sunt recensenda, quæ ad hæresim spectant monotheliticam, paulo post describendam. Cætera enim attinent ad ecclesiasticam disciplinam. Ubi ergo anno 633 Cyrus patriarcha Alexandrinus coacta *synodo* sub specioso unionis prætextu, hæresim monothelitarum studuit comprobare, eodem anno Sophronius *Jerosolymitanus* altero indicto concilio, statuit duas esse in Christo operationes et voluntates. Approbata insuper anno 639 a Sergio Constanti-nopolitano, altero monothelitarum coryphæo, synodali conventu, *Ecthesis* imperatoris Heraclii, insequente anno 640 eamdem *Ecthesim* et monothelitas damnavit *Romanum* Severini concilium. Quod et præstitit anno 645 Salvius episcopus in synodo aurelianensi, et anno 646 summus pontifex Theodorus, qui convocato *concilio* in Pyrrhum, cæterosque monothelitas scripsit anathematis sententiam, non solo atramento, sed vivifico sanguine instillato divini calicis, ut litteris tradiderunt auctor *Historiæ miscellæ* ac Theophanes. Proscribere rursus monothelitas eodem anno 646 synodi tres Africanæ, *carthaginensis*, et *provinciae Byzacenæ* ac *Numidiæ*.

Duo autem celebriora concilia adversus monothelitas congregata fuerunt. *Romanum* nempe anno 649, et *constantinopolitanum* œcumenicum VI, anno 680, ut duo mittam anni 679, anglicanum nimirum et mediolanense. Concilium *romanum* celebratum est jussu S. Martini I in æde lateranensi, in quam convenerunt ex regionibus suburbicariis et diocesi italica et urbica episcopi 105, cuncti monothelitæ, eorumque dogma, atque *Ecthesim* Heraclii et *Typum* Constantis diris devoverunt et subjecere anathemati. Ad synodum vero œcumenicam, indictam a piissimo imperatore Constantino Pogonato, communicatis cum S. Agathone P. consiliis, et congregatam in *Trullo* (nomen istud imperiali Palatio trullissato, et in rotundam tectorum concamerationem constructo) convenisse episcopos du-

centos undenonaginta tradunt annalia Græcorum; sed 166 præter legatos apostolicos exhibent solummodo subscriptiones. Id, quod in *lateranensi* plenaria hac synodo definitum est, damnata hæresis monothelitica; inusti anathemate, etiam expresso nomine, præcipui illius hæresis propugnatores, atque *Ecthesis*, *Typusque* proscripita.

Sunt ex novatoribus, qui pariter œcumenicam esse contendunt synodum *trullanam* seu *quinisextam*, coactam an. 692. Dicitur *trullana* a palatio, vel secretario imperiali, cui nomen *Trullus*, ut nuper scripsimus; *quinisexta* autem, quasi fuerit quintæ et sextæ synodi *appendix* et *supplementum*. Interfuerunt huic synodo juxta Balsamonem et Zonaram episcopi 217; at in exemplaribus inveniuntur subscripti num. 211. Canones in illa editi 162. Rejicitur tamen ab orthodoxis, eamque reprobarunt romani pontifices Sergius I et Joannes VII. Sunt enim nonnulli istorum canonum absurdi, ut quibus concutitur sacerorum ministrorum cœlibatus et jejunium sabbati servatum olim in Ecclesia romana, atque sub gravissimis pœnis prohibetur clericis laicisque abstinencia a sanguine et suffocato. Permulti tamen canonum trullanorum ecclesiasticis regulis non adversantur, eosque, non omnes, approbarunt octavo sæculo Constantinus et Adrianus I, romani pontifices.

Ex conciliis pro disciplina ecclesiastica celebratis, commemoranda præsertim sunt XV toletana, complura habita inter annum 610 et 694, in quibus metropolitani jura toletano antistiti confirmata fuere, subjecti ecclesiasticis censuris lapsi in crimen fornicationis, et quæ ad fidem moresque pertinent constituta, catholica interdum contra monothelitas confessione præmissa, et ambiguis quorumdam locutionibus explanatis¹. His accedunt *romanum* sub Bonifacio IV de regimine Ecclesiæ anglicanæ indictum anno 610; parisiense anni 615 de causis episcoporum ad metropolitanum deferendis; trajectense anni 697 de sanctis viris mittendis ad prædicandum exteris gentibus

¹ In toletana altera synodo anno 693 depositus fuit et in exilium pulsus Sisbertus, archiepiscopus toletanus, quod in Egicani regis necem conspirasset.

Evangelium, aliaque id genus plura. A quarum synodorum numero expungimus *aquileiensem* anni 698, in qua ob trium Capitulorum condemnationem V quoque synodus rejecta fuit.

CAPUT III.

HERESIS SÆCULI SEPTIMI.

Grassata est sæculo VII in Ecclesia orientali hæresis *monothelitarum*, surculus et appendix eutylianæ; nam quemadmodum eutychiani unam asserebant in Christo naturam, ita monothelitæ dogmatizabant unam in Christo voluntatem, et *ἐνεργίαν* sive actionem. Quare *μονοθελίται* dicti sunt a *μόνος*, unus, et *θέλημα*, voluntas. Monente Athanasio Jacobitarum antistite eutychiano, imperator Heraclius anno 629 petiit a Sergio C. P., et a Cyro tunc Phasidis, postea Alexandriae episcopo, num in Christo admittenda foret una, an duplex voluntas et operatio. Illi vero unicam statuerunt, quam appellarunt *θεάνδρικαν*, id est, *Dei-virilem*, nomine derivato a *Θεός*, Deus, et *ἄνθρωπος*, homo, ejus genitivus est *ἄνδρος*. Movit Sergius Heraclium, ut ederet Ecthesim, quam anno 639 synodo confirmavit. Est autem *ἐκθεσις*; idem ac *expositio*, a verbo *ἐκτίθημι*, expono. In illa una in Christo voluntas et una tantum actio enuntiabatur. Adhæsit eidem luto Pyrrhus Sergii successor et Paulus, qui Pyrrho ob exulceratum imperatoris animum in Africam secedenti substitutus fuit anno 642. Is anno 648 a Constante imp. extorsit edictum, ne diceretur una, nec duplex Christi voluntas; damnatus idcirco eodem anno a Theodoro pontifice, et anno proximo 649 a S. Martino I: ipsi Paulo imputandum est, quod Martinus accersitus sit Constantinopolim, relegatus, gravissimisque malis afflicto. Dicitur tamen Paulus ante mortem egisse erroris, scelerisque sui penitentiam. Edictum illud Constantis *Typus* vocatur; quamvis enim *τύπος* idem sit, ac forma notaque impressa, a verbo *τύπτω*, percutio; illo tamen vocabulo non semel in Novellis justinianeis constitutio et lex designatur. At Cyrus ex episcopo Phasidis in Colchide renunciatus anno 630 patriarcha alexandrinus, prætextu conciliandi severianos seu acephalos cum catholicis,

unam Christi operationem *θεάνδρικαν* cœpit majori audacia dogmatizare, et anno 633 coacta synodo stabilire. Firmavit et ipse propria subscriptione anno 639 *ἐκτεσεν* Heraclii, et e vivis sublatus est anno proximo 640. Atque his cum monothelitarum dogma, tum quæ superiori capite diximus, obviam habent explicationem.

Eruperunt eodem sæculo VII nonnullæ aliæ hæreses, vix nomine notæ. Prima est *christolytarum*, *χριστολύτων*, asserentium Dominum relicto deorsum corpore ad cœlos cum sola divinitate adscendisse; horum nomen est a *Χριστός*, Christus, et *λύω*, solvo. II. *Gnosimachorum*, *γνωσιμάχων*, qui scientiam omnem, divinæ etiam Scripturæ, christianis contrariam, vanam et inutilem reputabant, nomen sortiti a *γνώσις*, cognitio, et *μάχαι*, pugna. III. *Ἐθνοφρόνων*, appellationem habentium ab *ἔθνος*, gens, et *φρόνεια*, sapio, quoniam gentilium sectabantur superstitionem, divinationes, auguria et incantamenta, simulque christianorum et paganorum festa servabant. IV. *Παρερμηνείτων*, ad libitum, ingeniumque dumtaxat suum, sacram Scripturam interpretantium, quorum nomenclatura derivata est a verbo *παρερμηνεύω*, *prave interpretor*. Hæ nobis hæreses innotuerunt ex libris S. Joannis Damasceni.

His accedunt Armeni, qui a septimo usque ad quintumdecimum sæculum erroribus implicati a romana Ecclesia fuerunt avulsi. Impliciti fuerunt hæresi eutychiana, negarunt sacramentum confirmationis et in sacra oblatione vinum nulla admixtum aqua adhibebant. In celebrandis quoque festivitatibus, ritibusque dissidebant a Latinorum et Græcorum Ecclesiis; sed hoc postremum fieri potuit absque hæresis impietate.

CAPUT IV.

SÆCULI SEPTIMI SCRIPTORES ECCLESIASTICI.

Quamquam sæculi VII scriptores numero et celebritate iis qui duobus præcedentibus sæculis floruerunt, nequeunt æquiparari; nec pauci sunt tamen, nec proletarii. In historia enim ineunte sæculo versati sunt *Joannes* Antiochenus, cognomento

Malala, qui ab orbe condito usque ad ætatem Justiniani Senioris libris XVIII perduxit historiam chronicam; necnon *Isyehius*, patriarcha jerosolymitanus, a quo præter commentaria in Scripturam divinam, selectasque orationes, edita fuit ecclesiastica historia, quæ tamen deperit edacis temporis injuria. Accesserunt adolescente sæculo *Theophilactus* Ægyptius, scriptor rerum a Mauricio Augusto gestarum; *Marcus* et *Sisebutus* monachi, qui aliquas sanctorum Vitas scripsere, et *Joannes* itidem monachus in investigandis calculis festi paschalis assiduus, quorum ætas florebat circa annum 620. Editum ab *anonymo* Chronicum alexandrinum, quod et *Fasti Siculi* inscribitur, a mundi origine usque ad annum 628; unde inferitur ætas scriptoris. *Joannes Moschus* vitæ cultor monasticæ, cognomento *Eviratus*, rudi ac simplici stylo, ut inquit Photius cod. 199, conscripsit de gestis Patrum opus historicum, inscriptum *Pratum spirituale* seu *viridarium*, et *Nennius* Britannus, et ipse monasticam vitam professus, pertractavit de rebus Britonum sive de Britannorum historia. Uterque autem circa annum 630 mortalem vitam agebat.

Verum peculiari titulo commemorandi sunt *Antiochus* monachus palæstinus, *S. Sophronius* patriarcha jerosolymitanus, *S. Maximus* C. P., *Isidorus* Hispalensis, *S. Ildephonsus* Toletanus antistes et *Anastasius* monachus Sinaita. Enimvero *Antiochus* monasterii S. Sabbæ alumnus et sanctitatis laude percelebris, superstes erat anno 629, comprehenditque homiliis 130 totius religionis christianæ, divinarumque Scripturarum doctrinam, inscripto huic operi *Pandectarum* nomine. Sunt autem Πάνδεκται nihil non continentia volumina, a πάν, omne, et δέχομαι, capio; unde pariter libri omne jus comprehendentes Πάνδεκται vocantur. Scripsit etiam Antiochus Exomologesim ad Deum, librumque de vitiosis cogitationibus. *S. Sophronius* ortus Damasci, monachus, electus anno 629 patriarcha jerosolymitanus, Cyrum monothelitam palam redarguit, ejusque libellum satisfactionis prescriptum severianis, refellere, et ab Honorio papa cassari curavit, mortuus anno 659 post captam Jerosolymam ab Haumare, duce Saracenorum. *S. Maximus*

patria C. P., natus anno 580 et in exilio defunctus anno 662, non solum Pyrrhum monothelitam confutavit publicis disputationibus, ac intrepide restitit Constanti imp., fidei causa carceres, ærumnas ac deportationem parvipendens; verum etiam monotheliticæ hæresi perpetuum bellum indixit, præter scripta alia ascetica et theologica, de duabus in Christo voluntatibus, de duabus operationibus, de Actis cum Pyrrho, de hypostasi et natura, aliosque tractatus hujus generis præstantissimos exarando. *S. Isidorus* episcopus hispalensis, cujus beata mors contigit anno 636, libros scripsit *Etymologiarum*, *De ecclesiasticis officiis*, aliosque a S. Leone papa IV plurimum commendatos¹. De perpetua Deiparæ virginitate, partu, gestisque præcipuis, necnon de scriptoribus ecclesiasticis, de rebus liturgicis et epigrammata varia, pie doctèque scripsit *S. Ildephonsus* ad episcopatum toletanum anno 637, ad regnum vero beatorum evectus anno 667. Demum *Anastasius* Sinaita, ab altero Anastasio item Sinaita, patriarcha antiocheno, de quo superiori sæculo, secernendus, litteris tradidit notitiam omnium hæresum ab initio religionis christianæ et conciliorum, quibus damnatæ fuerunt, usque ad VI œcumenicum celebratum, ut diximus supra, pontifice max. Agathone et imp. Constantino *Pogonato*, anno 680.

His vero, quorum peculiaris habenda erat memoria, accedunt *Dorotheus* palæstinus archimandrita, qui scripsit de vita pie instituenda; *Paterius* Gregorii M. discipulus, qui explanavit difficiliora Scripturæ loca; *Canon* discipulus olim Joannis Philoponi Tritheitæ², postea ejus adversarius, qui in ipsum con-

¹ Nonnulli, qui commentaria scriptorum ecclesiasticorum ediderunt, ut Guillelmus Caveus, aiunt S. Isidorum conscripsisse *Chronicum* ab exordio mundi usque ad annum 626. Verum in fine ejusdem chronici legitur: « Fiunt igitur ab exordio mundi usque ad præsentem æram 654, hoc est, anno quinto imperatoris Heraclii et quarto principis Sisebuti anni 5813. » Ita in vaticanis editisque Codicibus, teste *Schelstrateno*, æra hispanica 654 concurret cum anno Christi 616, et quarto Sisebuti regis Hispaniarum, sed cum Heraclii anno sexto.

² Ipse Joannes Philoponus Alexandrinus, et arte grammaticus scripsit in *Hexameron* et de Paschate, pluraque philosophica, quibus navabat operam, ut idem inquit lib. IV *Phys. Διαλογιστου* ἐτ τλγ Diocletiani anno 333,

didit invectivas. Apologiam edidit pro S. Theophobio *Themistius*; *Nicias* monachus Philoponi deliramenta oppugnavit; aliquas SS. Vitas conscripsit *Jonas* Hibernus; *Cosmopoieam* carmine jambico exposuit *Georgius* Nicomediensis; de Dagoberto rege disseruit *Audænus* Suessionensis; pœnitentiale, opus omnibus pœnitentiæ casibus accommodatum, elucubravit *Theodorus* tarsensis monachus; de adventu Christi, de origine mortis, de animarum receptaculis, extremoque judicio pertractavit *Julianus Pomerius* Toletanus, et concordiam canonum exeunte sæculo concinnavit *Cresconius* episcopus africanus.

CAPUT V.

SÆCULI VII AUGUSTI PRINCIPES ATQUE VIRI QUIDAM SANCTISSIMI.

Mauricio interfecto anno 602, die 23 novembris, imperium arripuit *Phocas* in Thracia obscuro genere ortus. A quo nil memoria dignum patratum est, nisi quod romanæ Ecclesiæ agnovit, firmavitque primatum. Tantæ enim ignaviæ et libidini se dedit, ut *Cosrhoes*, rex Persarum, in illum irruens, quasi *Mauricii* mortem vindicaturus, facile expugnaverit *Chalcedonem*, sitam e regione Constantinopolis. Reges quoque alii ob imperatoris desidiam lacerarunt imperium. Quare ipsi constantinopolitani cives captum *Phocam* adduxerunt ad *Heraclium* urbem eam obsidentem, atque omni affectus ignominia, in ipsa, qua *Heraclius* vehebatur navicula, truncatus est capite, anno 610, sui principatus 8¹.

Concurrit cum anno ær. chr. 617. De ipso tamen *Philopono* vide not. 3 ad caput in præcedentis sæculi VI.

¹ *Phocæ* nomen recte huic Cæsari convenit ob genus obscurum, ob immanitatem, ob vitæ turpitudinem. *Phocæ* enim marinæ sunt monstra, de quibus in tertio *Georgicorum* *Virgilius* :

Littore in extremo, ceu naufraga corpora fluctus,
Proluit, insolitæ fugiunt in flumina phocæ.

Et libro quarto :

Quippe ita Neptuno visum est, immania cujus
Armenta, et turpes pascit sub gurgite phocæ.

In nummis tamen hujus imperatoris nomen invenitur absque inspiratione

Phoca imperante, Antiochiæ Syriæ metropolis seditione commota, Judæi mactarunt ingentem fidelium numerum, excarnificato etiam sanctissimo patriarcha *Anastasio*. Sub *Cosrhoe*, Persarum rege, martyrium subiit *Anastasius* alter monachus, laudatus in Actis concilii II nicæni, in fluentia demersis monachis aliis LXX. Ciennæ item in Galliis, jubente *Theodorico* lapidibus obrutus est *Desiderius* episcopus, quoniam prolata sententia illa apostolica I Corinth. vii, *melius est nubere, quam uri*, id ægre tulerat regis concubina *Brunechildes*.

Post *Phocam* imperium tenuit *Heraclius* annis 31, ex hydrope extinctus anno 641, undecima die martii. Filius fuit *Heracleonæ*, præfecti *Africæ* et addictus monothelitis; de ejus enim *Ecthesi* dictum est supra ¹. *Heraclius* *Cosrhoem* multis elatum victoriis (debellerat enim anno 614 *Jerosolymam*, sublata inde cum omni ecclesiastica suppellectili dominica *Cruce*, ac postea *Ægyptum*, *Alexandriam* et *Libyam* diripuerat) anno 623 insigni victoria prostravit, coegitque e *Gazza* discedere. A proprio filio *Syroe* *Cosrhoe* deturbatus est solio, tetroque carceri anno 628 inclusus et spiculis toto corpore lanceinatus. Inita inter *Syroem* et *Heraclium* pace, *Crux* salvifica recuperata est, et anno 629 in priori loco recondita. Eodem anno *Heraclius* jussit, ut *Judæi*

Focas. Uxorem habuit *Leontiam* nomine, ex qua suscepit filiam *Domnenciam*, connubio junctam *Prisco*, patricio constantinopolitano. *Narsetem* *Persis* formidolosum jussit vivum cremari; prætorianos milites convicia in illum jactantes, partim obruncavit, partim demersit in mare, partim carceri inclusit. Antequam jubente *Heraclio* caput illi amputaretur, ob multorum conjuges adulterio pollutas, exsecta ei fuerunt virilia. Lege *Cedrenum* et *Zonaram*.

Seditio *Judæorum*, qui Antiochiæ permultos christianorum interfecerunt, contigit paulo ante obitum *Phocæ* anno 610. At misso Antiochiam exercitu, *Judæi* seditionis et crudelitatis suæ vel perempti, vel mutilati, vel ejecti condignas pœnas tulerunt.

¹ *Heraclio* duæ fuerunt uxores, *Fabia*, quam mutato nomine appellavit *Eudociam*, ex qua suscepit *Epiphaniam* et *Heraclium* Juniorem, quem nominavit *Augustum*, eique indidit nomen *Constantini*, et *Fabia* defuncta, uxorem duxit *Martinam*, filiam fratris sui, insignis pulchritudinis fœminam, quæ illi plures peperit liberos. Verum propter incestas has nuptias, ut scribunt *Nicephorus* et *Evagrius*, creditum est hanc ei pœnam fuisse illatam, ut priapismo laborans sursum mingeret, faciemque suam proprio lotio perlueret.

didit invectivas. Apologiam edidit pro S. Theophobio *Themistius*; *Nicias* monachus Philoponi deliramenta oppugnavit; aliquas SS. Vitas conscripsit *Jonas* Hibernus; *Cosmopoeiam* carmine jambico exposuit *Georgius* Nicomediensis; de Dagoberto rege disseruit *Audænus* Suessionensis; pœnitentiale, opus omnibus pœnitentiæ casibus accommodatum, elucubravit *Theodorus* tarsensis monachus; de adventu Christi, de origine mortis, de animarum receptaculis, extremoque judicio pertractavit *Julianus Pomerius* Toletanus, et concordiam canonum exeunte sæculo concinnavit *Cresconius* episcopus africanus.

CAPUT V.

SÆCULI VII AUGUSTI PRINCIPES ATQUE VIRI QUIDAM SANCTISSIMI.

Mauricio interfecto anno 602, die 23 novembris, imperium arripuit *Phocas* in Thracia obscuro genere ortus. A quo nil memoria dignum patratum est, nisi quod romanæ Ecclesiæ agnovit, firmavitque primatum. Tantæ enim ignaviæ et libidini se dedit, ut *Cosrhoes*, rex Persarum, in illum irruens, quasi *Mauricii* mortem vindicaturus, facile expugnaverit *Chalcedonem*, sitam e regione Constantinopolis. Reges quoque alii ob imperatoris desidiam lacerarunt imperium. Quare ipsi constantinopolitani cives captum *Phocam* adduxerunt ad *Heraclium* urbem eam obsidentem, atque omni affectus ignominia, in ipsa, qua *Heraclius* vehebatur navicula, truncatus est capite, anno 610, sui principatus 8¹.

Concurrit cum anno ær. chr. 617. De ipso tamen *Philopono* vide not. 3 ad caput in præcedentis sæculi VI.

¹ *Phocæ* nomen recte huic Cæsari convenit ob genus obscurum, ob immanitatem, ob vitæ turpitudinem. *Phocæ* enim marinæ sunt monstra, de quibus in tertio *Georgicorum* *Virgilius* :

Littore in extremo, ceu naufraga corpora fluctus,
Proluit, insolitæ fugiunt in flumina phocæ.

Et libro quarto :

Quippe ita Neptuno visum est, immania cujus
Armenta, et turpes pascit sub gurgite phocæ.

In nummis tamen hujus imperatoris nomen invenitur absque inspiratione

Phoca imperante, Antiochiæ Syriæ metropolis seditione commota, Judæi mactarunt ingentem fidelium numerum, excarnificato etiam sanctissimo patriarcha *Anastasio*. Sub *Cosrhoe*, Persarum rege, martyrium subiit *Anastasius* alter monachus, laudatus in Actis concilii II nicæni, in fluentia demersis monachis aliis LXX. Ciennæ item in Galliis, jubente *Theodorico* lapidibus obrutus est *Desiderius* episcopus, quoniam prolata sententia illa apostolica I Corinth. vii, *melius est nubere, quam uri*, id ægre tulerat regis concubina *Brunechildes*.

Post *Phocam* imperium tenuit *Heraclius* annis 31, ex hydrope extinctus anno 641, undecima die martii. Filius fuit *Heracleonæ*, præfecti *Africæ* et addictus *monothelitis*; de ejus enim *Ecthesi* dictum est supra ¹. *Heraclius* *Cosrhoem* multis elatum victoriis (debellerat enim anno 614 *Jerosolymam*, sublata inde cum omni ecclesiastica suppellectili dominica *Cruce*, ac postea *Ægyptum*, *Alexandriam* et *Libyam* diripuerat) anno 623 insigni victoria prostravit, coegitque e *Gazza* discedere. A proprio filio *Syroe* *Cosrhoe* deturbatus est solio, tetroque carceri anno 628 inclusus et spiculis toto corpore lanceinatus. Inita inter *Syroem* et *Heraclium* pace, *Crux* salvifica recuperata est, et anno 629 in priori loco recondita. Eodem anno *Heraclius* jussit, ut *Judæi*

Focas. Uxorem habuit *Leontiam* nomine, ex qua suscepit filiam *Domnenciam*, connubio junctam *Prisco*, patricio constantinopolitano. *Narsetem* *Persis* formidolosum jussit vivum cremari; prætorianos milites convicia in illum jactantes, partim obruncavit, partim demersit in mare, partim carceri inclusit. Antequam jubente *Heraclio* caput illi amputaretur, ob multorum conjuges adulterio pollutas, exsecta ei fuerunt virilia. Lege *Cedrenum* et *Zonaram*.

Seditio *Judæorum*, qui Antiochiæ permultos christianorum interfecerunt, contigit paulo ante obitum *Phocæ* anno 610. At misso Antiochiam exercitu, *Judæi* seditionis et crudelitatis suæ vel perempti, vel mutilati, vel ejecti condignas pœnas tulerunt.

¹ *Heraclio* duæ fuerunt uxores, *Fabia*, quam mutato nomine appellavit *Eudociam*, ex qua suscepit *Epiphaniam* et *Heraclium* Juniorem, quem nominavit *Augustum*, eique indidit nomen *Constantini*, et *Fabia* defuncta, uxorem duxit *Martinam*, filiam fratris sui, insignis pulchritudinis fœminam, quæ illi plures peperit liberos. Verum propter incestas has nuptias, ut scribunt *Nicephorus* et *Evagrius*, creditum est hanc ei pœnam fuisse illatam, ut priapismo laborans sursum mingeret, faciemque suam proprio lotio perlueret.

omnes Jerosolymis ejicerentur, nec auderent illuc ad tria accedere miliaria, et Ecclesias insuper a Cosrhoë traditas in Syria nestorianis, ut redderentur catholicis imperavit; his utique nominibus magnopere commendandus.

Occupata a Persis Palæstina et expugnatis anno 614 Jerosolymis, martyrio affecti clerici omnes, monachi et virgines. Reliqui fideles captivi ducti, quorum Judæi nonaginta millia necarunt. Floruerunt interea temporis sanctitate *Eustasius*, *Deicola*, aliique discipuli S. Columbani, e cujus monasterio luxoviensi, in Gallia Belgica, quinque sanctissimi episcopi hoc eodem tempore prodierunt.

Trium, qui subsecuti sunt, Augustorum infelix imperium. Nam *Constantinus III*, Heraclii filius, qui anno 642 successit patri, quarto imperii mense veneno sublatus est a Martina noverca, ut imperaret hujus filius, *Heracleonas*. At is quoque, nondum sexto mense transacto, ineptus ad rempublicam administrandam, dejectus est, illi naribus senatusconsulto recisis ac matri lingua amputata. *Heraclius Constans II*, filius Constantini III et Gregoriæ, imperavit quidem ultra annos 26; sed monothelitis adhæsit, cum Saracenis in Oriente et cum Longobardis in Italia adverso fato pugnavit, atque iracundus, suisque exosus Syracusis in balneo, situla ipsius capiti impacta, occisus fuit anno 668, die julii 15¹. Quemadmodum moribus ac pietate,

¹ Martinam, ut Constantino privigno suo propinaret venenum, impulerunt libido regnandi cum filio Heracleona et improba Pyrrhi Constantinopolitani, aliorumque monothelitarum consilia. *Heracleonas* itaque eodem anno 641 ad thronum fraude, ac violentia conscendit; matri lingua præcisa, ne oratione aliquem ad commiserationem flecteret, filioque naribus mutilato, ut cunctis esset horrore, in Cappadociam relegati ambo fuerunt. Præcitato anno 641 et Heracleona imperante, a Saracenis, qui post diurnam obsidionem expugnarunt Cæsaream Palæstinæ urbem, obruncata fuisse septem millia christianorum tradunt Zonaras, Cedrenus, Paulus Diaconus, alii. *Constans II*, sive *Heraclius Constans*, successor Heracleonæ, matrem habuit filiam viri celeberrimi Nicetæ, Gregoriam, cum plurimis diximus. Quidam Anastasiam appellant. Constans, cum non ferret fratrem Theodosium consortem imperii, primum jussit ut initaretur diaconatu, deinde illum occidit. Theodosius frequenter in habitu diaconi apparens per quietem fratricidæ, calicem ferens plenum sanguine, ac dicens: *Bibe, frater*, eum adeo perterrefecit, ut non posset diu in

ita bellorum eventu felicior fuit Constante filius *Constantinus IV*, cognomento *Pogonatus*, quod illi nomen accessit, quoniam Constantinopoli in Siciliam profectus ætate primæ lanuginis, redierat barbatus; *barba* enim græce dicitur *πίγωνα*. Mizizium tyrannum, cujus insidiis Syracusis percussus genitor fuerat, e medio sustulit. Saracenos, qui fere septem annis obsederant Constantinopolim ingenti ac formidabili classe, invictè repulit, iniitque cum Bulgaris pacem, concessa eis Mysia Asiæ regione, appellata posthac *Bulgaria*. Major tamen gloria Constantini, quod indicto anno 680, generali concilio, pacem Ecclesiæ, damnatis monothelitis, restituit. Naturali autem fato extinctus est anno imperii 17, ær. vulg. 685, mense septembris.

Horum annorum decursu fama sanctitatis inclaruerunt *Paulinus* episcopus Eboracensis in Anglia, qui obiit anno 644; *Emmeranus* Ratisponensis martyrio coronatus anno 653, quo anno quidam tradunt corpus S. Benedicti ab Aigulpho monacho translatum fuisse Floriacum; *S. Eugenius* Toletanus, vita functus anno 657; *Eligijs* episcopus Noviomi, qui obiit anno 658; regina *Bathildes*, quæ obiit anno 680¹.

eadem urbe persistere. Non solum S. Martinum romanum pontificem, verum etiam *S. Maximum* cum duobus discipulis, manu et lingua truncatum, quoniam adversabatur monothelitis, relegavit Chersonam. Obiit S. Maximus apud Alanos an. 662, die 13 augusti, hora transitus sui prænuntiata. Vide cap. IV Constantini *Pogonati* filii Constantis; quo nomine appellata sit mater, hactenus ignoratur.

¹ Alii permulti sanctitate clarissimi sæculo VII ad cœlestem patriam migrarunt. Nam Nivigiliæ in Brabantia obiit anno 664, XVI kal. aprilis, *Gertrudes* virgo, clarissimo genere orta et relata in sanctorum classem decreto Honorii papæ III. Baronius refert in not. ad Martyrologium romanum, III nonas septembris, circa annum 660 martyrium *Aigulphi*, aliorumque monachorum lirinensium, qui præcisis linguis, oculisque effossis obruncati sunt gladio. Sigebertus illos passos fuisse ait anno 651. Kalendis decembris colitur memoria *S. Eligijs* episcopi Noviomi in Belgio, cujus vitam descripsit S. Audænus, antistes rothomagensis. Idem *Audænus* decessit anno 696, juxta Chronicum Adonis, juxta Sigebertum vero an. 690. Colitur in Martyrologiis IX kal. septembris, *Kilianus* monachus hibernus et Francorum apostolus, cujus vitam describit Surius, a Geita, aut Geila uxore Gosberti, Franconiæ ducis, an. 689, cum duobus sociis Herbipoli, vulgo *Wurtzburg*, cæsus est. Sedente Sergio romano pontifice, ad eum invisendum *Cedualam* regem occidentalium Saxonum, et sacro

Post Constantinum *Pogonatum* renunciatus est imperator illius filius *Justinianus II*, patri dissimilis. Is prælio a Saracenis devictus, a *Leontio* Isauro dejectus, naso mutilatus et in Chersonesum relegatus fuit, dictus propterea est *ῥινότμητος*, a *ῥίς*, *nasus*, et *τέμνω*, *seco*. Eidem *Leontio*, qui anno 695 Justiniano imperium eripuit, nasus pariter a *Tiberio Absimaro* recisus fuit anno imperii ejus tertio, ær. com. 698. Leontio ablegato in Dalmatiam, occupavit imperium *Absimarus*, qui anno imperii septimo, Ch. 705, a Justiniano Rinotmeto captus et occisus est, ipso *Justiniano* imperium a Leontio sibi ablatum repente.

Decoravit autem hanc postremam sæculi partem pretiosa mors plurimorum sanctorum, ut an. 679 *Amandi* episcopi trajectini, et regis ac martyris *Dagoberti*; an. 680 *Agilberti* parisiensis antistitis; an. 682 *Joannis* episcopi ac martyris Bergomensis; anno 688 *Lamberti* Lugdunensis; anno 690 *Juliani* Toletani, et an. 698 *Theodori* episcopi cantuariensis.

CAPUT VI.

SÆCULI VII DOCTRINA ET DISCIPLINA.

Quomodo duas in Christo naturas contra eutychianos, ita duas voluntates, duasque operationes adversus monothelitas, definiente Ecclesia, fateamur oportet; persistente enim in eadem hypostasi duplici natura impermixta, permaneant utriusque proprietates necessum est. Sacramentaria autem, libri liturgici et canones pœnitentiales avitam de Eucharistia, de sacrificio missæ, de pœnitentiæ sacramento, fidem nostram corroborarunt. In ea, quam adsumpserat, humana natura, Dominum a mortuis surrexisse et adscendisse in cœlum, nefas est hæsitare; licere autem unicuique Scripturam divinam pro libito interpretari, ut autumant novatores jactantes privati spiritus energiam, soli aiebant sæculo septimo *Parermineutæ*.

ablutum baptisate mox sancto fine quievissse, anno præcitato ab Incarnatione Domini sexcentesimo octuagesimo nono, narrat libro V *Historiæ Anglorum* Venerabilis Beda.

Propagatum institutum monasticum et sanctimonialium erecta cœnobita, sanctorum virorum *Amandi*, *Galli*, aliorumque studio. Vetitum clericis habitum deferre laicorum et episcopis non urgente necessitate de una ad sedem aliam transire. Immunitas Ecclesiis et monasteriis a Galliarum regibus confirmata. *Melchitæ* in Oriente sunt appellati catholici, eutychianis et monothelitis oppositi; in Hispania vero, qui debebat sub Arabum dominatu, *Mosarabes*. Alii a *Muza* Arabum duce, alii a *Musa*, quo vocabulo Arabes christianum significant, prædictum nomen arcessunt; *Mixtarabes* quoque dicuntur. Horum divinum officium *mosarabicum* nuncupatur, dispositum a S. Isidoro Hispanensi; obtinuitque in Hispania usque ad tempora Alphonsi VI et S. Gregorii VII, ad annum nempe ær. hispanicæ 1109, imo diutius in sex toletanæ civitatis paræciis et Salmanticæ item servatum fuit, posteaquam Hispaniarum Ecclesiæ ritus receperunt Romanos.

Sedente in Petri cathedra Honorio I et Heraclio in Oriente imperante, Saxones occidentales a cultu idolorum ad christianam religionem conversi sunt a *Berino*, quem ad illis Evangelium prædicandum misit idem Honorius. Baptismum susceperunt una cum rege suo *Cunegildo*. Rex quoque Anglorum *Eduinus* baptizatus est cum subditis suis plurimis a sancto episcopo *Paulino*, anno Christi 627. Legatur Ven. Beda lib. II *Hist. Angl.*, cap. xiv et xvi. Opera S. *Columbani*, hujusque discipulorum delatum fuit Christi nomen ad Suevos, Francos, Helvetos, Batavos, Frisios, Westphalos. Enituit in hoc opere pietas ac doctrina sanctissimorum virorum, *Galli*, de quo *Walafridus Strabo* et *Joannes Mabillonius*; *Villibrordi*, de quo idem *Mabillon* et *Alcuinus*; *Kiliani*, de quo *Henricus Canisius*, et *Joan. Petrus de Ludewix*. Cautè de his legendus *Moshemius* parte I hujus sæculi, cap. 1, t. IV.

APPENDIX.

DE EXTERNIS REBUS.

Langobardicum in Italia ita continuatum est regnum. Post Agilulphum principatum anno 616 *Ardowaldus* cum matre *Theodelinda* cœpit administrare; anno 626 maritus *Gundebergæ Ariobaldus*; an. 628 *Rotharis* arianus; an. 634 *Rodoaldus* eadem hæresi infectus; an. 659 pius et catholicus *Aribertus*; an. 661 *Gundebertus*; ann. 663 *Grimoaldus*; 673 *Garibaldus*, ac post tres menses *Bertaridus*, atque an. 691 *Cunibertus*.

Regnum in Galliis post Clotarium II indepti sunt, an. 632 *Dagobertus*; 646 *Clodovæus II*; 663 *Clotarius III*; 668 *Childe-ricus II*; 680 *Theodoricus*; 694 *Clodovæus III*, et an. 698 *Childebertus II*.

In Hispania post Recaredum auspicati sunt regnum anno 601 *Liuba II*; 603 *Wittericus*; 610 *Gundemarus*; 612 *Sisebutus*; 621 *Recaredus II*, et post paucos menses *Svinthila*; 631 *Sisenandus*; 636 *Chintila*; 640 *Tulca*¹; 642 *Chindasiuntus*; 646 *Recisvindus*; 672 *Wamba*; 680 *Ervigius*; 687 *Egicanes* aut *Egica*.

His regibus recensitis, ad Saracenos christianorum infensissimos hostes, invita licet Minerva, stylum convertens, aliqua minus notanda prætereo, ut pestilentiam grassatam Romæ initio sæculi et Gregorio Magno superstite, Saxones, cruento bello, anno 630 superatos a Francis, extensam sub Rothare anno 646, et sequentibus a Luna Thuseiæ urbe usque ad Francorum fines langobardici regni amplitudinem, et cæsos ab eodem rege Romanos et Ravennates. Quid ergo de Saracenis? Horum qui nomen trahunt a civitate Arabiæ *Saraca*, ducem se constituit *Mahomet*, seu *Mahumedes*, pseudo-propheta, anno 623, posteaquam superiori anno 622 ex urbe Mecha, antiquis Marraba, fuerat ejectus; a quo tempore sub-

¹ Sive *Tulgos*, *Wamba*, seu *Bamba*, inauguratus rex post *Recisvindum*, vel, ut quidam scribunt, *Recesvinthum* anno 672, die prima septembris, monasticum vitæ genus amplexus est, eique successit *Ervigius* anno 680, die octobris decima quarta.

ducitur *Hegira*, epocha nempe Turcarum, ita a Mahometis fuga appellata. Prædo ille ac seductor in lucem editus anno 568¹, patre *Abdalla* cœpit an. 608 seipsum venditare pro-

¹ Alibi legimus ortum *Mahometem* anno 570, die 5 maii. Ita etiam *Voltaire* tom. XI, pag. 36. Initio *Historiæ Saracenorum* Simonis Ockey natus dicitur « l'an cinq cent soixante et douze de Jésus-Christ, la quarante deuxième » année de Cosroès, surnommé *Anouschirvan*, et la quatrième de l'empire » de Justin le Jeune. » At annus quartus Justini, qui ad imperium evectus est anno 365 ær. Christi, incidit in annum 568.

Mahometis pater *Abdalla* a plerisque ethnicus, mater *Emina* judæa dicitur. Pueritiam ejus, defuncto patre, *Abutaleb* patruus curavit. Ortum scriptores arabes aiunt ex tribu, quam ipsi appellant *Coreischitarum*. Cur natum dixerim anno 568 nuper rationem protuli. At *Threherus* anno 360, *Pfeiffer* anno 577, *Herpenius* anno 580, *Reiskius* anno 572, die 22 mensis nisan. Mulierem Assiriam, *Chadijaab* nomine, cujus camelorum ductor erat, sui captam amore *Mahometes* duxit uxorem. Vidua hæc erat prædicitis mercatoris ismaelitæ *Abdimonephi*. Absurdissima sunt quæ nonnulli tradunt de *Mahumete* apud *Thomam Ittigium* de hæresibus ævi apostolici, fuisse illum Nicolaum diaconum, a quo denominati fuerunt hæretici *nicolaitæ*, aut fuisse S. romanæ Ecclesiæ cardinalem; quam opinionem Ittigius tribuit *Benvenuto Imolensi* in suis ad *Comædiam* *Dantis* commentariis. *Dantes* *Mahometem* commemorat in *Inferno* cantu xxviii. Neque apud poetam, neque apud *Landinum* et *Vellutellum* tanta legitur impostura. Miror id effutiisse *Imolensem*, si effutiit tamen. Tolerabilior est, licet falsa, opinio illorum qui tenent *Mahometem* esse *Antichristum*. Quamquam enim hoc illi nomen conveniat ampliori illa significatione, qua *Antichristos* multos esse ait *Joannes* epistola I, cap. ii, 18, non est tamen seductor ille, homo peccati et filius perditionis, sese extollens super omne, quod dicitur *Deus*, et venturus ante diem Domini, prænuntiatus et descriptus in II *Pauli* ad *Thessalonicenses* epistola, capite ii, 3. Longe deterior, inutilis et execrabilis est assertio quorundam *Saracenorum*, quos non pudet asserere *Mahometem* esse *Paracletum* a *Christo* promissum in *Evangelio* *Joannis*, capite xiv, 16, et capite xv, 26, ibique ab evangelista expressum fuisse nomen *Mahometis*, sed exemplaria omnia, præter unum, vel alterum, christianorum dolo fuisse corrupta. Cujus mendacii, apertissimi quidem (nam et multi ante *Mahometis* tempora *Evangelium* *Joannis* exscripserunt et explanarunt, quorum nullus *Mahometem* istum commemoravit, et fieri non potuit ut christianorum fraude et conspiratione tot, ac tanta sacrosancti *Evangelii* corrumpentur ubique gentium volumina) unum producant ignotum prorsus, obscurissimum testem, nescio quem *Al-Celencium*. Id narrat in *Specimine hist. Arabum* *Pocokius*, atque in *Dictionario historico et critico*, v. *Mahomet*, *Petrus Bayle*. De *Mahumete*, libro XXV, descript. *Eccl. Petrus Cioffius* :

Rex *Mahometus* Arabs quædam spurcissima legum
Ac sæcem reprobi sensus exponit, apertis

phetam Domini, uxori, quam viduam divitem duxerat, epilepsiæ, qua laborabat, convulsiones fundens esse motus afflante numine concitatos. Ita *Mohammed*, quod Arabum lingua aiunt denotari hominum *desiderium*, ex mosaica et evangelica lege, quæ judæis et christianis arrideret, commentus est religionem, retenta precum, pietatisque specie, quam boni non improbarent, et propositis, quibus improbi allicerentur, carnalibus voluptatibus. Librum postea impostoris scita comprehendentem, et opera Sergii monachi, et quorundam Judæorum conscriptum Arabes patria lingua appellavere *Alcoranum*¹.

Mahomet igitur anno 623 Saracenorum turba collecta suscepit illorum regimen, administravitque usque ad annum 632, quo decessit. Præfuit illo extincto Saracenis *Ebubezer*, quem vocant Arabes *Aboubecre*². Is *Calipha* dici voluit, quam vocem interpretantur *Vices gerentem*. Ebubezere duce undique Saraceni grassabantur; sed illo post biennium mortuo, succedente *Haumare*, vel, ut aiunt, Omar, cœperunt majori furore bacchari. Anno 634 irruentes in Syriam, coegerunt Heraclium, amisso exercitu, provinciam deserere. Occuparunt proximo

Pervertens populos verbis, armisque tuendam
Decernit per regna luem, ut discussio rerum
Absit iniquarum, nulli tentata virorum.
Tandem obit, indigna Mecha tumulatus in urbe.
Quippe superbifico luxu constructa steterunt
Templa sibi, fulvoque auro, gemmaque nitenti.
In mediis corpus templis sublime pependit
Vi tractum occulta apposita magnetis, et arte
Inclusum ferro, sic ut mirabile quiddam
Visa rudi, ac supero non indignissima cultu.

¹ *Alcoranus* vocabulum arabicum idem significat, ac *liber lectionis*; editus arabice, et in persicam linguam translatus. In latinam vertit Petrus Mauricius, abbas cluniacensis, in gallicam vir nobilis Du Ryer; Lehmanus laudat versionem quoque italam et hispanicam. Confutarunt Mahumetis fabulas Euthymius, Joannes Cantacuzenus, Ricardus, cardinalis Cusanus, Ludovicus Marraccius, pluraque de iis Eduardus Pocockius, Georgevitius et Clericus in Notis ad lib. VI Grotii *De verit. relig. christianæ*.

² Mahomet hæredes constituerat filiam suam *Fatimam*, hujusque virum *Aly*, sed procerum ambitio voluntatem quoque pseudoprophetæ parvipendit.

anno Damascus. Anno 635 Jerosolymas cinxerunt obsidione, et anno 637 expugnarunt. Potiti sunt an. 638 Antiochiæ, et in sequente anno subegerunt Mesopotamiam. Devicto insuper anno 640 Hormisda *Jeздеgird*, rege Persarum, regnum illud universum Saraceni occuparunt; unde ab hoc anno supputari solet magnum eorumdem Saracenorum imperium¹. Nec stetit his limitibus circumscriptum. Etenim Haumarem, qui anno 643 maximis sumptibus templum jerosolymitanum extruxerat Crucis ligno ubique deleto, a foemina occiso², invadentes Africam ad persolvenda sibi vectigalia compulerunt. Contigit id anno 647. Othmen, qui post Haumarem tenuit imperium, anno 648, mille septingentis ratibus totam Cypri insulam circumdedit et in suam redegit potestatem. Irruit anno proximo Saracenorum classis in Siciliam. Ex Africa anno 668 innumeros abduxere captivos, atque e Syracusis 80,000. Vexarunt anno 671 Ciliciam et Lyciam. Anno 685 capta ab iisdem Saracenis et eversa Carthago. Tota Africa anno 690 culpa Justiniani II, qui, violato fœdere antea cum Saracenis inito, istos provocavit ad bellum, et renunciavit pactis induciis, ad hostilem transiit ditionem.

Contrario tamen exitu Saraceni aliquando pugnarunt; enimvero anno 651 invadentes Italiam a Grunoaldo præfecto Samnitum ad interneccionem deleti sunt. Pulsi item anno 657 ab Olympio exarcho e Sicilia, atque anno 699 christianorum

¹ Sublata cum regno Persarum religio *magorum*. Eodem anno 640, hegira 20, subacta Alexandria, principe Saracenorum Haumare, consumpta fuit igne amplissima bibliotheca alexandrina, in qua tanta erat librorum copia, ut iis quatuor mille balneorum aqua calefieret, et ulterius ad sex menses perseveraret combustionis materia. Maluit autem Haumar incendi, quam Joanni grammatico Jacobitæ concedi. Universa tunc Ægyptus venit in Saracenorum potestatem.

² Legi in *Historia Saracenorum* Haumarem occisum anno Ch. 644, hegira 23, a mago quodam captivo Persa, cui nomen *Firouz*, non a foemina. Vide et Pocockium *Hist. Terræ sanctæ*. Regnavit itaque Haumar annis 10. Vossius occisum ait anno 647 a Margarita Persa. Quidam tantam in Saracenis armorum fortunam inde repetunt, quod victos ad mahometanam religionem indiscriminatim admitterent, eaque fere cum omnibus gentibus aliquid habeat commune; id tamen hominum corruptelæ, ac Numinis animadversioni existimo adtribuendum.

exercitus sub Absimaro et Joanne Patricio Samosatam usque profectus occidit Saracenorum 4,000. Frustra imperante Constantino *Pogonato* obsedisit C. P. dictum supra. Intestinis etiam ob mortem *Othmenis* laboraverunt discordiis. Successio autem principum Saracenorum est : cœpit *Mahomet* imperare anno 623 ; *Ebubezer* illorum Arviras eligitur anno 632 ; *Haumar* regnavit ab anno 634 ; huic anno 644, aut 643 desinente, successit *Othmen*, sive *Hothman* ; Calipham, anno 660, sublatus æmulis, se nominavit *Muchavia*¹ ; Arviras deinde an. 682 ejus frater *Gizith* ; principatum huic anno 685 subripuit *Habdallas* tyrannus ; sed electus Arviras *Maruan* ; huic anno 686 suffectus est filius *Hedimelech* ; Habdallæ anno 699 Persis et Armenia subjiciuntur, divisoque imperio intestina bella cessarunt².

Saracenis Syriam vastantibus, *Maronitæ*, ne illorum subderentur dominatui, sibi in Monte Libano, et Phœnicia principem constituerunt, inscio imperatore Constantino IV. *Madaite* idcirco, id est, *rebelles*, nuncupabantur. Contigit id anno Christi 676.

Scriptoribus cap. iv enumeratis addendi sunt aliqui, qui, licet christiani, sæculares tamen litteras excoluerunt. Hujusmodi sunt *Julianus Patricius*, qui edidit *Chronicum*, dictum a Suida σύντομον πάντων βασιλείων, *breve, valde admirabile* ; *Secundus*, ut creditur, *Tridentinus*, qui scripsit de rebus gestis Langobardorum ; *Samuel Beulanus* Scotus, cujus laudatur *Historia itineraria*. Poetis accensendus, præter *Drepanium Florum*, cujus multa extant sacra poemata, *Aldhelmus* in Saxonia abbas et episcopus, de quo illud pervulgatum, *Aldhelmus cecinit millenis versibus odas*. Omnia gentilium testimonia, quibus christiana religio confirmari queat, improbo labore collegit *anonymus* quidam Thebanus, a Photio Cod. 170, atque ab omnibus celebratus, a quibus scriptorum census contextitur.

¹ Narrat Cedrenus incensam ad Cyzicum in Mysia classem Saracenorum a *Callinico* Heliopolitano, invento maritimo igne, quem *Græcum* vocant, hieme anni 604. De *Callinico* autem *Heilbronner* in *Historia Maltheseos*.

² Hanc chronologiam calipharum exscripsimus ex *Epitome* Vosii. Si ab hac aliquando discessimus, certa nos impulerunt munimenta.

OCTAVUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

DE EPISCOPIS ROMANÆ ET CATHOLICÆ ECCLESIE.

Pontifices maximi sæculi VIII *Joannes VI*, *Joannes VII*, *Sisinnius*, *Constantinus*, *S. Gregorius II*, *S. Gregorius III*, *S. Zacharias*, *Stephanus II*, *S. Paulus I*, *Stephanus III*, *Hadrianus I* et *Leo III*.

LXXXVII. Vita itaque functo Sergio I, apostolicæ Ecclesiæ suscepit administrationem anno 701 ad finem vergente *Joannes VI*, natione Græcus. Is Theophylactum exarchum a Tib. Absimaro contra ipsum pontificem ignota de causa missum, a militum et civium furore bona pro malis reddens exemit, et captivos, quos Romanorum ditiones invadens abduxerat princeps Beneventanus Gisulphus, liberali redemit munificentia. Restituit S. Andreae in Vaticano basilicam, templumque S. Marci, post triennium facilem vitæ exitum sortitus anno 705, nona die januarii.

LXXXVIII. Consecratus est pontifex eodem anno *Joannes VII*, et ipse Græcus origine. Rogatus a Justiniano II confirmare noluit canones synodi quinisextæ, a nonnullis reprehensus quod illegitimos non dispunxit a veris. Eo sedente Aribertus II, rex Langobardorum, reddidit romanæ Ecclesiæ Alpes Cottias proximas Pedemontio, a decessoribus suis usurpatas. Nondum exacto pontificatus triennio, decessit anno 707, XVI kalendas novembris¹.

¹ Lego patrem Joannis VII appellatum fuisse *Platonem*, cognomine scilicet præstantissimi illius philosophi, quem Apollodorus apud Diogenem Laertium natum ait olympiade 88, et mortuum scribit Hermippus anno 1 olympiadis 188. Quamquam Plato pater Joannis VII litterarum inscius non fuerit, nulla tamen ratione comparandus fuit Platoni, cujus cognomentum

exercitus sub Absimaro et Joanne Patricio Samosatam usque profectus occidit Saracenorum 4,000. Frustra imperante Constantino *Pogonato* obsedisit C. P. dictum supra. Intestinis etiam ob mortem *Othmenis* laboraverunt discordiis. Successio autem principum Saracenorum est : cœpit *Mahomet* imperare anno 623 ; *Ebubezer* illorum Arviras eligitur anno 632 ; *Haumar* regnavit ab anno 634 ; huic anno 644, aut 643 desinente, successit *Othmen*, sive *Hothman* ; Calipham, anno 660, sublatus æmulis, se nominavit *Muchavia*¹ ; Arviras deinde an. 682 ejus frater *Gizith* ; principatum huic anno 685 subripuit *Habdallas* tyrannus ; sed electus Arviras *Maruan* ; huic anno 686 suffectus est filius *Hedimelech* ; Habdallæ anno 699 Persis et Armenia subjiciuntur, divisoque imperio intestina bella cessarunt².

Saracenis Syriam vastantibus, *Maronitæ*, ne illorum subderentur dominatui, sibi in Monte Libano, et Phœnicia principem constituerunt, inscio imperatore Constantino IV. *Madaite* idcirco, id est, *rebelles*, nuncupabantur. Contigit id anno Christi 676.

Scriptoribus cap. iv enumeratis addendi sunt aliqui, qui, licet christiani, sæculares tamen litteras excoluerunt. Hujusmodi sunt *Julianus Patricius*, qui edidit *Chronicum*, dictum a Suida *ἱστορικὸν πρὸς βασιλέως*, *breve, valde admirabile* ; *Secundus*, ut creditur, *Tridentinus*, qui scripsit de rebus gestis Langobardorum ; *Samuel Beulanus* Scotus, cujus laudatur *Historia itineraria*. Poetis accensendus, præter *Drepanium Florum*, cujus multa extant sacra poemata, *Aldhelmus* in Saxonia abbas et episcopus, de quo illud pervulgatum, *Aldhelmus cecinit millenis versibus odas*. Omnia gentilium testimonia, quibus christiana religio confirmari queat, improbo labore collegit *anonymus* quidam Thebanus, a Photio Cod. 170, atque ab omnibus celebratus, a quibus scriptorum census contextitur.

¹ Narrat Cedrenus incensam ad Cyzicum in Mysia classem Saracenorum a *Callinico* Heliopolitano, invento maritimo igne, quem *Græcum* vocant, hieme anni 604. De *Callinico* autem *Heilbronner* in *Historia Mathereseos*.

² Hanc chronologiam calipharum exscripsimus ex *Epitome* Vosii. Si ab hac aliquando discessimus, certa nos impulerunt munimenta.

OCTAVUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

DE EPISCOPIS ROMANÆ ET CATHOLICÆ ECCLESIE.

Pontifices maximi sæculi VIII *Joannes VI*, *Joannes VII*, *Sisinnius*, *Constantinus*, *S. Gregorius II*, *S. Gregorius III*, *S. Zacharias*, *Stephanus II*, *S. Paulus I*, *Stephanus III*, *Hadrianus I* et *Leo III*.

LXXXVII. Vita itaque functo Sergio I, apostolicæ Ecclesiæ suscepit administrationem anno 701 ad finem vergente *Joannes VI*, natione Græcus. Is Theophylactum exarchum a Tib. Absimaro contra ipsum pontificem ignota de causa missum, a militum et civium furore bona pro malis reddens exemit, et captivos, quos Romanorum ditiones invadens abduxerat princeps Beneventanus Gisulphus, liberali redemit munificentia. Restituit S. Andreae in Vaticano basilicam, templumque S. Marci, post triennium facilem vitæ exitum sortitus anno 705, nona die januarii.

LXXXVIII. Consecratus est pontifex eodem anno *Joannes VII*, et ipse Græcus origine. Rogatus a Justiniano II confirmare noluit canones synodi quinisextæ, a nonnullis reprehensus quod illegitimos non dispunxit a veris. Eo sedente Aribertus II, rex Langobardorum, reddidit romanæ Ecclesiæ Alpes Cottias proximas Pedemontio, a decessoribus suis usurpatas. Nondum exacto pontificatus triennio, decessit anno 707, XVI kalendas novembris¹.

¹ Lego patrem Joannis VII appellatum fuisse *Platonem*, cognomine scilicet præstantissimi illius philosophi, quem Apollodorus apud Diogenem Laertium natum ait olympiade 88, et mortuum scribit Hermippus anno 1 olympiadis 188. Quamquam Plato pater Joannis VII litterarum inscius non fuerit, nulla tamen ratione comparandus fuit Platoni, cujus cognomentum

LXXXIX. At brevior fuit episcopatus *Sisini*, qui ad apostolicum perveniens thronum ex disjunctissima Syriæ regione, tam dira exercebatur arthritide, ut 20 ab electione die, qui fuit septimus februarii, an. 708 conficeretur.

XC. Constantinus in Syria pariter ortus, Sisinio suffectus, illos *Trullanos* canones, qui rectæ fidei non opponuntur, confirmavit; tali honore a Justiniano II, a quo C. P. fuerat accersitus, Nicomediæ exceptus, ut imperator capite coronam gestans illi osculatus sit pedes. Philippico conanti pseudosynodo restituere hæresim monotheliticam invicto restitit animo, obiitque die 8 apr. anno 715.

XCI. Summum deinde sacerdotium obtinuit *S. Gregorius II* ultra 15 annos, e terris discedens idibus februarii anni 731. Ad laudum ejus cumulum accedit, quod strenue pro cultu sanctarum imaginum pugnavit contra Leonem Isaurum, extinxit anglicanum schisma annorum 150 exortum inter Britones et Scotos, innovata de die Paschatis controversia, et a Luitprando rege Langobardorum obtinuit confirmationem donationis Alipium Cottiarum.

XCII. Sanctitate item præclarus fuit *Gregorius III*, qui ab anno 731 usque ad an. 741 summa sapientia et vigilantia gubernavit Ecclesiam, scriptisque et factis, in templis Christi,

habuit, Aristonis filio et philosopho, ut nuper dictum est, præstantissimo, de quo *Timon* versibus latine redditus :

Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat,
Cujus ab ore melos manabat, quale Hecademi
Arbustis lepida modulantur voce cicadæ.

Ven. Baronius ad annum 705 refert, Justinianum II imperatorem a Joanne VII postulasse, ut canones synodi *quinisextæ*, congregato in urbe Roma concilio, ad examen revocaret, et quos invenisset disciplinæ ecclesiasticæ consentientes, cæteris refutatis, confirmaret. At Joannes prædictos canones nec ex parte approbare voluit, nec condemnare. Hæc est causa ob quam ab Anastasio et ab auctore libelli synodici reprehenditur. Videatur Christiani Lupi dissertatio de synodi trullanæ causa, tempore, loco, episcopis et auctoritate; ad quam dissertationem mittunt inquirentem acta pontificum romanorum Franciscus Pagius in *Breviario*, n. 2, in *Joanne VII*, et Antonius Sandinus in *Vitis pontif. rom.*, adnotatione 2 ad vitam ejusdem pontificis.

Deiparæ, sanctorumque imaginibus collocatis, acerrime pugnavit contra iconomachos. Suprema fuit sanctissimo pontifici dies IV ante kal. decembris.

XCIII. Post Gregorium inauguratus pontifex *Zacharias*. Avertit a romana provincia Langobardorum exercitum, sibi que Luitprandi animum maxima prudentia devinxit. Illius auctoritate, aut certe consilio¹, exauctorato Childerico ad regnum inepto, substitutus est Francigenis rex, pater Caroli Magni Pipinus. Evolvit *S. Zacharias* ad superos, annis decem transactis, anno 752 pridie idus martias².

¹ Cum anno 744 sacerdos quidam ignorantia latinæ linguæ in administratione sacramenti baptismatis ita præscriptam formam verborum protulisset: *Baptizo te in nomine Patriæ, et Filii, et Spiritu sancta*, *S. Zacharias* romanus pontifex ratum, validumque baptismum esse declaravit, propterea quod « non errorem introducens, aut hæresim, sed pro sola ignorantia romanæ locutionis infringendo linguam, » sacerdos baptizans ad illum modum fuerit locutus. Vide *Zachariæ* epistolam vi ad Bonifacium episcopum, tom. VI *Conciliarum*, et can. *Retulerunt nuntii tui*, apud Gratianum, de Consecr., dist. iv, num. 86. Retulerant id *Zachariæ* *Virgilius* et *Sidonius*, qui cum revera *S. Bonifacii* non fuerint nuntii, videntur duæ illæ voces *nuntii tui*, additæ a Gratiano. Consimilem formæ mutationem ex ignorantia profectam, non officere baptismatis validitati, asseruit anno 751, ut fertur, *Stephanus II*, quem libro XXXI *De theologicis discipl.*, cap. xiii, diximus, ob subjectam paulo inferius adnotationem.

Negavit *S. Zacharias* dari *antipodas*, vulgarem sententiam secutus, absque ullo prorsus reprehendendo errore, quippe *antipodas* esse postremis temporibus ex Italarum navigationibus evidenter compertum est. Hinc doctissimus *Norisius* occasionem arripuit in *Augustinianis vindictis*, cap. iv, § 8, refellendi *Adamum*, affirmantem dixisse Augustinum « terram non esse rotundam, nullosque dari antipodas. » Quorum primum esse inane *Adami* objectum demonstrat eo loci *Norisius*, quoniam *S. Pater* nullibi negat terræ rotunditatem; alterum vero retundit, quoniam si *Augustinus* existere *antipodas* ignoravit, id ignotum erat, priusquam *Columbus* Ligur argonauta novum orbem adinvenisset. Prætereo autem quæ de terræ figura, rotunda sit, necne, disseruerunt ætate nostra philosophi.

Childerico substitutum regem Pipinum a *Zacharia* contendit Ven. *Belarminus* lib. II *De rom. pontif.*, cap. xvii, et consultationi Francorum *Zachariam* tantum respondisse demonstrare nititur *Joan. Launois* lib. VII, cap. ix *ad Lud. Maræsium*.

² Post obitum *S. Zachariæ* quidam electus est a populo *Stephanus*, et immissus in patriarchatum lateranense, sed quoniam post triduum non ordinatus excessit e vivis, ut sectione 227 narrat *Anastasius*, non solet inter pontifices connumerari.

XCIV. In Stephani II¹ pontificatu amplior evasit principatus romanæ Ecclesiæ. Cum enim armis Aistulphi Langobardorum regis undique premeretur, confugiens ad Pipini auxilia, hunc movit, ut cum exercitu ingressus Italiam cogeret Aistulphum ad restituendum exarchatum, quem occupaverat. Pipinus vero eundem exarchatum, et quidquid Italia armis recuperavit largitus est apostolicæ Sedi. Exegerat Stephanus quinque summi sacerdotii annos, quando VIII kal. maias anno 757 cessit e vita.

XCv. Præfuit deinde Ecclesiæ annis decem *S. Paulus I*, Romanus, qui ab impietate revocare studuit Constantinum *Copronymum*. Theophylactum archidiaconum, quem nonnulli e populo pontificem acclamaverant, redegit in ordinem, pluraque sanctorum corpora transtulit e cœmeteriis in Urbem. Agebat adhuc animam die 28 junii an. 767, cum Constantinus violentia fratris ducis Nepesini audacter pontificatum invasit.

XCVI. Constantino pseudopontifice, et qui huic præter jus fasque subrogatus fuit, Philippo *monacho* extrusis, canonicè anno 768 electus est *Stephanus III*². Damnatum ab eo est constantinopolitanum concilium, in quo reprobatus fuerat sacrarum cultus imaginum; contulit rursus sacrorum ordinum insignia iis, quos initiaverat Constantinus, non tamen, ut visum quibusdam, iteravit ordinationem; septem constituit cardinales episcopos, et excessit e vivis kal. februarii, anno 772.

XCvII. Sedit postea *Hadrianus I*, eruditione et pietate præclarus. Hoc pontifice extinctus est in Italia regnum Langobardorum, celebratum contra iconomachos generale concilium VII, confirmata donatio Pipini, facta romanæ Ecclesiæ a gloriosissimo ejus filio Carolo Magno. Hadrianus agebat an-

¹ Nonnullis III ob præcedentem notam. In Gallias ad Pipinum adiit anno 754, ibique regi coronam imposuit. Extat Ravennæ vetus inscriptio: *Pipinus pius, primus amplificandæ Ecclesiæ viam aperuit, et exarchatum Ravennæ cum amplis...*, deleta sunt reliqua.

² Quibusdam IV, sed in hujus synodo in lucem edita et illustrata a Cajetano Cennio legitur sub initium: « Præsidente ter beatissimo et coangelico Stephano summo pontifice, hujus romanæ urbis Ecclesiæ et universaliter tertio Papa, » etc.

num pontificatus 24 cum naturæ concessit VIII kal. januaras an. 795¹.

XCvIII. Leo III, presbyter R. E., sedit post Hadrianum usque ad annum 816, diemque obitus sui undecimam junii. Carolum Magnum de Ecclesia optime meritum decoravit corona, sacro inunxit oleo, et appellavit *Augustum*, litanias, seu *Rogationes* sancivit, institutas antea a Mamerto episcopo viennensi, ut habetur in Martyrologio romano V idus maii².

¹ Producent quidam hæretici Caroli Magni epistolam maledictis conviciisque plenam adversus *Hadrianum I*, quasi Carolus ægre ferret approbari ab Hadriano synodum septimam, cultumque sacrarum imaginum. Verum Carolus Magnus semper hunc pontificem honore magno prosecutus est. Etenim eo hortante, non semel in Italia cum exercitu advenit, et contra *Desiderium* regem Langobardorum, et contra ducem Beneventanum *Aragisium*, adversus ecclesiasticam ditionem bella parantes. Carolus item Hadriano, ejusque successoribus concessit territorium sabinense. Provolutus etiam ad pedes pontificis, prius illos *osculo contigit, quam se pontifex complectendum ei daret*, ut in libro II *De rebus gestis Francorum* scribit Paulus *Emilius Veronensis*. Vita autem functo Hadriano, Carolus ei carmen concinnavit, in quo hæc leguntur:

Post patrem Carolus lacrymans hæc carmina scripsi:
Tu mihi dulcis amor, te modo plango, Pater.
Tu memor esto mei; sequitur te mens mea semper,
Cum Christo teneas regna beata poli.

Et infra:

Tu memor esto tui nati, Pater optime, posco,
Cum Patre, dic, natus pergat et iste meus.
Oh! pete regna, Pater felix, cœlestia Christi,
Inde tuo precibus auxiliare gregi.

Vide Alani Copi Dialogum V, cap. iv.

² Dum *Leo III* litanias majores Romæ celebraret anno 799, nefarii homines in itinere illum aggressi, inermi fugato populo, injuriis, plagisque affecerunt, erutisque illi oculis, atque lingua præcisa, in media via reliquerunt semivivum, et paulo post detruserunt in carcerem. Fuerunt immanissimi sceleris auctores *Paschalis* Primicerius, et *Campulus* Sacellarius romanæ Ecclesiæ. At Leo divino beneficio sanatus, ambonem conscendens ab objectis criminibus coram universo populo seipsum purgavit. Rem gestam ab Athanasio enarratam referunt ex Græcis Zonaras, Cedrenus, Manasses Constantinus, ex Latinis Hermanus Contractus, Flodoardus, Sigebertus, Theodulphus, Alcuinus. Illos Papirius laudat, Pagius istos. Calvisium addere possum, Brietium, cæterosque complures. Aiunt oculos Leoni fuisse redditos ab apostolorum principe Petro; neque obscure id Theodulphus innuit carmine sexto, lib. III, ubi ait:

CAPUT II.

INDICTA SÆCULO VIII CONCILIA.

Ad hæreses eliminandas ac restituendam, firmandamque collabentem Ecclesiæ disciplinam, plures habiti sunt episcoporum conventus. Enimvero bello, quod sacris imaginibus intulerunt tres Orientis imperatores, *Leo Isaurus*, *Constantinus Copronymus* et *Leo IV*, occurrendum erat sedulo diligenterque. Atque factum id in romana synodo S. Gregorii II anno 726, et in duabus S. Gregorii III an. 731 et 732. Iconomachi tamen anno 754 celebrarunt C. P. numerosissimam synodum 338 episcoporum, Divali Constantini Copronymi et Leonis Augusti con-

Quem furibunda manus spoliavit lumine, lingua,
Vestibus et sacris, ordinibusque piis.
Reddidit hæc Petrus, quæ Judas abstulit alter,
Hic qui confessor, proditor ille Dei est.

Lego tamen apud Papirium pag. 132, 2: « Hadriani defuncti necessarii, populo contra illum concitato, ei læserunt oculos, non tamen ademerunt. Nam ii, quibus mandata erat excæcatio, pepercerunt homini, ejusque miserti extrinsecus oculos læserunt, sed lumine non privarunt. » De lingua item præcisa illic nec verbum quidem. Sed quod narravimus, testimonio comprobatur multorum. Sane Leo dimissus per murum, profectus est in Galliam ad Carolum Magnum. Alcuinus, in carmine *De Leonis profectioe ad Carolum*, refert pontificem illatas sibi commemorasse contumelias et vulnera, regemque magna fuisse permotum admiratione. Ita enim loquitur Alcuinus:

Verbera commemorans, extinctum lumine vultum
Narrat, et absisam liquido de gutture linguam.
Nunc medicante Deo sanatum, etc.

De Carolo autem Alcuinus hæc subjicit:

Exquirat Carolus casus, auditque laborum
Diversos, sceleris populi impia facta stupescit,
Miratur geminas jamdudum luce fenestras
Extinctas, et nunc reparatum lumine vultum,
Truncatamque loqui miratur forcipe linguam.
Alter in alterius configunt lumina vultus.

Carolus Leonem propriæ sedi restituit, atque in sceleris auctores pronunciauit sententiam capitis. Sed ut relegarentur solummodo, petiit, obtinuitque clementissimus pontifex.

vocatam, absolutamque in basilica S. Mariæ in ¹ *Blachernis* VI idus augusti. Qua in synodo adversus sacras imagines conclamatum est, ac illæ undique conquisitæ, abrasæ et incensæ, traditis quoque igni catholicorum libris sanctorumque reliquiis. Hanc propterea pseudosynodum hæretici appellant VII *œcumenicam*.

Etsi vero de sacrarum imaginum cultu frequens episcoporum Galliæ concilium, cui interfuerunt etiam legati S. Pauli I, Rom. P. anno 767 statuerit in gentiliaco agro parisiensi, eundemque cultum confirmaverit an. 769 romana synodus lateranensis, Stephani III comprobatus tamen fuit anno 787 generali concilio congregato, imperantibus Constantino *Porphrogenito* cum matre Irene, instigante Hadriano I, et suadente quoque patriarcha C. P. Tarasio. Incœptum est in C. P. SS. apostolorum æde, sed translatum postea Nicæam, et inchoatum VIII kal. octobris, completumque X kal. novembris. Est ergo hæc synodus, cui præter ingentem SS. monachorum numerum, adfuerunt cum apostolicæ Sedis legatis episcopi 350, constantinopolitana, seu nicæna II *œcumenica VII*. Confirmatum fuit quidquid synodus ista decreverat anno 794 in synodo *francfordiensi* 300 episcoporum habita, adstantibus coram Carolo Magno prælaudati Hadriani legatis ².

¹ *Βλαχέρναι* civitatis constantinopolitanæ suburbium. Incœpta synodus in *Hiericæ* palatio. Appellatur ab heterodoxis immerito *septima synodus œcumenica*.

² Qui negant cultum religiosum sacris imaginibus exhibendum, hunc non approbatum a synodo francfordiensi, sed damnatum potius fuisse affirmant; quod item asserunt de libris *carolinis*. At præstantissimi theologi demonstrant tam in secundo illius concilii canone, quam in hisce libris denegari sanctorum imaginibus cultum *latriæ*, Deo tantummodo, juxta primum præceptum Decalogi, offerendum, inflicto anathemate iis qui sacris imaginibus eandem, ac *deificæ Trinitati*, venerationem impendunt. Quod *œcumenicæ* synodo VII omnino cohærens est, non repugnans. Sunt tamen et de sensu præcitati secundi canonis, et de libris *carolinis*, imo et de librorum istorum auctore, diversæ theologorum, criticorumque sententiæ; quas expendunt fere omnes recentiores, qui *De cultu sacrarum imaginum* pertractant post Bellarminum, Vasquasium, Petavium, Gaspar Juenin, Carolus Vitasse, Nicolaus L'Herminier, Honoratus Tournelly et alii, post tractatum *De Incarnatione*.

Damnata fuit in eadem synodo francfordiensi hæresis *Felicitis* et *Elipandi*, jam ab anno 788 proscrip̄ta in concilio narbonensi, et rursus anno 792 in ratisonensi, postea vero in aquisgranensi an. 799. Sedente insuper Zacharia pontifice, atque, ut fertur, anno 745¹ damnati fuerunt *Aldebertus* et *Clemens* hæretici, et quidem synodali sententia. Hæc autem adversus hæreses.

Spectant ad disciplinam quæ sequuntur. In synodo cloveshoviensi in Anglia anno 742 actum de ecclesiarum immunitate; in vermeriensi diocesis suessionensis anno 752 de cohibendis fornicatione, adulterio et incestu; in compendiensi ejusdem diocesis anno 756 de iisdem criminibus et de gradibus consanguinitatis²; in lipsiensi apud Germanos anno 780 erectæ et constitutæ in Saxonia sedes episcopales; in narbonensi anno 791 illius Ecclesiæ limites definiti; in aquisgranensi an. 797 approbatum Caroli M. Capitulare, atque in romana an. 800 Leo III se purgavit a quibusdam criminibus sibimet objectis.

CAPUT III.

HÆRESSES VIII SÆCULI.

Quanam sint exortæ octavo sæculo hæreses, constat ex capite præcedenti. Prima est iconoclastarum, altera Elipandi et Felicitis, tertia Aldeberti et Clementis. Ac prior explicato nomine statim dignoscitur, iconoclasta enim, sive iconomachus idem sonat, ac *imaginum impugnator*, ab εἰκών, *imago*, et μάχεται, *pugno*. Horum duces Leo Isauricus, Bardanes Joannes, Anastasius, Constantinus Copronymus, Leo Armenus. Omnium tamen primus sacris imaginibus bellum intulisse fertur *Exidus*, rex Arabum, instigante Judæo, nomine *Sarantapehis*; at nulla solet haberi ratio obscuræ hujus iconoclastarum originis. Ad horum castra accesserunt quotquot ad hæc usque tempora in

¹ Sancti Zachariæ duo laudantur concilia, unum an. 743, alterum 745.

² Sedente Stephano III anno 769 celebrata est synodus lateranensis, quam anno 1735 v. Cajetanus Cenni in lucem protulit, addita erudita dissertatione.

sanctorum imagines et reliquias sacrilege conflixerunt. Ἁγόνμαχοι item, ac θεόνμαχοι vocitantur, quoniam contra sanctos et contra Deum summa impietate decertant, sacra monumenta, arasque evertentes¹.

Christum esse Filium adoptivum Dei Patris dogmatizarunt *Elipandus*, episcopus toletanus, et *Felix* Urgelitanus in Hispania Tarraconensi. Fuit horum error surculus hæresis nestorianæ, et præmonstratus a Theodoro Mopsuesteno. Cum enim adoptio sit assumptio in Filium personæ extraneæ, qui Christum Filium Dei adoptivum vocant, in eo hominis profitentur personam adsumptam ad consortium divinæ. Attamen, an Christum cum illo addito, *secundum humanitatem*, appellari queat adoptivus Dei Filius, disputatur in scholis. Elipandum et Felicem, seu potius illorum errorem proscripsit an. 793 Paulinus Aquileiensis; postmodum damnarunt synodi prælaudatæ².

Aldebertus et *Clemens*, Zacharia pontifice, degradati, addiderunt ecclesiasticis precibus ignota spirituum nomina, invocando angelos Uriel, Raguel, Tubuel, Inias, Tubuas, Sabaot et Simiel.

CAPUT IV.

ECCLESIASTICI SCRIPTORES VIII SÆCULI.

Initium ducendum a *Ven. Bedæ*³, nato in districtu Dunelmi Angliæ septentrionalis anno 672, et vita functo, ut fert probabilior opinio, anno 735, sanctimonia, pietate atque omnigena excelluit eruditione. Nam de ratione temporum, de mundi æta-

¹ Adversus sacras imagines nefaria promulgarunt decreta *Leo Isaurus* anno 726 et 730, atque *Constantinus* Copronymus anno 754, coacta pseudo-synodo, de qua supra.

² Præter Alcuinum, de quo infra, pertractarunt de hac secta scriptores enumerati a Joan. Alberio Fabricio, tom. II Biblioth. latinæ mediæ ævi.

³ Dictum *venerabilem* aiunt, quod ejus discipulus, leonino versu ita epigraphium meditatus: *Hæc sunt in fossa Bedæ presbyteris ossa*, torquens se ob syllabarum quantitatem, in somniis admonitus fuerit, ut ita versum emendaret: *Hæc sunt in fossa BEDÆ VENERABILIS OSSA*. At aliam causam ad annum 799 profert *Godeau*.

Damnata fuit in eadem synodo francfordiensi hæresis *Felicitis* et *Elipandi*, jam ab anno 788 proscrip̄ta in concilio narbonensi, et rursus anno 792 in ratisonensi, postea vero in aquisgranensi an. 799. Sedente insuper Zacharia pontifice, atque, ut fertur, anno 745¹ damnati fuerunt *Aldebertus* et *Clemens* hæretici, et quidem synodali sententia. Hæc autem adversus hæreses.

Spectant ad disciplinam quæ sequuntur. In synodo cloveshoviensi in Anglia anno 742 actum de ecclesiarum immunitate; in vermeriensi diocesis suessionensis anno 752 de cohibendis fornicatione, adulterio et incestu; in compendiensi ejusdem diocesis anno 756 de iisdem criminibus et de gradibus consanguinitatis²; in lipsiensi apud Germanos anno 780 erectæ et constitutæ in Saxonia sedes episcopales; in narbonensi anno 791 illius Ecclesiæ limites definiti; in aquisgranensi an. 797 approbatum Caroli M. Capitulare, atque in romana an. 800 Leo III se purgavit a quibusdam criminibus sibimet objectis.

CAPUT III.

HÆRESSES VIII SÆCULI.

Quanam sint exortæ octavo sæculo hæreses, constat ex capite præcedenti. Prima est iconoclastarum, altera Elipandi et Felicitis, tertia Aldeberti et Clementis. Ac prior explicato nomine statim dignoscitur, iconoclasta enim, sive iconomachus idem sonat, ac *imaginum impugnator*, ab εἰκών, *imago*, et μάχεται, *pugno*. Horum duces Leo Isauricus, Bardanes Joannes, Anastasius, Constantinus Copronymus, Leo Armenus. Omnium tamen primus sacris imaginibus bellum intulisse fertur *Exidus*, rex Arabum, instigante Judæo, nomine *Sarantapehis*; at nulla solet haberi ratio obscuræ hujus iconoclastarum originis. Ad horum castra accesserunt quotquot ad hæc usque tempora in

¹ Sancti Zachariæ duo laudantur concilia, unum an. 743, alterum 745.

² Sedente Stephano III anno 769 celebrata est synodus lateranensis, quam anno 1735 v. Cajetanus Cenni in lucem protulit, addita erudita dissertatione.

sanctorum imagines et reliquias sacrilege conflixerunt. Ἀγύμαχοι item, ac θεόμαχοι vocitantur, quoniam contra sanctos et contra Deum summa impietate decertant, sacra monumenta, arasque evertentes¹.

Christum esse Filium adoptivum Dei Patris dogmatizarunt *Elipandus*, episcopus toletanus, et *Felix* Urgelitanus in Hispania Tarraconensi. Fuit horum error surculus hæresis nestorianæ, et præmonstratus a Theodoro Mopsuesteno. Cum enim adoptio sit assumptio in Filium personæ extraneæ, qui Christum Filium Dei adoptivum vocant, in eo hominis profitentur personam adsumptam ad consortium divinæ. Attamen, an Christum cum illo addito, *secundum humanitatem*, appellari queat adoptivus Dei Filius, disputatur in scholis. Elipandum et Felicem, seu potius illorum errorem proscripsit an. 793 Paulinus Aquileiensis; postmodum damnarunt synodi prælaudatæ².

Aldebertus et *Clemens*, Zacharia pontifice, degradati, addiderunt ecclesiasticis precibus ignota spirituum nomina, invocando angelos Uriel, Raguel, Tubuel, Inias, Tubuas, Sabaot et Simiel.

CAPUT IV.

ECCLESIASTICI SCRIPTORES VIII SÆCULI.

Initium ducendum a *Ven. Bedæ*³, nato in districtu Dunelmi Angliæ septentrionalis anno 672, et vita functo, ut fert probabilior opinio, anno 735, sanctimonia, pietate atque omnigena excelluit eruditione. Nam de ratione temporum, de mundi æta-

¹ Adversus sacras imagines nefaria promulgarunt decreta *Leo Isaurus* anno 726 et 730, atque *Constantinus* Copronymus anno 754, coacta pseudo-synodo, de qua supra.

² Præter Alcuinum, de quo infra, pertractarunt de hac secta scriptores enumerati a Joan. Alberio Fabricio, tom. II Biblioth. latinæ mediæ ævi.

³ Dictum *venerabilem* aiunt, quod ejus discipulus, leonino versu ita epitaphium meditatus: *Hac sunt in fossa Bedæ presbyteris ossa*, torquens se ob syllabarum quantitatem, in somniis admonitus fuerit, ut ita versum emendaret: *Hac sunt in fossa BEDÆ VENERABILIS OSSA*. At aliam causam ad annum 799 profert *Godeau*.

tibus, de computo et arithmetiis numeris, de situ locorum sanctorum libri exhibent insignem chronologum, geographum et mathematicum. Ejus vero in theologia, sacrisque litteris peritiam amplissima commentaria, tractatus egregii et homiliae complures demonstrant. Quid in historia valuerit, Historia ecclesiastica gentis Anglorum, Martyrologium et sanctorum Vitæ testantur. Si ignarum existimes astronomiæ, perlege quæ scripsit de argumentis lunæ, de embolismis, de cyclis, de astrolabio, de planetis, de sphaera. Etiam de arte metrica, de partibus orationis, de elementis, de linguis et de oraculis pertractavit, eumque novimus grammaticum, poetam, philosophum, polygraphum.

Consignatur anno 740 mors *S. Germini* patriarchæ C. P., qui Leoni Isaurico, cæterisque iconoclastis invicte restitit. Scripsit de sex synodis œcumenicis, apologiam *S. Gregorii Nyseni* et rerum ecclesiasticarum theoriam. In illum acuunt stylum iconomachi, at colunt inter sanctos IV idus maias Martyrologium romanum et Menologia Græcorum.

Accedit *S. Joannes* monachus, ac presbyter Damascenus, ob eloquentiam vocatus χρυσόφωστος, à χρῶστος, aurum, et φῶστος, fluo. Quamvis interdum nimis fuisse credulus videatur, docte tamen eleganterque conscripsit *De fide orthodoxa*, *De hæresibus*, necnon contra acephalos, seu monophysitas, nestorianos et manichæos, Orationesque sacras stylo perpolito et exculto. Scribendo circa annum 730 applicuit animum, obiitque anno circiter 750; qui enim mortuum affirmarunt sub Theodosio Juniore, enormi 300 annorum peccarunt anachronismo.

Sequitur *Paulus* diaconus aquileiensis, postea cassinensis monachus, qui cum foret cancellarius *Desiderii*, regis Langobardorum, eo devicto, venerat in captivitatem *Caroli Magni*, atque propter nimiam erga *Desiderium* fidem relegatus fuerat in insula maris Adriatici *Diomedæas*. Præter *Historiæ Langobardorum* libros sex, et quatuor alios *De vita S. Gregorii M.*, homilias et opuscula alia, adscribuntur *Paulo Diacono* libri XXIV *Historiæ miscellæ*; sed hæc non unum habet parentem. Lusit etiam versibus in laudem *S. Scholasticæ*, eique tribuitur sono-

rus hymnus *S. Joannis Baptistæ*; *Ut quean tlaxis*, etc. Floruit circa annum 776 ¹.

Vixit eadem ætate *Paulinus* Forojuliensis, ad patriarchatum aquileiensem evectus a *Carolo M.* anno nuper citato 776. Edidit anno 793 contra *Elipandum* librum inscriptum *Sacro syllabum*. Prædicatione Carinthiæ, finitimosque populos perduxit ad Christi fidem, atque in cælum migravit anno 804, die 11 januarii, qua die colitur ipsius memoria in Fastis sanctorum Foro-Julien- sium.

Obiit eodem anno 804, XIV kal. junias, *Flaccus Alcuinus*, Anglus, discipulus *Ven. Bedæ* et diaconus Eboracensis. A *Carolo M.* Palatinæ scholæ præfectus, principem in Galliam, et ad synodum francofordiensem secutus, tandem recepit sese in turo- nense *S. Martini* cœnobium. Strinxit calamum adversus *Felicem Urgelitanum* et *Elipandum*; pertractavit de divinis officiis, riti- busque sacrorum mysteriorum, plura interpretatus est divinæ Scripturæ loca, epistolas edidit plurimas, epigrammata, pœ- mata 272 et carmen heroicum de pontificibus, et sanctis eboracensis Ecclesiæ ².

Percurram breviter reliquos. Conscriptus ab *anonymo* ætate *Gregorii II Liber diurnus* romanorum pontificum, et circa eadem tempora *Ordo romanus* pertractans de divinis officiis ac

¹ Paulum Diaconum decessisse aiunt anno 801.

² Ipsum quoque *Carolus Magnus* scriptoribus ecclesiasticis hujus sæ- culi ad annum 768 adnumerat *Guillelmus Cave*. Recenset *Caroli* epistolas et capitula de re ecclesiastica. Libellum ad *Alcuinum* de sacrificio missæ, et ratione rituum Ecclesiæ, Capitularia, etc. Nititur eo loci *Caveus* auctori suo vindicare libros, qui *carolini* dicuntur, affirmans spurios dici a catho- licis plurimis, ut istorum librorum ictum declinent; nempe quia in his dam- natur synodus VII, et improbatur cultus sanctorum, tamen non idem ju- dicio est omnium communionis nostræ theologorum; sed præfatos libros jubente *Carolo* conscriptos esse fatentur. Nec tamen horum librorum auctoritate labefactari putant fidem catholicæ Ecclesiæ circa imaginum sacrarum cultum, quoniam iisdem libris non cultum *dulix*, sed cultus *latræ* sanctis, horumque imaginibus denegatur. Vide not. ad præcedens caput secundum.

Præter libros a *Caveo* adscriptos *Carolo Magno*, grammaticam ipse con- didit patriæ linguæ, scilicet teutonicæ, leges plures et constitutiones edidit, lib. IV *Annalium* recensitas ab *Aventino*, collegitque et promulgavit *Mu- tinæ* anno 801 edicta, legesque Langobardorum.

ministeriis. *Fredegarius* scholasticus perduxit ad annum 739 chronicum de gestis Francorum, et *Isidorus* episcopus pacensis in Lusitania ad annum 754 chronicum Hispaniarum sub Arabum principatu. *Florus* monachus in diœcesi laodicensi circa annum 760 collegit Acta SS. martyrum, fortasse permixta in Bedæ Martyrologio. *Elias* Cretensis, qui anno 787 interfuit secundæ nicænæ synodo, edidit commentaria in orationes S. Gregorii Nazianzeni. *Theodulphus* episcopus aurelianensis circa finem VIII sæculi elucubravit libros VI carminum et poemata X, notis a Mabillonio illustrata. Condita pariter exeunte sæculi Annalia Francorum *anonymi*, atque a *Turpino* archiepiscopo rhemensi Historia Caroli Magni et Rolandi¹.

CAPUT V.

RECTORES IMPERII, MARTYRUM ALIORUMQUE SANCTORUM PERMULTI.

Tiberio Absimaro occiso anno 705, *Justinianus* *ἰνὸς* recuperavit imperium, regnavitque usque ad annum 711, quo anno interfectus et ipse fuit a *Phileppico* (aliis *Philippicus Bardanes* nuncupatus) Pergamensi, Bardanis filio, eodemmet *Phileppico* Bardane a militibus chersonensibus acclamato. Tiberius quoque filius Justiniani e templo in *Blachernis*, quo confugerat, et ex ara, cujus cornua tenebat, vi extractus, eodem *Phileppico* jubente, immaniter jugulatur. Idem vero tyrannus hæreticus monotheleta, sextæ synodi oppugnator et orthodoxorum implacabilis hostis, irruente in eum patriciorum virorum factione, excæcatus et in carcere detrusus est, anno 713 in vigilia Pentecostes². Imperante autem Justiniano coronatus est martyrio

¹ Obiit Turpinus anno 800; *Tilpinum* rectius dixeris.

² Narrant Cedrenus, Theophanes, Paulus Diaconus et alii *Philippicum* a militibus imperatorem fuisse salutatum, quoniam illos ad rebellionem intolerabili sævitia Justinianus compulerat. Nam cum Absimaro, de quo cap. v præcedentis sæculi, *Leontium* per forum atque theatrum circumductum spectaculo exhibuit in ludis circensibus, pedibus conculcavit et capite abscisso interfecit. Fratrem Absimari *Heraclium*, multosque illi adhærentes, circa urbis C. P. mœnia jussit suspendi; plurimos in mare demergi mandavit, atque prædictæ civitatis antistitem *Gallinicum*, qui

Lambertus trajectensis antistes, a nocentibus, quorum flagitia increpaverat, atque perennem consecuti sunt gloriam sanctissimi episcopi Arvernensis *Bonitus Alvelmus* Schireburgi, Eboraci in Anglia *Walfridus*, *Tetricus* Antissiodori, singuli juxta Fleurium anno 709.

Philippicus successorem habuit *Artemium*, sive *Anastasium II*, qui anno 715 imperium cedens Theodosio III ab exercitu acclamato, coactus est habitum induere monasticum, regiaque discedere ex Urbe. At *Theodosius*, Adramyttenus vocatus a patria Adramyttio, civitate Mysiæ seu Troadis, ut invitus suceperat, ita sponte demisit imperium, convolans anno 717 ad institutum monachorum, una cum filio; in quo vivendi genere dicitur Ephesi vita functus, clarus virtutibus, signisque, inscripta quo conditus fuit tumulo græca dictione *Υγια*, nempe *Sanitas*. Ita evectus ad imperium anno 717 die 25 martii *Leo III* in Isauria, obscuro genere ortus, et scelestissimus iconomachus, extinctus aqua intercute anno 741, dum ageret principatus sui annum 25.

Sub initia imperii Leonis christianorum plurimi in Syria necati fuerunt a Saracenis, permulti etiam in Hispania, quam occupaverant an. 714. In regnum quippe illud ex Africa transmiserant Arabes, hegiræ an. 93, ær. chr. 712, atque anno sequente 713. Mousa, vel *Mouza*, Toletum usque victor pervenit, ubique fidelium cæde cruentus¹. Recruduit Arabum persecutio, ubi agnoverunt christianos anno 718 in montibus

fuerat a partibus Leontii, deposuit e sede, erutisque ocalis relegavit. Quoties vero truncatas emungebat nares, aut gutta aliqua inde fluebat, unum ex Leontii amicis rapi jubebat ad extremum teterrimumque supplicium. Chersonensibus autem devictis anno 710 præcepit, ut omnes necarentur, nulli parcens, nec mulieribus, nec infantibus. Præstantes viri infixi veribus ligneis ad ignem fuerunt assati. *Philippico* imperium prænuntiasset *Joannes* monachus monotheleta, quem propterea ad patriarchatum evexit, dejecto *Cyro*, monothelitarum licet antesignano, nam hunc Justinianus elegerat expulso Gallinico. Idem Joannes cum *Philippico* reprobans sextam synodum anathemate percussus est a *Constantino* romano pontifice.

¹ Migrasse ad superos anno 717 S. *Suibertum*, Saxonum et Frisiorum apostolum, refert quoque in sua Chronologia Calvisius, pag. 693.

Asturiæ regem sibi constituisse Pelagium. *Rigobertus*, episcopus rhemensis *Rupertus*, Salisburgensis, *Meneleus* abbas arvernensis, prope Argentoratum, beato fine quieverunt. Ubi vero Leo imperator ineunte anno 730 promulgavit edictum, ut omnes abjicerent, ac damnarent cultum sacrarum imaginum, nolens ei subscribere S. patriarcha *Germanus* exiit se pallio et in monasterium secessit, *Julianus*, *Marcianus* et alii octo subierunt martyrium, quoniam ægre tulerant dejectam jussu principis iconomachi imaginem SS. Crucifixi, nomine Ἀντιφανήτην. De his rom. Martyrologium V idus augusti. Addenda iis ex vita Stephani Junioris multiplex sanctarum mulierum corona.

Stephanus, quem laudavi nuperrime, Constantinopolim e Palæstina venerat, hortante Germano. Pro sacrarum imaginum veneratione cum *Basilio*, *Petro*, *Andrea* et sodalibus aliis monachis 339, sub Constantino *Copronymo*, subiit martyrium. Adite fastos sanctorum et Menologia ad diem 28 novembris. *Constantinus*, quem ex Marina conjuge suscepit Leo, dictus est κοπρόνομος a κόπρος, *stercus*, et ὄνομα, *nomen*, quoniam dum ablueretur regenerationis lavacro, sacrum fontem fœdavit alvi excrementis. Præstigiis addictissimus, humanarum divinarumque legum contemptor et vix non atheus, naturæ debitum solvit 35 imperii anno, vulg. ær. 775¹. Excepit *Copronymum* filius, quem genuerat ex Irene Atheniensi, *Leo IV* nisi deterior,

¹ *Constantinus Copronymus*, Caballinus quoque vocatus, quoniam stercore equini delectabatur fœtore, monachos pro cultu sacrarum imaginum decertantes Vatiniano, insectatus est odio. Inter cæteros anno 765, in quo coegit subditos, ut jurejurando promitterent execratos se eundem imaginum cultum, affecti martyrio *Antonium*, clarissimi inter monachos nominis. Decreto anno 762 inhibuit, ne quis amplecteretur monasticæ vitæ institutum; atque anno 770 monachos omnes ac moniales Ephesum adire jussit, et ni jungerentur connubio, orbatos oculis deportare in Cyprum et Saracenorū injuriis exponi. Hæc ex Theophane, *Leo IV* imperii et impietatis *Copronymi* hæres, dictus quoque *Cazarus*, matrem habuit *Helenam*, ejusdam Scytharum principis filiam, fœminamque religiosissimam; qua defuncta, duas alias sibi copulavit uxores: *Mariam Armeniam* unam, *Eudoziam* alteram. Uxor Leonis IV *Irenes* fuit mulier Attica, corporisque decore venustissima. Leonem extinctum aiunt Zonaras, Funcius, Blondus, aliique enato illi carbunculo in capite. Ei idcirco quidam consequens epigramma, quasi epitaphium, concinnavit:

certe parenti impietate simillimus. Nam Irenem despectam habuit, atque exosam hoc tantum nomine, quod in ejus cubiculis nonnullas sanctorum imagines offendisset. Ea de causa cædi flagris et in monasterium detrudi mandavit Aulæ proceres, *Jacobum*, *Theophanem*, *Leonem* ac *Thomam*, quorum *Theophanes* loris percussus occubuit martyr. Excessit autem Leo, posteaquam imperaverat quinquennio, die 8 sept. an. 780.

Inter cæteros pro cultu sacrarum imaginum trucidatos, imperante Copronymo, an. 761 obiit verberibus, et altero pede amputato *S. Andreas* monachus Cretensis, nuncupatus καλὸς ἀνδρῆς, a καλὸς, *tugurium*. Machliniæ an. 775 martyrio coronatus est *Rumoldus*, regio ortus genere, et episcopus Dublini in Hibernia. Necatus anno 755 a furentibus cum *Eobano*, aliisque, episcopus moguntinus et Germanorum apostolus *Bonifacius*.

Leoni IV successit in imperio *Constantinus VI*, annos natus 12 sub tutela matris Irenis. Hunc appellant πορφυρογέννητον, vel quod statim in lucem editus obvolutus sit purpura, vel quod genitus in palatio ædificato pro augustis puerperis. Purpura enim et palatium illud πορφυρα græce vocantur. Anno 789 Irenem omni expoliavit auctoritate et cœpit pessime administrare rempublicam. Revocata anno 792 matre ad imperii consortium, odium universorum non declinavit. *Irenes* autem, ut sola imperaret, anno 797 jussit ut filio oculi eruerentur; at post quintum annum deposita est a Græcis, propterea quod aspiraret ad nuptias Caroli Magni, quem anno 800 Leo III redimitum corona declaraverat *augustum*, in solenni die Nativitatis dominicæ¹. Contigit Irenis obitus anno 803, V idus aug.

Æmulus hic patris, rapto diademate sacro
Exornasse comas dicitur ipse suas.
Ergo et sacrilegam mox perevit ultio frontem;
Ustus obit, facto tuberis igne, caput.

¹ *Carolus Magnus*, de quo etiam sæculo proximo, natus est an. 747 prope Moguntiam. Quidam anno 742 natum aiunt. An in arce *Carlsburg*, an in pago *Ingelheim*, incertum est. Patrem habuit Pipinum, cognomento *Brevem*, matrem *Bertham*, sive *Bertradam*. Idem significat *Carolus*, ac *Andreas*, nimirum, virum fortem. Est enim apud Germanos *Karl*, fortis, robustus. Præceptorem habuit in grammaticis Petrum Pisanum, in disciplinis cæte-

Non defuere octavo labente sæculo gloriosi martyres, alique viri sanctitate per celebres. Etenim Frisii anno 755 trucidarunt Bonifacium, Germanorum apostolum. Saraceni anno 796 trucidarunt in Palæstina monachos S. Sabbæ *Joannem, Sergium, Patricium*, cæterosque. Decesserunt item an. 774 *Comerius*, austerus in Brabantia cultor eremi; anno 784 juxta Baronium, sive potius 776, *Gregorius* episcopus trajectensis; anno 780 *Virgilius* antistes Salisburgi, et anno 785 electus primus episcopus verdensis apostolus Saxonum *Suibertus*.

CAPUT VI.

DOGmata VIII SÆCULO CONFIRMATA ET QUÆ VIGEBAT TUNC DISCIPLINA.

Sacrarum imaginum cultus et sanctis horumque reliquiis religiosus honor exhibitus habet, ut liquet ex dictis, conciliorum definitionibus, scriptis Patrum et martyrum sanguine firmitudinem. Unam in Christo personam, unum Dei Filium, et hunc naturalem et proprium, non adoptivum, ut adversus Nestorium definierat Ecclesia, ita fide nunquam variata tradidit contra Felicem et Elipandum. Et Patrem et Filium esse unum

ris Alcuinum, quem laudavi superiori capite quarto. A rerum gestarum magnitudine et gloria cognominatus est *Magnus*. Langobardos, Saxones, Bohemos, Saracenos in Hispania, Hunnos, regemque Daniæ Godefridum bello devicit. Plures erexit episcopatus, auxitque reditibus. Parisiis, Bononiæ, Ticini publicas scholas instituit. Pluribus sacrarum antistitum interfuit synodis. Monasteria construxit amplissima. Edificavit Dresdam ad Albim, munivit Hamburgum, arcesque alias erexit; pontem supra Rhenum strui curavit passuum, ut aiunt, quingentorum; sed idem pons mirabili opere, magnisque sumptibus erectus, spatio annorum decem, anno ante Caroli obitum penitus tribus horis consumptus est flamma. De illius eruditione vide not. præcedentis capitis iv. Inducitur a poeta anonymo ita loquens de semetipso:

Dura quidem pro te, Germania, viribus almis.
Per mare, per terras, varia per climata terræ
Cum duris dure populis, et maxima bella
Confeci; hinc proprio regnum mihi sanguine partum est,
Arma virosque graves per vincula tetra ligatos
Ducens, ad patrios redii sine vulnere lares.
Cæsareum nomen tribuit mihi maxima virtus.

principium Spiritus sancti, ideoque eundem Spiritum ab utroque procedere, docuit quovis Ecclesiæ sæculo theologia et majorum traditio; sedente tamen Leone III cœpit a gallis et hispanis episcopis addi Symbolo constantinopolitano particula *Filioque*. Ut moneremur magno in pretio habenda esse statuta majorum, nec unius vocolæ additamento, dummodo rectæ fidei cohæreat, subverti Ecclesiæ doctrinam; prælaudatus pontifex maximus Symbolum, prout editum fuerat Constantinopoli a 150 Patribus, in scriptum græcis, latinisque litteris, in duabus tabulis argenteis condidit in vaticana principis apostolorum æde.

Habemus formam degradationis illi parum absimilem, quæ describitur 3 p. *Pontificalis* romani, in Constantino C. P. degradato anno 767 in templo S. Sophiæ a Niceta, quemadmodum *restitutionis* ad sacrarum ordinum ministeria, Basilii Ancyran, Theodori Myrensis, atque Theodosii Amoriensis in Phrygia, qui anno 787 iconomachorum abjurantes errorem a patriarcha C. P. Tarasio, cum magna catholicorum lætitia, palam petierunt et solemnem cæremoniam consecuti sunt reconciliationem et episcopatus insignia. Innovati ea occasione fuerunt canones de recipiendis hæreticis, quam pariter formam tradit præcitata p. 3 *Pontificalis*. Abstrusa et ignota angelorum nomina non esse precibus addenda declaravit S. pontifex Zacharias. Baptismum vino a nonnullis collatum reprobatur cum Evangelio Augustinus *Tract. xv in Joannem*; et Stephani II pro eodem baptismo rescriptum censetur suppositivum ac spurium. Detestabili abusu cœperunt in Gallis monasteria deputari VIII sæculo in patrimonium fœminarum. Ferunt a Leone III circa annum 800 celebratam fuisse primam solemnem canonizationem sanctorum, eamque fuisse S. *Suiberti* episcopi, de quo Surius ad diem 2 martii; sed cardinalis Lambertini, postea *Benedictus XIV*, lib. I, cap. vii et cap. viii, demonstrat primam canonizationem solemniter factam fuisse S. *Uldarici* episcopi augustani, peractam a *Joanne XV*. Fidem christianam sæculo VIII susceperunt Hircani et veteres Scythæ, quos modo Tartaros vocant; at hæresi imbutos a Timotheo Nestoriano. *Bonifacius* Anglus, quem alii

Winfredum vocant, Frisios, Thuringos, Hassos, aliorum Germanorum plures convertit ad Christum, archiepiscopus exinde moguntinus et coloniensis creatus, atque, ut diximus, coronatus martyrio. Ætate Caroli M. christianæ religioni nomen dedere *Charas* Sarmata, *Cusidus* et *Cuba*, filii *Chundi* regis Hunnorum, Saxones et Pannoniam, terrasque Suecorum, Gothorumque incolentes. *Telericus* quoque rex Bulgarorum initiatus est christianæ religionis mysteriis¹.

APPENDIX

SIVE EXTERNARUM RERUM MANTISSA.

Cundibertus, Langobardorum rex, decessit anno 703, regnumque obtinuit *Luitbertus*, puer sub *Asprandi* tutela, extinctus post menses VIII. Successit anno 704 *Raimbertus* filius *Gundiberti*, immatura morte post tres menses sublatus. Regnaverunt itaque ab anno 704 *Aribertus II*², ab an. 712 *Asprandus*, ab an. 713 *Luithprandus*, a quo anno 724 corpus C. P. Augustini ingenti pretio a Saracenis redemptum, e Sardinia Ticinum

¹ Plures hoc sæculo factæ sunt sacrarum reliquiarum translationes. Anno quippe 762 corpus *S. Vincentii* martyris ex urbe Valentia, quam occuparunt Saraceni, translatum fuit in promontorium, *S. Vincentii* exinde appellatum. Sancti Patris *Augustini* exuvia, ut proxima dicendum est appendice, Ticinum fuere translata. *S. Huberti* leodiensis episcopi in ampliorem ecclesiam opera Carolomanni anno 771 adsportata fuerunt.

Non solum hoc sæculo amplissima ædificata sunt monasteria, ut verdense anno 708, romanum Græcorum anno 760, et fuldense anno 747; verum etiam abjecta corona prætulere regio paludamento monasticum sagum reges Anglorum *Editredus* anno 703 et *Cæulphus* anno 737, atque ad Cassini asceterium se conferens *Carolomannus* an. 747.

² *Aribertus* rom. pontifici, ut refert Paulus diaconus, donationem Alpium *Cottiarum* confirmavit. Id innuimus capite i. Alpes illas denominatas aiunt a rege *Cottio*, qui vixit Cæsare Augusto Octaviano imperante. Sunt qui Alpes *Collias* et *Apenninos* unam dicunt esse provinciam; quos refellit lib. II, cap. xviii, Paulus Diaconus. Incipere ab Hebriduno oppido Delphinatus, tradit apud Pagium *Itinerarium* burdigalense. A Segusio urbe Pedemontii ducit illarum initium Marcellinus libro XV. A Segusio itidem, vulgo *Susa*, easdem Alpes protrahi usque ad mare Ligusticum, scribit Cluverus lib. II *Geograph.*, cap. xxxii. Comprehendere Genuam et ora ejus maritima, usque ad fines Galliæ, ait Thomassinus, p. 3, lib. I, cap. xxvii, etc.

translatum fuit. Obiit *Luithprandus* an. 744. Regnarunt deinde *Hildebrandus*, *Rachis*, *Aistulphus* et *Desiderius*. *Rachis* regio paludamento prætulit cassinensium monachorum cucullam anno 750. *Aistulphus* anno 752 occupavit exarchatum Ravennæ, qui postea ad R. Ecclesiæ ditionem accessit. Anno 753 Romam cinxit trium mensium obsidione, sed implorante Stephano II Pipini Francorum regis auxilia, coacte pacem inivit. *Desiderius* regnum auspicatus anno 756 immemor initi pacti et armis impetens Hadrianum; hujus nutu *Carolus Magnus* in Italiam adveniens, anno 764 *Desiderium* bello devicit et captum abduxit in Gallias¹. Ita post annos 206 regnum langobardicum extinctum est apud Italos. Inceperat enim anno 568.

Finem habuit et regnum gothicum in Hispania, ubi post *Egicanem* anno 701 regnavit *Vitiza*; deinde 711 *Rodericus*; quo moderante regnum, Saraceni Arabes anno hegiræ 93, Christi 712, ex Africa in Hispanias migrarunt, et magna urbium ac populorum clade, occiso Roderico, Gothisque fugatis, Cordubæ in provincia Bætica principem locarunt sedem. Cum vero Gothi in Hispanias appulerint duce *Ataulpho*, anno 411, permansit regnum illud gothicum annis trecentenis. Attamen christianorum penitus deletus non est principatus. Astures enim anno 718 regem crearunt *Pelagium*, atque hæc est series successorum. Post *Pelagium* anno 736 regnum indeptus est *Favila*; an 738 *Alphonsus I*; anno 756 *Froyla*; 768 *Aurelius*; 773 *Silo*; 783 *Mauregatus* tyrannus; 789 *Veremundus*, et anno 791 *Alphonsus II* cognomento *Castus*. *Mauregatus* cum Saracenis ferit turpissimam, scelestissimamque pactionem solvendi quotannis tributum centum puellarum virginum, quam abrogavit *Alphonsus*².

In Galliarum regno *Childeberto* successit anno 711 *Dagober-*

¹ *Desiderius* romanæ Sedi abstulit Faventiam et Comaclum de exarchatu Ravennæ. Vide Anastasium in *Hadriano I*. Quæ in Marmore viterbiensi de rege *Desiderio* leguntur, putantur esse commentitia et ab Annio conficta.

² Hujusmodi 100 puellarum tributum commentitium esse, ideoque inter aniles amandandum fabellas hodierni communiter scriptores docent. (*Continuatoris adnotatio.*)

Winfredum vocant, Frisios, Thuringos, Hassos, aliorum Germanorum plures convertit ad Christum, archiepiscopus exinde moguntinus et coloniensis creatus, atque, ut diximus, coronatus martyrio. Ætate Caroli M. christianæ religioni nomen dedere *Charas* Sarmata, *Cusidus* et *Cuba*, filii *Chundi* regis Hunnorum, Saxones et Pannoniam, terrasque Suecorum, Gothorumque incolentes. *Telericus* quoque rex Bulgarorum initiatus est christianæ religionis mysteriis¹.

APPENDIX

SIVE EXTERNARUM RERUM MANTISSA.

Cundibertus, Langobardorum rex, decessit anno 703, regnumque obtinuit *Luitbertus*, puer sub *Asprandi* tutela, extinctus post menses VIII. Successit anno 704 *Raimbertus* filius *Gundiberti*, immatura morte post tres menses sublatus. Regnaverunt itaque ab anno 704 *Aribertus II*², ab an. 712 *Asprandus*, ab an. 713 *Luithprandus*, a quo anno 724 corpus C. P. Augustini ingenti pretio a Saracenis redemptum, e Sardinia Ticinum

¹ Plures hoc sæculo factæ sunt sacrarum reliquiarum translationes. Anno quippe 762 corpus *S. Vincentii* martyris ex urbe Valentia, quam occuparunt Saraceni, translatum fuit in promontorium, *S. Vincentii* exinde appellatum. Sancti Patris *Augustini* exuvia, ut proxima dicendum est appendice, Ticinum fuere translata. *S. Huberti* leodiensis episcopi in ampliorem ecclesiam opera Carolomanni anno 771 adsportatæ fuerunt.

Non solum hoc sæculo amplissima ædificata sunt monasteria, ut verdense anno 708, romanum Græcorum anno 760, et fuldense anno 747; verum etiam abjecta corona prætulere regio paludamento monasticum sagum reges Anglorum *Editredus* anno 703 et *Cæulphus* anno 737, atque ad Cassini asceterium se conferens *Carolomannus* an. 747.

² *Aribertus* rom. pontifici, ut refert Paulus diaconus, donationem Alpium *Cottiarum* confirmavit. Id innuimus capite i. Alpes illas denominatas aiunt a rege *Cottio*, qui vixit Cæsare Augusto Octaviano imperante. Sunt qui Alpes *Collias* et *Apenninos* unam dicunt esse provinciam; quos refellit lib. II, cap. xviii, Paulus Diaconus. Incipere ab Hebriduno oppido Delphinatus, tradit apud Pagium *Itinerarium* burdigalense. A Segusio urbe Pedemontii ducit illarum initium Marcellinus libro XV. A Segusio itidem, vulgo *Susa*, easdem Alpes protrahi usque ad mare Ligusticum, scribit Cluverus lib. II *Geograph.*, cap. xxxii. Comprehendere Genuam et ora ejus maritima, usque ad fines Galliæ, ait Thomassinus, p. 3, lib. I, cap. xxvii, etc.

translatum fuit. Obiit *Luithprandus* an. 744. Regnarunt deinde *Hildebrandus*, *Rachis*, *Aistulphus* et *Desiderius*. *Rachis* regio paludamento prætulit cassinensium monachorum cucullam anno 750. *Aistulphus* anno 752 occupavit exarchatum Ravennæ, qui postea ad R. Ecclesiæ ditionem accessit. Anno 753 Romam cinxit trium mensium obsidione, sed implorante Stephano II Pipini Francorum regis auxilia, coacte pacem inivit. *Desiderius* regnum auspicatus anno 756 immemor initi pacti et armis impetens Hadrianum; hujus nutu *Carolus Magnus* in Italiam adveniens, anno 764 *Desiderium* bello devicit et captum abduxit in Gallias¹. Ita post annos 206 regnum langobardicum extinctum est apud Italos. Inceperat enim anno 568.

Finem habuit et regnum gothicum in Hispania, ubi post *Egicanem* anno 701 regnavit *Vitiza*; deinde 711 *Rodericus*; quo moderante regnum, Saraceni Arabes anno hegiræ 93, Christi 712, ex Africa in Hispanias migrarunt, et magna urbium ac populorum clade, occiso Roderico, Gothisque fugatis, Cordubæ in provincia Bætica principem locarunt sedem. Cum vero Gothi in Hispanias appulerint duce *Ataulpho*, anno 411, permansit regnum illud gothicum annis trecentenis. Attamen christianorum penitus deletus non est principatus. Astures enim anno 718 regem crearunt *Pelagium*, atque hæc est series successorum. Post *Pelagium* anno 736 regnum indeptus est *Favila*; an 738 *Alphonsus I*; anno 756 *Froyla*; 768 *Aurelius*; 773 *Silo*; 783 *Mauregatus* tyrannus; 789 *Veremundus*, et anno 791 *Alphonsus II* cognomento *Castus*. *Mauregatus* cum Saracenis ferit turpissimam, scelestissimamque pactionem solvendi quotannis tributum centum puellarum virginum, quam abrogavit *Alphonsus*².

In Galliarum regno *Childeberto* successit anno 711 *Dagober-*

¹ *Desiderius* romanæ Sedi abstulit Faventiam et Comaclum de exarchatu Ravennæ. Vide Anastasium in *Hadriano I*. Quæ in Marmore viterbiensi de rege *Desiderio* leguntur, putantur esse commentitia et ab Annio conficta.

² Hujusmodi 100 puellarum tributum commentitium esse, ideoque inter aniles amandandum fabellas hodierni communiter scriptores docent. (*Continuatoris adnotatio.*)

tus II, nominatus a Sigeberto *Clodovæus*; anno 715 *Chilpericus I*; 721 *Theodoricus II*, filius Dagoberti II; an. 742 *Childericus III* cognomine *Stupidus*¹; 752 *Pipinus* Brevis filius Caroli Martelli, Francorum principis, qui e vivis excessit anno 741, XI kal. nov., tribus relictis filiis, quorum *Carolomannus* Austrasiæ, *Pipinus* Franciæ præfecturam obtinuit, et *Ægidius* electus est archiepiscopus rothomagensis. *Carolomannus* vero anno 747 fortunis omnibus abjectis, primum in monte Soracte, deinde in Cassino vitam exercuit monasticam. Obiit rex *Pipinus*² Parisiis an. 768, duobus filiis regibus relictis *Carolo Magno* Suessionibus et *Carolomanno* altero Novioduni. Hoc tamen anno 771 e vivis sublato, rerum potitus est Carolus Magnus. Natus is erat anno 747, aliis 742. Susceperat expeditionem adversus Arabes dominantes Hispanis, et Pompeiopolim³ in suam redegerat potestatem; quum anno 788 Vascones incolæ regionis Navarræ, inter montes Pyrenæos et flumen Iberum, Caroli exercitum ex insidiis aggressi magnum fortissimorum virorum, inter quos Rollandus, Caroli e sorore nepos, numerum memoranda clade deleverunt⁴. Paulo post Saxones Corolus Magnus bello superavit et ad christianam religionem perduxit. Opera Aleuini et Claudi Clementis instituit anno 791 scholam parisiensem. Quoniam, ut supra diximus, an. 800 in Christi natali a Leone III diadema et *Augusti* nomen accepit, agendum de illo rursus in proximi sæculi imperatoribus.

¹ *Childericus* agebat annum ætatis suæ 17, ineptus regno, in monasterium detrusus; uno tantum anno superstes fuit abdicationi. Electus anno 742, dejectus anno 750. Desiit in illo series regum *Merovingiæ* gentis, quæ regnaverat a Clodovæo hucusque annis 270 ab ejus baptismo computatis.

² Anno 754 *Pipinus* exarchatum Ravennæ romano pontifici dono dedit. Vid. Pagium ad an. 796, num. 41, et ad an. 755, num. 6, et supra cap. I in *Stephano II*.

³ Vulgo Pamplona.

⁴ In Roncisvalle.

Rollando autem, seu Rulando nepoti suo, Carolus M. hoc posuit epitaphium :

Tu patriam repetis, tristi nos orbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lacrymosa dies.
Sed qui lustra geris octo, et binos super annos,
Ereptus terris, justus ad astra redis.

Quid autem de Saracenis, quos diximus irrupisse in Hispanias? Anno 718 duce *Mazalina* Constantinopoli, quam navibus 1,800 obsederant, attrita igne ac tempestatibus illorum classe, coacti sunt re infecta discedere. Anno 725 evocante Eudone Aquitano in Galliam exundantes, cæsi proximo anno fuerunt a Carolo Martello in Gallia celtica. Rediere tamen an. 729 cum liberis et uxoribus in Galliam narbonensem; inde rursus anno 731 a Carolo Martello expulsi. Masalmas, item Saraceni ductor exercitus, aggressus Turcas incolentes tunc Sarmatiam asiaticam, atque ab iisdem fugatus, rursus contra illos progressus est usque ad portas Caspias, sitas in Media, finibusque Parthorum, iterum ad fugiendum coactus. Inter se dissidentibus Saracenis anno 745 feliciter Constantinus Copronymus intulit bellum, atque innumeros occidit in Syria. Turcæ rursus portis Caspiis effusi anno 767 cum Saracenis pugnarunt. Horum Arviras eligitur anno 777 *Mady*, seu *Muhammed*. Is anno 783 in Asiam irrumpens, ad pacem petendam atque solvendum tributum coegit Irenem. Post Muhammedem anno 698 Saraceni Cappadociam et Thraciam vastarunt, coacta rursus Irene pacem suppliciter flagitare. Electus autem, expirante sæculo, Saracenum Arviras *Aaron Rachid*.

Mutationi regnorum, barbarorumque excursionibus, quædam alia accedunt commemoranda. Hujusmodi sunt illatæ a christianis elades Saracenum phalangibus. Enimvero præter ea, quæ diximus de Carolo Martello et Constantino Copronymo, Alphonsus I rex Asturiæ, illos expulit an. 750 e Galliciæ finibus; *Pipinus* anno 752 e Septumanis, sive Occitania; e Gallia narbonensi anno 856, vel juxta Pagium 755. Tunc vero ultra Pyrenæos, quibus Gallia dividitur ab Hispania, compulsi sunt remeare. In memorata *Mazalinæ* vel *Masalmæ* obsidione, pestilentia et fame perierunt Constantinopoli hominum trecenta millia; Mauriani in Africa circa hæc tempora, spreto Evangelio, receperunt Alcoranum; quod scelus admisere nonnulli in Hispania, postquam Arabes interfecerant Rodericum, duo etiam archiepiscopi, ejusdem regis affines, *Oppa* et *Taurisius*. Constantinopoli anno 749 demolientibus iconomachis simulacra

sanctorum, repetitis concussionibus augustorum statuas, ædes et palatia terræmotus confregit. Supra mœnia romanæ urbis anno 791 excreverunt Tibridis undæ ¹.

Præter recensitos cap. v ecclesiasticos scriptores, floruerunt circa finem VIII sæculi historici duo, *Georgius Syncellus* et *Georgius Theophanes*. Συγγελλος nomen erat dignitatis in Græcorum Ecclesiis, et syncelli assistebant secretioribus episcoporum obsequiis. Talis erat Georgii monachi, de quo loquimur, munus, sedente in cathedra C. P. Tarasio. Scripsit autem *Chronicum* ab initio mundi usque ad tempora imp. Maximiani et Maximi. *Theophanes* vero, *Confessor* dictus, quoniam nulla

¹ Non omnia hujus sæculi VIII infortunia narravimus. Anastasius enim refert inundationem Tiberis, quo excrescente supra muros Urbis in humilioribus locis anno 717 domos evertit, vastavit agros ac segetes perdidit. Cedrenus refert hiemem ejusdem anni vehementissimam atque asperrimam, qua per Asiam terra adeo nivibus obducta fuit, ut animantia pleraque ac feræ sylvestres perirent. Ex binis anno 729 apparentibus cometis, quorum alter orientem solem præcedebat, alter vero sequebatur occidentem, futuram ingentem cladem vaticinatus est Beda. Evenerunt anno 746 in Syria terræmotus, quibus corruerunt templa, monasteria et domus, multaque hominum millia extincta sunt, ut historici tradunt; pestilentia, quæ primum invasit Siciliam, deinde cæteras maris insulas, tum Græciam universam, postremo Constantinopolim, ubi lue per triennium grassante, quemadmodum Theophanes refert, cuncta cœmeteria, lacunæ, cisternæ, vineæ etiam et horti, repleta sunt cadaveribus. Syriam rursus ac Mesopotamiam, ut inquit idem historicus, anno 749 adeo excessit, ut aliquæ urbes e propriis sedibus moverentur. Ex dirupta terra prodiisse animal humana voce loquens, tradit idem Theophanes. Sunt qui id referunt ad annum proximum 730. Sæviente iterum anno 756 in urbe Constantinopolis pestilentia, tanta civium copia deperit, ut necessum fuerit undique novos colonos traducere, ne vacua incolis desereretur. Inclementia hiemis anno 763 constrictus est Pontus Euxinus glacie triginta cubitis alta, atque proximo vere ann. 764 per Bosphorum in Propontidem perpulit pontus tam ingentia glaciei fragmina, ut his insisterent plusquam triginta homines, ac tuto veherentur per maris undas. Magdeburgum ad Albim situm, omnesque vicinias anno 789 *Slavi*, Vandalorum genus, devastarunt, omniaque loca in ditionem suam redegerunt usque ad Vistulam, finesque Sarmatiæ. Pestis, quam diximus sævisse anno 746, et duobus sequentibus Constantinopoli, occisione tam dira, ut cadaveribus tumulandis deesset humus, et quæ e Calabria et Sicilia fertur erupisse, ea erat, quam vulgo a signo epidemico appellant *Eubonis*. Bubo autem βοοβων, est glandula inter femur et coxendicem ad latera pubis, aut in illis quibusvis partibus corporis nascens.

ratione adduci potuit a Leone Armenio ad εικονοουδολιαν reprobandam, ab anno 1 Diocletiani 284 usque ad primum ejusdem Leonis, nimirum 813 edidit conciso stylo *Chronographiam*, quam mutila, et pro vitio sæculi rudi interpretatione apposuit historiæ ecclesiasticæ Anastasius Bibliothecarius. *Eginarthus*, sive *Eginhardus*, Caroli Magni cancellarius, ejusdem principis vitam conscripsit ¹. Lusit demum carmine tolerabilis pro sæculi barbarie versificator *Ethelwolphus* Berenicus Anglia, cujus nomen illustris Vossius interpretatur *nobilem Lupum*.

¹ De *Eginarthus* Jacobus Curio et christianus Matthiæ narrant, captum amore *Immæ*, filiæ Caroli Magni et Hildegardis, noctu ad illam accessisse, relictis in nive pedum suorum vestigiis, atque ab eadem compressa *Imma* in suos sublatum humeros, ne detegeretur flagitium, ad locum hospitio proximum fuisse adportatum, elegantissimamque juvenulam per eadem vestigia caute observata, ad proprium rediisse cubiculum; re tamen comperta, ex impressa in nive *Eginarthus* pedum forma, imperatorem consulentem honori filiæ, ac timori *Eginarthus*, quem senatus plenis suffragiis ad acerbissima supplicia damnaverat, huic *Immæ* nuptias, admittentibus omnibus, conciliasse.

NONUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

CONTINUATIO SERIESQUE PONTIFICUM.

In apostolica Petri cathedra sederunt post Leonem III *Stephanus IV*, *S. Paschalis I*, *Eugenius II*, *Valentinus*, *Gregorius IV*, *Sergius II*, *S. Leo IV*, *Benedictus III*, *S. Nicolaus I*, *Hadrianus II*, *Joannes VIII*, *Martinus I*, *Hadrianus III*, *Stephanus V*, *Formosus*, *Bonifacius VI*, *Stephanus VI*, *Romanus*, *Theodorus II*, *Joannes IX* et *Benedictus IV*.

XCIX. *Stephanus IV* a 10 kal. jul. an. 816 usque ad 9 kal. februarias anni 817 pontificis functus est munere. In tam exiguo 7 mensium spatio nominis sui consuluit immortalitati. In Gallias enim proficiscenti occurrit, omnesque detulit honores *Ludovicus Pius*, *F. Caroli M.*, qui ab eodem pontifice *Rhemis* cum regina *Irmingarda* sacram inunctionem, aureum diadema, dignitatemque consecutus est augustalem.

C. Cum eodem *Ludovico* pristina sancivit fœdera, ad pontificiam ditionem et exarchatum ab hostium aggressionibus defendendum, *S. Paschalis I*, qui electus postridie *Stephani* mortem, post annos 7, videlicet anno 824, die febr. 10 immortalitatem est assecutus; posteaquam *Lothario*, filio *Ludovici*, misso Romam a patre, *Langobardici* regni coronam, nomenque *Augusti* contulerat¹.

¹ *S. Paschalis I* *Lothario* coronam imposuit anno 823, die quinta mensis augusti. Inter cœtera pietatis opera, vetustissimam *S. Praxedis* ecclesiam collabentem proximo in loco erexit, ornavitque magnifice. Illic construxit oratorium *S. Zenonis* martyris, collocato ibidem sacro ejusdem corpore, monachos græcos constituit, qui die ac nocte divinas laudes persolverent,

CI. Duos post *S. Paschalem* contentione insanientis populi fuisse electos, *Eugenium* et *Zinzinum*, tradunt historici. *Eugenius* tamen canonice et a majori parte summum sacerdotium indeptus, eo potitus est ad annum usque 827, quo anno, post regiminis sui tertium, sextili mense decessit¹.

CII. Vix *Eugenio* suffectus fuerat *Valentinus*, archidiaconus romanæ Ecclesiæ, cum eodem anno 827, die ab inauguratione sua quadragesimo, abiit ad plures; unde *virgilianum* illud usurpat *Papirius* :

Hunc tantum terris ostendent fata, nec ultra
Esse sinent.

CIII. Reluctantem præ humilitate, romanus clerus ac populus elegit post *Valentinum Gregorium IV*. Ab illo *Ostiensis* civitas, ne pateret incursionibus *Saracenorum*, cincta fuit novis mœnibus. Ut filios *Ludovici Pii*, *Lotharium*, *Pipinum* et *Ludovicum* patri conciliaret, contendit in Galliam. Quoniam rediit re infecta, hunc reditum nonnulli cum *Hincmaro* in litteris ad *Hadrianum II* haud multum commendant. Obiit an. 844, die 29 januarii.

CIV. Ecclesiam deinde gubernavit *Sergius II* *Romanus*, post triennium nondum expletum, sublatu e vivis an. 847, VI kal. februarias. Extinctum aiunt concepto dolore ob direptionem Urbis, factam a *Saracenis*. Eo sedente 28 scalarum gradus, ætate *Constantini M.* e prætorio *Pilati Romam*, ut inquit, advecti, ante basilicam lateranensem fuerunt constructo ædificio dispositi; quos postea *Cælestinus III* ante patriarchium juxta porticum, et *Sixtus V* ante capellam quæ dicitur *Sancta sanctorum*, collocarunt. Quod fabulantur aliqui *Sergium*, eo

ciborium argenteum octingentarum decemque librarum, argenteas item laminas propitiatorium undique tegentes, auri, lapillorumque ornatus, ab *Anastasio* descriptos, splendidissima liberalitate eo loci opposuit. Extat *S. Paschalis* sarcophagum in eadem ecclesia cum inscriptione: *Hic jacet S. Paschalis PP. I*; ac fallitur *Platina* scribens, fuisse sepultum in vaticana *S. Petri* basilica.

¹ *Ven. Baronius* ad an. 824, num 11, ait præcellentem fuisse simplicitate, humilitate, doctrina et eloquentia. Cognominabatur quoque *Pater pauperum*.

quod antea vocaretur *Os Porci*, primum omnium pontificum sibi nomen immutasse, abest procul a vero; nam primus qui voluit alio nomine appellari fuit Joannes XII, inauguratus an. 956, et nominatus ante pontificatum Octavianus.

CV. Sedit post Sergium S. *Leo IV* ultra annos 8 ad beatam evocatus æternitatem, anno 855, die julii 17. Hujus sanctitas pluribus argumentis enituit, maxime cum signo crucis flagrantissimum extinxit incendium, exterminavitque serpentem teterrimum, permultos pestifero halitu corripientem¹.

CVI. Leone IV vita functo, habitis statim comitiis, electus est *Benedictus III* ad summum sacerdotium, paucis deferentibus, et illegitime simul evecto Anastasio, presbytero cardinale, quem S. *Leo IV* e gradu dejecerat, propterea quod a parœcia sua integro quinquennio abfuisset. Verum Anastasio detruso, Benedictus gessit pontificatum usque ad annum 858, quo anno concessit naturæ, VI idus aprilis.

Fuerunt, qui inter Leonem IV et Benedictum III locarunt meretriculam *Joannam papissam*, Martini Poloni, Mariani Scoti, aliorumque producentes testimonia. At cusam fabulam post annum 1278, quo obiit Martinus Polonus, consentiunt cordati omnes auctores. Profecto illam refellit præmissa et communiter recepta chronologia, quæ inter Leonem et Benedictum nullum relinquit locum papissæ. Nec de patria aut nomine audacis mulierculæ consentiunt architecti fabellæ. Græcis etiam non semel redargutis, quoniam patriarchalibus insignibus interdum decorassent eunuchum, nunquam vel a Phocio, vel ab aliis vicissim romanæ cathedræ dedecus, probrumque istud fuit objectum. In vetustiori Martini Poloni Codice regiæ parisiensis bibliothecæ, insertam hanc fabulam, assuta aliena manu laei-

¹ Inter cætera quæ S. Leonis IV comprobant virtutem ac sanctitatem, narratur in ejus vita ab Anastasio Bibliothecario, illum signo crucis extinxisse maximum in Urbe incendium, atque precibus ad Deum fuis exterminasse teterrimum anguem, homines absumentem halitu pestilentissimo. Ferunt fuisse ex illorum genere, qui sibilo serpentes reliquos fugant, peracuta capita, oculosque rubeos, et candidam ad instar diadematis maculam gerentes; unde a Græcis βασιλίσκοι, reguli a Latinis vocantur.

nia, vidit David Blondellus, qui idcirco commentitiam hanc historiolum refutavit. Deesse idem commentum in antiquioribus exemplaribus Mariani Scoti testatur Mireus. De vaticanis Codicibus Anastasii idem tradit oculatus inspector Onuphrius Panvinius, et de chronicis mss. Sigeberti Alanus Copus. At unde nam tam putida fabula emersit? Incertum, an ex obscura fama Joannis VIII, cui ob nimiam mollitudinem, fractumque animum, quo nequivit resistere Photio, attributa fuerit fœminæ nomenclatura; an Joannis IX, quem primarium sacerdotem creavit Theodora, imperiosum Romanis et nobilissimum scortum, an Joannis VII in ferendo judicio circa Trullanos canones nimis timidi et pusillanimis. Sunt qui fabulæ originem referunt ad Thiotam pseudoprophetissam, temporibus Leonis IV damnatam; qui confictam a Valdensibus, qui erutam ex lacibus lutheranorum. Verum ingenue fatendum est, eandem fabellam complures catholicorum ignaviter adoptasse, et plures protestantium illam expunxisse, tametsi quidam propugnare eam pergant, ut hoc ridiculo commento pascant gregarios. Memoravi Blondellum, refutantem papissæ narratiunculas. Adde Courcellium, Boxhornium, Coringium, Viginierium, Gasselium, Caveum, Schookium, aliosque e numero protestantium apud Petrum Bayle in Dictionario, v. *Papesse*. Sed illuc, unde digressi fuimus, revertamur.

CVII. Post Benedictum III inauguratus est pontifex S. *Nicolaus I*, seditque ab anno 858 usque ad annum 867, quo idibus novembris ad cœlestem patriam migravit; ob virtutum decora, ob instituta Bulgarorum, ob defensionem S. Ignatii C. P. et Photii invasoris condemnationem, in generali synodo VIII vere *Magnus* nuncupatus, meritoque comparatus Eliæ, Phinees et Danieli¹.

¹ De S. *Nicolao I* narrant, qui romanorum pontificum res gestas conscribunt, dedisse operam, ut *Lotharius* rex Lotharingæ, filius Lotharii imperatoris, dimissa pellice Waldrada, reciperet legitimam conjugem Teutbergam. Waldrada soror fuit Guntharii, archiepiscopi coloniensis, et Teutberga soror Hugoberti abbatis. Accusata itaque Teutberga de incestu cum fratre Hugoberto, iniqua Guntharii et episcopi trevirensis sententia, a legitima conjuge, et injuste accusata, facto divortio, coacta synodo Aquisgrani

CVIII. Nicolai thronum consecutus et virtutem imitatus est *Hadrianus II*, Nicolaitanus propterea a schismaticis nuncupatus. Nam et Romæ proscrispsit Photium et hujus contra Nicolaum scripta addixit igni, et generale concilium VIII paulo supra laudatum, coegit et confirmavit. Ecclesiæ autem gubernacula, quæ susceperat decimo mense anni 867, simul cum corpore dimisit eodem, aut præcedenti mense, anni 872.

CIX. Substitutus in Hadriani locum *Joannes VIII*. Is necessitatibus cedens, rogante Basilio imperatore, annuit ut Photius Ignatio vita functo sedem C. P. reciperet. Quare Photius aliam synodum contra VIII coegit, eandem VIII synodum cum particula *Filioque* proscrispsit, et cum Joanne firmavit communionem. Post decem annos, nimirum an. 822, XVIII kal. januarias, contigit mors Joannis.

CX. Suffectus Joanni *Marinus* Etruscus, quem aliqui appellarunt Martinum, qui e vita exiit anno 884. Qua die et quo mense, ignoratur ¹.

CXI. Renunciatus tum pontifex *Hadrianus II* Romanus, qui altero pontificatus anno 885, tendens in Galliam, vix transmissis Pado, in morbum incidit, et extinctus, tumulo reconditus est in cœnobio Nonantulæ.

CXII. Post Hadrianum ad summum sacerdotium adscendit *Stephanus V* Romanus ². Ratam is habuit S. Nicolai, et Ha-

anno 862, ac approbante, repudiavit uxorem, sibi que copulavit Waldradam. Actitata causa in concilio metensi anno 863, de quo proximo capite, et lata pro Lothario sententia, S. pontifex Nicolaus, rescissis actis ejusdem concilii, aliud anno 865 in Gallis celebrari mandavit, in quo statutum fuit Lotharium turpiter peccasse. Quare a Nicolao, ut pelleret Waldradam et Teutbergam reciperet, jussus est. Verum rediens ad pellicis amplexus et re ad Nicolaum delata, Lotharius ad se purgandum, adeundi Romam frustra anno 867 licentiam petiit. Hæc ab Hadriano obtenta, illuc se contulit anno 869. Tunc perjurio et horribili execratione, sacra etiam usus synaxi, affirmavit se nunquam post latam a Nicolao sententiam ad Waldradæ accessisse consuetudinem. At perjuri et execrationis suæ pœnam luit. Etenim præcitato anno 869 postquam lætabundus Romæ discesserat, Placentiæ die 8 augusti morte inopinata decessit.

¹ Marianus Scotus et Sigebertus inter Marinum et Hadrianum III intrudunt pontificem *Agapitum*. Commentitius est, et error inde ortus creditur, quod antea Hadrianus *Agapitus* vocaretur.

² Baronius appellandum censet *Stephanum sextum*, et corrigendum

driani II et III sententiam, qua Photium interdixerant communionem; excusavit Marinum, quo sedente ipse Photius fuit restitutus, atque effecit, ut Leo Sapiens, imp. Græcorum, illum detruderet in monasterium. Obiit VI pontificatus sui anno, chr. ær. 891, exeunte septembri.

CXIII. Post Stephanum V electus est *Formosus*, episcopus portuensis. Varia de illo circumferuntur judicia, tum propter ea quæ ei primum contigerant, tum propter ea quæ posthac evenerunt. Formosum enim e gradu dejecerat et in Gallias relegaverat Joannes P. VIII, devinctum juramento se nunquam Romanam, neque ad Ecclesiam suam reversurum. At sedi restituerat suæ et a juramenti vinculo solverat successor Joannis Marinus. Ita potuit summus pontifex renunciari, licet dicatur primus, qui ab alia sede translatus sit ad romanam. Virtutibus ac sapientia plurimum commendatur. Tumultuariam fuisse electionem Formosi, elevante se contra eum Sergio diacono, tradunt aliqui ex Luithprando; ideoque recensent hoc in loco schisma 13 consignandum inferius. Cum a Vidone imperatore res turbarentur Italiæ, Formosus evocavit e Germania Arnulphum regem, a quo capta est Roma, expulsi hostes et imperatum augustum diadema. Id contigit anno 896, quo anno Formosus obiit, pridie nonas aprilis ¹.

existimat illius epitaphium, productum a Manlio. Cur in enumerandis pontificibus, qui vocati fuerunt nomine *Stephani*, varietas occurrat, diximus in Annot. ad *Stephanum II*. Epitaphium illud est:

Hic tumulus quinti sacros continet artus
Præsulis eximii pontificis Stephani,
Bis ternis annis populum qui rexit et Urbem.

¹ De Formoso ita *Flodoardus* apud Mabillon, Sec. 3, Benedict., p. 3:

Præsul hic egregius Formosus laudibus altis
Evehitur, castus, parcus sibi, largus egenis,
Bulgaricæ genti fidei qui semina sparsit,
Delubra destruxit, populum cœlestibus armis
Instruxit, tolerans discrimina plurima, promptus.
Exemplum tribuens, ut sint adversa ferenda,
Et bene viventi metuenda incommoda nulla.

Invento a piscatoribus Formosi cadavere, atque ad vaticanam basilicam deportato, fertur sacras imagines in loculo pontificem positum venerabiliter salutasse. Quod utique si verum est, ejus pietatis ac religionis, necnon

CXIV. Electus post Formosum *Bonifacius VI*, qui sedit tantum diebus 15, atque a nonnullis existimatur violenter intrusus, atque ex pontificum catalogo delendus ¹.

CXV. Stephanus VI, pontifex constitutus potentia Adelberti, Marchionis Tusciæ, Formosum e sepulcro extrahi jussit, eumque ac si vivens fuisset, degradavit, exiit pontificalibus indumentis, digitisque tribus abscissis, in Tiberim jactari præcepit. Cunctos, quos Formosus ordinaverat, gradu proprio depositos, iterum ordinavit. Verum et ipse Stephanus, post annum ac mensem episcopatus, anno 897 in carcerem conjectus fuit et strangulatus ².

CXVI. Abrogavit Stephani contra Formosum acta *Romanus*, electus eodem anno 807, et post 4 menses extinctus sub initio an. 898.

CXVII. Viginti dumtaxat diebus sedit postmodum *Theodorus II*, qui Formosi cadaver in apostolicam tumbam reduci jussit.

legitimi pontificatus argumentum est maximum. Errasse puto Cavisium, qui Formosum obiisse ait *die 14 decembris*. Defunctum *in die sancto Paschatis*, scribunt Contractus, aliique apud Pagium.

¹ Scelestum hominem, apostolicæ Sedis invasorem, a sacris ordinibus degradatum, scribit Ven. Baronius ad annum 897, § 1. Idem Baronius ad an. 904, § 6, tradit hunc Bonifacium damnatum fuisse a Joanne IX. Intrusus fuisse dicitur factione *Sergii*, de quo paulo supra in *Formoso*. Fuit genere Etruscus, obiitque arthritico morbo.

² De Stephano VI ait Flodoardus :

Durus qui nostris, propriis ac durior instat.
Sæva quidem legat vivis, truciora sepultis;
Folconemque minis, Formosum concutit actis.

Fuit *Folco*, seu *Fulco*, archiepiscopus rhemensis, cui R. pontifex Marinus, aut *Martinus II* miserat pallium; Formosus vero amplissima contulerat privilegia, ab eodem Flodoardo descripta. De morte ipsius Stephani hæc prælaudatus Flodoardus :

Visus abhinc meritis dignam incurrisse ruinam,
Captus et ipse, sacraque abjectus Sede, tenebris
Carceris injicitur, vinclisque innectitur atris,
Et suffocatum crudo præmit ultio letho.

Stephanum tamen habuisse probabilem causam aliquam sæviendi in Formosum, vita functum, neque hunc fuisse criminis prorsus expertem, affirmant aliqui cum Joanne Morino, p. 2 *De sacris ordinationibus*.

CXVIII. Tumultuaria deinde electione in locum Theodori, quidam substituere conati sunt Sergium diaconum, sed canonicè renunciatus est, et solemnè ritu consecratus *Joannes IX* Tiburtinus, Sergio dejecto. Cassavit et Joannes acta Stephani VI adversus Formosum, hujusque ratas habuit ordinationes. Vita functus est ineunte mense augusti, anno 900, eique successit *Benedictus IV*.

CAPUT II.

NONI SÆCULI RECENTUR CONCILIA.

Quæ de Formoso paulo supra narravimus, coactis synodis mandata fuerunt executioni. Exhumatum ejus cadaver et projectum in Tiberim a Stephano VI, præhabita an. 897 *romana*, et rursus honorifice sepulcro reconditum anno 898, alia *romana* synodo, a Joanne IX congregata. Fuerunt Romæ aliorum sacerdotum in synodis causæ discussæ. Etenim anno 853 sub Leone IV, synodali judicio 63 episcoporum depositus et damnatus est Anastasius, de quo supra. Depositus item Joannes, Ravennatum episcopus, in *romano* concilio an. 861, sub Nicolao Magno, eodemque pontifice, an. 864, ejectus e gradu Rodoaldus Portuensis, qui apostolicæ Sedis legatus anno præcedente 862 interfuerat concilio *metensi*, et pecunia a Lothario corruptus, approbaverat ejus a Teutberga divortium, postea ab eodem Nicolao I, una cum antesignanis præfatæ metensis synodi episcopis, condemnatum. Vide capite præcedenti adnot. ad Nicolaum. Synodus item *romana* an. 881, sub Joanne VIII, communionem privavit Athanasium episcopum et principem neapolitanum, ob fœdus initum cum Saracenis, junctaque cum eis adversus Italos arma. Alia id genus extra Urbem celebrata fuerunt concilia. *Altinense* an. 802 in provincia aquileiensi, contra Joannem, ducem Venetorum, ob cædem ab eo patratam Joan. patriarchæ gradensis; *constantinopolitanum* an. 806 pro restituendo sacris ministeriis Josepho, quem sacerdotio interdixerat patriarcha Tarasius; *stramiacense* apud Lugdunum an. 836 ad ventilandam causam Agobardi lugdunensis episcopi

et Bernardi Viennensis, qui conjurationis in regem Ludovicum fuerant insimulati.

At quænam in causa S. Ignatii C. P. et Photii sedis ejus invasoris habita fuere concilia? Principio S. Ignatio ad patriarchalem sedem evecto, in *synodo C. P.* anno 854 percussus anathemate et depositus fuit Gregorius Syracusanus, qui electioni ejusdem Ignatii totis lacertis obstiterat. Anno autem 861 jussu Michaelis imp. indicta synodo 318 episcoporum, in locum Ignatii paulo antea depositi opera Bardæ Cæsaris, quem interdixerat ab ecclesiæ ingressu, suffectus est Photius, non repugnantibus legatis apostolicæ Sedis, Zacharia Ananiæ et Rodaldo episcopo portuensi. Qui e Constantinopoli reduces an. 863 romana in synodo, præside Nicolao I, ob male gestam legationem damnati fuerunt, lata etiam sententia adversus Photium, et Ignatii definita restitutione. Rursus anno 868 *romana* in synodo sub Hadriano II, ter dictum est anathema Photio, et proximo anno 869 celebratum est *constantinopolitanum* concilium IV et œcumenicum VIII. Huic subscribere episcopi 109, neque enim admissi fuere qui stabant a partibus Photii, in quem pronuntiatum anathema, subscriptione præsulum firmatum fuit calamis in sacro calice intinctis. Defuncto nihilominus Ignatio, restitutus est Photius; depravato a Basilio imp. animo Joannis VIII et a Photio rursus intruso, coactum est anno 879 concilium aliud *C. P.*, oppositum præcedenti. Istud tanquam œcumenicum jactant græci schismatici et ei interfuisse aiunt episcopos 383. Adfuere et legati Joannis, Photio munera pontificalium ornamentorum deferentes. Rejecta in eo concilio particula *Filioque*, Leo Allatius, alique illud refutarunt.

Ad extirpandas hæreses habiti fuerunt alii episcoporum conventus. Etenim iconomachi rursus damnati fuerunt an. 814 in concilio *C. P.* 270 episcoporum sub patriarcha Nicephoro, quanquam eodem anno iconoclastæ, Nicephoro deposito et substituto Theodoto, pseudosynodo decreverint imagines esse abrogandas. Verum harum cultus restitutus est sub Methodio, altero *concilio* anno 842. Repullulans theopaschitarum hæresis damnata rursus est anno 862 in concilio *romano*, sub Nicolao I,

Prædestinatianorum hæresis una cum Gothescalcho monacho et presbytero, proscripta est an. 848 in synodo *moguntina*, et an. 849 in *carisiaca*¹.

Plura demum concilia pro disciplina ecclesiastica fuerunt congregata, ut sub Carolo Magno *Aquisgrani* anno 802, *Arelate* anno 813, eodemque anno *Rhemis*, *Turonis* et *Cabillone*, atque sub Ludovico Pio *Aquisgrani* anno 816, *Parisiis* anno 824, *Aquisgrani* rursus an. 828, etc.

CAPUT III.

DE HÆRESIBUS EXORTIS SÆCULO IX.

Paucis tertium caput expediam. Etenim de repullulantibus hoc sæculo hæresibus theopaschitarum et iconomachorum, necessum non est plura dicere. De errore et schismate Græcorum, quod maxime invaluit auctore Photio, et de rejecta ab illis particula *Filioque*, pertractatum est supra, Memoravimus quoque Thiotam pseudoprophetissam, quæ audebat asserere diem et horam judicii extremi minime a se ignorari, Moguntia idcirco affectam verberibus et in exilium expulsam; sed malo insanam, quam hæreticam appellare. Prædestinatiana autem hæresis eorum est, qui electionis et reprobationis decreta ita adstruunt, ut necessum sit prædestinatos salvari et damnari reprobos; sed hanc hæresim tradidisse Gothescalchum, non est, ut vulgo dicitur, exploratum.

¹ Hæc tamen hæresis fictitia est. Gothescalchus prædestinationis et gratiæ assertor, plures, clarissimosque patronos ac vindices adinvenit. S. Prudentium, S. Remigium, Florum diaconum, Lupum Ferrariensem, Ratramnum, monachum corbeiensem, et synodum valentinam anni 885, in qua capitula Carisiacæ fuerunt rejecta. Vide Flod. lib. III; Mabil., An. lib. XXX; Fleury, *Hist. eccl.* lib. XLIX, et librum nostrum VI *De th. discipl.*, cap. xiv, ubi de Gothescalcho plura. Vide infra cap. iv. Adverte duo esse distinguenda concilia carisiaca, unum anni 849, in quo primum damnatus est Gothescalchus, alterum anni 853, in quo contra illum edita fuerunt quatuor capitula.

CAPUT IV.

DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS NONI SÆCULI.

Principio eos, qui cum multiplici scientiarum genere fuerint exornati, in sacrarum litterarum studio præsertim locarunt operam, arbitror esse laudandos. Inter quos recenserem lubenter *Claudium* Hispanum, discipulum Felicis Urgelitani, promotum anno 821 a Ludovico Pio ad episcopatum taurinensem; scripsit enim in Vetus ac Novum Testamentum commentaria permulta; nisi contra sacras imagines et cruces debacchatus fuisset, suamque impietatem adversus Theodemirum, pium doctumque abbatem gallicanum, apologetico scripto temere vindicare curasset. Claudio itaque omisso, laudandi occurrunt *Haymo*, *Alcuini* discipulus, qui præter *Breviarium historicum* et tractatum *De Corpore et Sanguine Domini*, commentaria edidit in Psalmos, in Isaiam, in Epistolas Pauli, in Apocalypsim, atque in Evangelia homilias; *Paschasius Radbertus*, qui pariter præter singularem librum *De sacramento Corporis et Sanguinis D. N. J. C.*, et duos *De partu Virginis* libros, Evangelium Matthæi, Psalmum XLIV atque Jeremiæ Threnos libris XXI luculenter exposuit; *Rabanus Maurus*, carmine et soluta oratione clarus, per divinarum Scripturarum amplitudinem longe lateque diffusus; *Bertharius* abbas M. Cassini, ex ejus scriptis superest Opus QQ. in utrumque Testamentum, et *Remigijs* monachus antissiodorensis, a quo conscripti fuerunt commentarii in omnes Psalmos davidicos, in XII posteriores prophetas et in Epistolas Pauli. Quorum *Haymo* obiit anno 853. *Paschasius Radbertus* an. 851. *Rabanus Maurus* an. 856. *Bertharius* a Saracenis mactatus ad aram an. 884, et *Remigijs* decessit circa annum 900.

Paschasius vero, *Haymo* et *Rabanus*, quoniam de sacramento Corporis et Sanguinis Domini egregie pertractarunt, eorum quoque numero, qui Ecclesiæ illustrarunt dogmata, sunt recensendi. Ad quorum classem accessere *Agobardus*, vita functus

anno 840. *Theodorus* Palæstinus pro fide orthodoxa in Bithyniam relegatus anno 883. *Dungalus* monachus S. Dionysii, Parisiensis, cujus mors contigit paulo post annum 830, et *Jonas* episcopus aurelianensis, qui obiit an. 843. Horum autem primus hæresim Felicis et Elipandi, Judæorum pervicaciam et iconomachorum impietatem scriptis exagitavit; reliqui item pro SS. imaginum cultu exercuerunt gloriosa certamina, ac duo præsertim postremo loco memorati, qui refutarunt Claudii Taurinensis apologeticum. Exagitatis hoc sæculo de divina prædestinatione quæstionibus, de his plura conscripserunt *Lupus*, cognomento *Servatus*¹, quem obiisse tradunt paulo post annum 861. *Florus* diaconus lugdunensis, qui Ecclesiæ suæ nomine anno 852 edidit librum de prædestinatione contra Joannem Scotum, cognomine *Erigenam*. Duo item monachi corbeiensis, *Christianus Druthmarus* et *Ratramnus*; nec non *Gothescalchus* monachus orbacensis, qui non ex charismate hanc subiit provinciam, et audiit tanquam Prædestinatus. Personabat horum trium fama circa ann. 840. Acuere contra Gothescalchum calamos *Amulus* Lugdunensis² et *Hincmarus* Rhemensis, aliis quoque lucubrationibus præclarissimus. Ambo adversus Gothescalchum scripserunt circa annum 850. Ad partes tamen Gothescalchi accessisse videntur *S. Prudentius* Treocarum in Gallia episcopus, qui decessit anno 861, et *S. Remigijs* Lugdunensium post Amulum antistes, qui obiit post annum 875, qui acerrime pro veritate divinæ prædestinationis pugnarunt, Hincmari refutarunt capitula, atque hæresim prædestinarianam putarunt esse commentum, hoc nomine infamantium S. P. Augustini doctrinam. *Joannes Erigenas*, et ipse Gothescalchi oppugnator, cujus mentionem feci superius,

¹ Quidam *Lupum Servatum* a Lupo abbate ferrariensi distinguunt. At Baluzius, Sirmondus, Mabillon alique tradunt unum eundemque fuisse.

² *Amulus*, seu *Amolon*, scripsisse dicitur contra epistolam Gothescalchi, sed hanc suppositam censent Mauguinus, alique viri eruditi; tum quia S. Remigijs successor Amuli, Florus et lugdunensis Ecclesia pro Gothescalcho pugnarunt; tum etiam quia fragmenta, quæ a scriptis Gothescalchi supersunt, doctrinam continent directe oppositam erroribus refutatis ab Amulone.

CAPUT IV.

DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS NONI SÆCULI.

Principio eos, qui cum multiplici scientiarum genere fuerint exornati, in sacrarum litterarum studio præsertim locarunt operam, arbitror esse laudandos. Inter quos recenserem lubenter *Claudium* Hispanum, discipulum Felicis Urgelitani, promotum anno 821 a Ludovico Pio ad episcopatum taurinensem; scripsit enim in Vetus ac Novum Testamentum commentaria permulta; nisi contra sacras imagines et cruces debacchatus fuisset, suamque impietatem adversus Theodemirum, pium doctumque abbatem gallicanum, apologetico scripto temere vindicare curasset. Claudio itaque omisso, laudandi occurrunt *Haymo*, *Alcuini* discipulus, qui præter *Breviarium historicum* et tractatum *De Corpore et Sanguine Domini*, commentaria edidit in Psalmos, in Isaiam, in Epistolas Pauli, in Apocalypsim, atque in Evangelia homilias; *Paschasius Radbertus*, qui pariter præter singularem librum *De sacramento Corporis et Sanguinis D. N. J. C.*, et duos *De partu Virginis* libros, Evangelium Matthæi, Psalmum XLIV atque Jeremiæ Threnos libris XXI luculenter exposuit; *Rabanus Maurus*, carmine et soluta oratione clarus, per divinarum Scripturarum amplitudinem longe lateque diffusus; *Bertharius* abbas M. Cassini, ex ejus scriptis superest Opus QQ. in utrumque Testamentum, et *Remigijs* monachus antissiodorensis, a quo conscripti fuerunt commentarii in omnes Psalmos davidicos, in XII posteriores prophetas et in Epistolas Pauli. Quorum *Haymo* obiit anno 853. *Paschasius Radbertus* an. 851. *Rabanus Maurus* an. 856. *Bertharius* a Saracenis mactatus ad aram an. 884, et *Remigijs* decessit circa annum 900.

Paschasius vero, *Haymo* et *Rabanus*, quoniam de sacramento Corporis et Sanguinis Domini egregie pertractarunt, eorum quoque numero, qui Ecclesiæ illustrarunt dogmata, sunt recensendi. Ad quorum classem accessere *Agobardus*, vita functus

anno 840. *Theodorus* Palæstinus pro fide orthodoxa in Bithyniam relegatus anno 883. *Dungalus* monachus S. Dionysii, Parisiensis, cujus mors contigit paulo post annum 830, et *Jonas* episcopus aurelianensis, qui obiit an. 843. Horum autem primus hæresim Felicis et Elipandi, Judæorum pervicaciam et iconomachorum impietatem scriptis exagitavit; reliqui item pro SS. imaginum cultu exercuerunt gloriosa certamina, ac duo præsertim postremo loco memorati, qui refutarunt Claudii Taurinensis apologeticum. Exagitatis hoc sæculo de divina prædestinatione quæstionibus, de his plura conscripserunt *Lupus*, cognomento *Servatus*¹, quem obiisse tradunt paulo post annum 861. *Florus* diaconus lugdunensis, qui Ecclesiæ suæ nomine anno 852 edidit librum de prædestinatione contra Joannem Scotum, cognomine *Erigenam*. Duo item monachi corbeiensis, *Christianus Druthmarus* et *Ratramnus*; nec non *Gothescalchus* monachus orbacensis, qui non ex charismate hanc subiit provinciam, et audiit tanquam Prædestinarianus. Personabat horum trium fama circa ann. 840. Acuere contra Gothescalchum calamos *Amulus* Lugdunensis² et *Hincmarus* Rhemensis, aliis quoque lucubrationibus præclarissimus. Ambo adversus Gothescalchum scripserunt circa annum 850. Ad partes tamen Gothescalchi accessisse videntur *S. Prudentius* Treocarum in Gallia episcopus, qui decessit anno 861, et *S. Remigijs* Lugdunensium post Amulum antistes, qui obiit post annum 875, qui acerrime pro veritate divinæ prædestinationis pugnarunt, Hincmari refutarunt capitula, atque hæresim prædestinarianam putarunt esse commentum, hoc nomine infamantium S. P. Augustini doctrinam. *Joannes Erigenas*, et ipse Gothescalchi oppugnator, cujus mentionem feci superius,

¹ Quidam *Lupum Servatum* a Lupo abbate ferrariensi distinguunt. At Baluzius, Sirmondus, Mabillon aliique tradunt unum eundemque fuisse.

² *Amulus*, seu *Amolon*, scripsisse dicitur contra epistolam Gothescalchi, sed hanc suppositam censent Mauguinus, aliique viri eruditi; tum quia S. Remigijs successor Amuli, Florus et lugdunensis Ecclesia pro Gothescalcho pugnarunt; tum etiam quia fragmenta, quæ a scriptis Gothescalchi supersunt, doctrinam continent directe oppositam erroribus refutatis ab Amulone.

anno 883 a discipulis Malmesburii graphiis confixus miserrime interiit.

Historici hujus sæculi adnumerandi sunt, *anonymus* auctor Annalium Francorum; *Nicephorus* C. P. auctor Breviarii historici et Chronologiæ tripartitæ; *Eginhardus* natione Germanus, qui edidit Vitam Caroli Magni, Breviarium chronologicum et Annales Pipini regis, Caroli M. et Ludovici Pii; *Andreas Agnellus* Ravennas, a quo conscriptæ fuerunt Vitæ archiepiscoporum ravennatensium; *Sergius* elegantissimus auctor Historiæ *iconomachorum*; *Eulogius* Hispanus scripsit de martyribus cordubensibus; *Ernoldus Nigellus* res gestas Ludovici imp. elegiaco narravit carmine; *Theognostus* C. P. descripsit causam et illatas S. Ignatio injurias; *Petrus Siculus* litteris tradidit historiam manichæorum; *Ado* Viennensis, in Gallia episcopus, Martyrologium et Breviarium chronicorum de sex ætatibus mundi; *Anastasius*, abbas et S. R. E. bibliothecarius, septimi et octavi generalis concilii Acta, historiam ecclesiasticam tripartitam, librum pontificalem, seu de Vitis PP. romanorum, et collectanea rerum spectantium ad historiam monothelitarum, collegit atque disposuit; et *Usuardus*, monachus S. Germani, martyrologium ex aliis hujus generis libris contexit¹.

Monachorum regulas, ritusque Ecclesiæ plures explicaverunt. *S. Benedictus*, abbas Anianæ, Codicem veterum regularum, earumque exposuit concordiam; *Amalarius Fortunatus*, archiepiscopus trevirensis, scripsit de ratione rituum baptismi²; *Amalarius* alter Metensis, de ecclesiasticis officiis et

¹ Martyrologium *Usuardus* ex Flori, aliorumque scriptis contexit dicavitque Carolo imperatori, et in lucem prodiit anno 1368 cum notis et additionibus Joannis Molani. Ex hac vita migrarunt *Usuardus* anno 806 et *Ado* an. 875.

² Obiit *Amalarius*, trevirensis archiepiscopus, anno 814, et *Amalarius*, diaconus metensis, anno 837; *S. Benedictus* anno 821, eodemque anno *Theodulpus*, episcopus aurelianensis; *Walafrius* anno 849.

Theodulpus, cujus nuper meminimus, dum Gandavi detineretur in carcere, propterea quod Lotharium filium Ludovici Pii adversus patrem excitaverat, in supplicatione, quæ agitur in dominica Palmarum, modulans canora voce compositum a se carmen illud: *Gloria, laus et honor, etc.*, quod in eadem supplicatione canitur modo in Latinorum Ecclesiis, ita

de ordine Antiphonarii; *Walafrius Strabo*, Germanus, edidit inter cætera opus de exordiis et incrementis rerum ecclesiasticarum.

His addendi, qui de vario pertractarunt argumento, cujusmodi sunt *Ælfridus* regio ortus genere, qui Saxonum lingua Historiam V. Bedæ, Psalmos Davidis, Gregorii M. Dialogos, aliosque libros descripsit; *Agobardus*, lugdunensis episcopus, cujus extant philosophicæ lucubrationes de grandine et tonitruis; juridicæ de jure sacerdotii, de modo regiminis ecclesiastici et de divisione imperii Francorum; theologicæ contra dogma Felicis, de imaginibus et de judaicis superstitionibus, necnon ecclesiasticæ de divina psalmodia atque Antiphonis. Nec prætermittendi sunt *Methodius* Homologeta, id est, *Confessor*, Syracusanus, a quo præter sacras aliquas orationes collecti fuerunt canones pœnitentiales et decreta de iis qui post abnegationem ad fidem catholicam revertuntur; *Auxilius*, incerti nominis auctor, a quo pertractatum fuit de causa Formosi papæ, de hujus ordinationibus et contra intestinas romanæ Ecclesiæ discordias, atque *Theodorus Abucara*, Cariæ in Asia minori archiepiscopus, a quo profligati fuerunt eruditæ lucubrationibus acephali, jacobitæ, nestoriani, theopaschitæ, Judæi et Saraceni; sapienterque idem de Filio *ἑμωσύσιω*, de pane mystico, seu de Corpore Christi, de Verbi Dei Incarnatione, de origine boni et mali, necnon de quæstionibus aliis disseruit. Addendus est *Photius*, non semel duobus prioribus capitulis commemoratus; quem licet S. Ignatio et romanæ Ecclesiæ adversarium, et originis Spiritus sancti a Filio impugnatorem acerrimum, negare tamen non possumus doctissimum sapientissimumque fuisse, prout commonstrant ejus *Μερίβιβλον* seu Bibliotheca, *Νομοκάνον*, scilicet regularum ecclesiasticarum lex et conciliatio, pluraque *ἀνεκδοτα* aut opera superaddita.

Coronidem apponent tres augusti principes: *Carolus Magnus*, cujus habentur complures epistolæ, capitularia collecta an. 827 ab Ansegiso abbate, et libri *Carolini* nuncupati, de non

prætereuntis Ludovici, plebisque animum ad pietatem inflexit, ut statim imperator ei reddiderit libertatem.

adorandis imaginibus patriæ cultu, quos tamen permulti Carolo abjudicant; *Basilius* post Michaelē imperator Græcorum, qui scripsit capita exhortatoria LXVI ad Leonem filium, et librum de jure, qui periit; deditque operam, ut augetur ac perfectetur Græcorum *Μηρολόγιον*. Denique *Leo Sapiens* prædicti Basilii et Eudociæ filius, cujus habentur orationes elegantissimæ, in lucem editæ a Gretsero, aliisque; delectus legum, constitutiones, liber de re militari et epistola contra Saracenorum impietatem atque blasphemias. His accedit homilia de Spiritu sancto contra Photium, edita in lucem a viro Cl. Scipione Maffeo, anno 1751.

CAPUT V.

AUGUSTORUM CÆSARUM, SANCTORUMQUE RECENSIO.

Imperium occidentale extinctum sæculo V in Augustulo, erectum est iterum in *Carolo Magno*, anno 800, in die Nativitatis Domini declarato *Augusto*. Obiit autem invictissimus princeps anno 814, die 28 januarii, post administratum Francorum regnum annis 45, et romanum imp. annis 13. In beatorum numero idem Carolus colitur ab Ecclesia¹.

Decorantur vero hæc sæculi initia sanctorum natalitiis. Obierunt enim an. 804, die 11 januarii, *Paulinus Aquileiensis*; an. 806, die 25 febr., *Tarasius C. P.*; anno 809, die 26 martii, *Ludgerus* Monasteriensis, apostolus Saxoniae; an. 813, die 4 aprilis, *Platonius* monachus: atque per id temporis a Saracenis christianorum plurimi in Syria necati sunt, plurimi etiam in Cyprum fugerunt.

Successit Carolo M. *Ludovicus Pius*, ei natus ex Ildegarde; cui tres filii Pipinus, Lotharius et Ludovicus, suscepti ex uxore

¹ Inter sanctos quidem relatus fuit a Paschali III, at is legitimus non fuit pontifex. Vide *Hist. sæculi XII* cap. I et VI. *Carolus M.*, qui an. 774 in Italiam contra Desiderium venerat et Hadrianum pontificem strenue juverat, rediens anno proximo in Gallias confirmavit donationem parentis sui factam romanæ Ecclesiæ. Addidit ducatum Spoletinum, et insuper an. 781 integrum territorium sabinense. Rursus an. 787 Capuam, et subjecta oppida. Vide præcedentis sæculi appendicem.

Hermingarde, quos reges creaverat, anno 833 conjuratione facta insidias moliti sunt, eumque in cœnobium detruserunt, quoniam ducta secunda conjuge Juditha, ex hac procreaverat *Carolus*, quem ut hæredem constitueret, necessum erat aliorum imminuere ditionem. Verum dissentientibus tribus illis fratribus, in imperium restituitur, et regnavit usque ad annum 840, quo decessit XII kal. junias, exacto imperii sui anno 26¹.

Fastis sanctorum præ cæteris habentur hiscripti, 12 die martii *Theophanes* monachus, vita functus anno 818, 3 aprilis; *Nicetas* abbas mortuus an. 842, 12 novemb.; *Theodorus Studita* m. an. 826, 11 martii; *Euthymius* episcopus sardicensis m. an. 828, 13 ejusdem mensis; *Nicephorus C. P.* ipsomet anno defunctus; alique permulti, exilia, ærunnasque passi pro sacrarum imaginum cultu. Trajecti etiam *Fridericus* episcopus martyr, occubuit an. 838, die 18 jul., quod regem redarguisset ob introductam pellicem consanguineam.

Ludovico Pio successit in imperio *Lotharius*, filiorum ejus natu maximus². A Paschali I, anno 823, vivente patre, acceperant augusti nomen et langobardici regni coronam. In di-

¹ *Juditha*, Ludovici secunda uxor et mater Caroli Calvi, filia fuit Guelphi Altorfensis in Servia comitis, elegantissimæ formæ mulier et impense a viro adamata. Nihil itaque mirum, si conjugis hujus consilio Ludovicus imperium inter Lotharium et prædictum Carolum dividerit, aliorumque filiorum imminuta ditione, dissidiis, quæ magnam reipublicæ attulerunt perniciem, occasionem præbuerit, nimium indulgens sagacissimæ feminæ amor.

² *Lotharius* Germanorum lingua *Ludherr*, *Ludherus*, quo vocabulo significatur *populi dominus*. Lotharius declaratus fuit a patre rex Italiæ et imperii collega anno 817. Post plura cum fratribus certamina, cum iis tandem convenit, ut ipse cum titulo imperatoris Austrasiam, Burgundiam et Italiam teneret; Carolo cederent, quæ a mari Britannico usque ad Mosam extenduntur; Ludovico quidquid continetur in Germania ultra Rhenum; Pipino Aquitania. Monasterium, quod an. 855 ingressus est, apud Treviros situm dicitur, at inde duodecim distat leucis. A fluvio, quem incolæ *Prum* vocant, appellatur Prumiense et oppidum Prumia. Spectat celeberrimum illud monasterium ad monachos S. Benedicti. Obiit Lotharius anno 855, III kalendas octobris; suscepit ex Hermingarde, filia Hugonis comitis, quam uxorem duxerat an. 821 tres filios, Ludovicum, qui ei successit in imperio, Lotharium regem Lotharingiæ, et Carolum paulo post mortem patris sublatum e vivis.

visione paternæ ditionis obtigit ei Austrasiæ regnum, dictum posthac Lotharingia. At fratrum invadens principatum, cum his infeliciter gessit bellum; cumque imperasset annis 15, attonsus in monachum in abbacia ad Prumiam sita, anno 855 nuncium sæculo, imperioque remisit. Renunciatus tum imperator *Ludovicus II*, filius Lotharii et Hermingardis, litterarum cultor, æquitatis studiosus et eleemosynarum largitor munificentissimus; qui pulsus ex Italia Saracenis, atque Normannis e Gallia, obiit Mediolani anno 875, imperii autem 20.

Capta a Saracenis an. 845 Phrygiæ civitate Amorio, martyrii palmam perceperunt quamplurimi, inter quos 42 laudant Martyrologia, pridie nonas martias; obiitque circa hæc tempora die novembris 4 *Joannicus* montis Olympi in Bithynia celebris anachoreta. Apud Italos maclarunt plurimos Saraceni, ex Hispania et Africa acciti a Siconulpho, et a duce Beneventano Radelgiso anno 843, qui ulterius diripuerunt Montis Cassini monasterium, sublatis inde immensis regum Francorum donariis, 130 libris auri purissimi, argenti nongentis, gemmarum et auri signati copia quam maxima. Septies autem locupletissimas depopulati sunt ædes. Eorundem Saracenorum anno 852 effervuit Cordubæ persecutio: in qua *Eulogius* presbyter, *Aurelius* et *Felix*, *Flora* et *Maria* virgines, *Joannes*, *Isaac* et *Georgius* monachi, aliique plurimi martyres occubuerunt. Quorum colitur in Fastis sanctorum memoria die 11 martii, 24 novemb., 20 augusti et 16 septembris¹. Viennensis in Galliis Ecclesia die 23 januarii festum agit *Bernardi* archiepiscopi; *Athanasia* viduæ Græci et Latini die 14 augusti, et ne catalogum contexam prolixiorem, *Theodoræ* imperatricis 11 febr. Menologia Græcorum.

Modo ut ad seriem Augustorum revertar, Ludovico II, absque masculina prole defuncto, successit anno 876 *Carolus II*, filius Ludovici Pii ex Juditha, *Calvus* calvitie capitis cognomi-

¹ Inter MM. Cordubenses recensentur item *Aurea V*, 19 julii. *Argimirus* monachus 28 jun. *Columba* 27 sept. *Sisenandus* 16 jul. *Paulus* et *Theodemirus* 20 ejusdem mensis. Memoria etiam agitur *Emilæ* et *Hieremiæ* 15 sept. *Rogelli* et *Servidei* proximo & 16. *Leowigildi* et *Christophori* 20 augusti, etc.

natus. Huic autem, nondum expleto biennio, sublato e vivis, veneno sibi propinato a medico quodam judæo, suffectus est in regno Francorum, at non in imperio, Ludovicus III, appellatus *Balbus*, ei natus ex Hermintrude. Imperator enim renunciatus est *Carolus III*, a corporis habitudine *Crassus* denominatus, nepos prædicti Caroli Calvi et Lotharii. Atque is a Joanne VIII coronatus anno 881. Ricarda, filia Scotiæ regis inique repudiata, tanquam regni impos depositus est anno imperii sui 7, chr. ær. 887. Quarto post Caroli Crassi abdicationem anno, id est 891, *Wido* dux Spoleti, contra nitentibus Arnulpho, filio ex Carentina pellice Carolomanni, filii Ludovici, regis Germaniæ, et Berengario Forojulienensis, obtinuit imperium, quod abrupta repente vena anno 894 cum vita dimisit. Post quem habenas suscepit Widonis filius *Lambertus*, ab Arnulpho superius laudato, dejectus e solio anno 890, etsi vixerit usque an. 898, quo anno inter venandum ab Ugone filio Manfredi comitis medianensis occisus est, sparso rumore ex equo lapsum caput sili-cibus elisisse. Verum neque Arnulpho, cui Formosus papa an. 896 imposuerat diadema, diuturnum fuit imperium; decessit enim anno 899 corpore vermibus et pediculis putrefacto; unde extat de illo epigramma:

Normannos vicit, sed non animalia tetra,
A quibus, ut quondam Sylla, peresus obit¹.

Reliquit Arnulphus ex Deyta secunda uxore *Ludovicum*, patri a principibus Germaniæ suffectum, sed revera nunquam coronam accepit imperii, unde non videtur inter imperatores computandus. Arnulphi itaque successor fuit *Ludovicus III*, filius Bosonis regis Arelatensium, coronatus a Benedicto IV an. 900. Hunc *Berengarius*, dux Forojulienensis, anno 902 Veronæ cepit et excæcavit, occupavitque totum langobardicum regnum. Ipse tamen Berengarius non est appellatus *imperator* ante annum 916, ut proximo sæculo dicendum est.

¹ De *Cornelio Sylla* scribit Sex. Aurelius Victor *De viris illust.*, num. 75: « Republica ordinata, dictaturam deposuit; unde sperni cœptus Puteolos concessit, et morbo, qui *phthiriasis* vocatur, interiit. » Est autem *φθειρῆσις* morbus pedicularis, a *φθειρ*, *pediculus*, nomen trahens.

Perpauca modo de sanctis viris subjiciam. Commemoravi enim superiori capite *Benedictum* Anianæ abbatem et *Bertharium* Cassinensem, quorum primus ad perennem vitam migravit an. 821, alter martyrio a Saracenis affectus an. 844. Ad hæc Martyrologiis inserta sunt nomina die 4 februarii *Ramberti* bremensis episcopi; 10 sept. *Theodardi* episcopi et martyris Leodiensis; 12 febr. *Antonii C. P.*; 23 octobris *Ignatii* episcopi, pariter C. P. Horum primus anno 888, alter anno 889, tertius anno 894, quartus anno 895, e corporis evolarunt ergastulo.

Quoniam vero præmissa Augustorum series attinet ad imperatores Occidentis, subjiciendus eorum qui in Oriente imperarunt indiculus. Ireni itaque anno 802 relegatæ in insulam Lesbum successit *Nicephorus*, *Νεοφύτης*, id est, qui expensarum aliarumque rerum tenebat rationem; Nicephoro interfecto a Crummo rege Bulgarorum anno 811 *Michael Curopalates*; huic sponte imperium abdicanti, ut monasticam ageret vitam, anno 813 *Leo V*, Armenus iconomachus; Leoni vulneribus in sacra æde confosso, anno 820 (contigit hæc cædes in natalitiis Domini, hora undecima postmeridiana); *Michael II* cognomine *Balbus*, sacrarum imaginum, omniumque catholicorum immanissimus insectator; Michaeli extincto an. 829 *Theophilus*, et ipse iconomachus; Theophilo extincto an. 842 *Michael III* Porphyrogenetus, una cum matre sua *Theodora*, religiosissima atque piissima. Trucidato autem Michaele ebrio ac temulento, imperium consecutus est anno 867 *Basilius Macedo*, cultor imaginum et orthodoxus, cui e vivis erepto 886 suffectus est *Leo VI*, sapiens et philosophus nuncupatus, qui vixit et administravit imperium usque ad annum 911.

CAPUT VI.

NONI SÆCULI DOGMATA ET DISCIPLINA.

Tam perspicue substantiæ panis et vini conversionem in corpus et sanguinem Domini, quam *transubstantiationem* appellamus, tradiderunt sæculi hujus scriptores, ut Paschasius Radbertus et alii, qui de hoc argumento pertractarunt, perperam

dicantur a novatoribus a majorum fide et dogmate descivisse. Custoditum tam caute Trinitatis dogma, ut Hincmarus in hymno martyrum, non ea verba: *Te trina Deitas*, sed ista: *Te summa Deitas*, ut modo legitur enuntiandum esse contenderit, ne quis in una deitate plures gradus suspicaretur; quamvis ea phrasis recte usurpetur in hymno Corporis Christo edito a S. Thoma, ad personarum numerum, non ad naturam divinitatis, voce illa *trina* relata. Extiterint autem, vel non, prædestinatiani sæculo IX proculdubio fideles omnes execrati sunt istiusmodi enunciationes. « Deus est auctor peccati, prædestinat » impios ad malum, creat permultos ut pereant, et reprobi necessitate damnantur inevitabili. » Quidquid moliti fuerint iconomachi, exhibitus est, et scriptis martyrumque sanguine confirmatus, sacrarum cultus imaginum, divinumque Paracletum esse Patris, Filiique Spiritum, et ab utroque procedere, adversus Græcos refractarios, cuncti professi sunt orthodoxi.

Ad disciplinam vero quod attinet, in Formoso, Ignatio, Photio exempla habemus degradationis. Residentiæ parochorum debitum ostendit Leo IV in depositione Anastasii, presbyteri cardinalis. In iteratis a Stephano VI ordinationibus Formosi, error quidem facti, at non apostolicæ Sedis, intervenit aliqua constitutio. Chorepiscopi, quoniam sese episcopis temere æquiparabant, synodorum definitionibus fuere sublati, atque posita saluberrimis constitutis clericorum, laicorum, laicorumque licentiæ repagula. Tanta cura immunitas servata fuit bonorum Ecclesiarum, ut ea de causa Fulco, rhemensium antistes, reprehenderit principes, ac mortem anno 900 subierit. Gratanter Occidentis imperatores, Carolus Magnus, et posteriori a romanis pontificibus acceperunt coronam; aquisgrani argenteam, tanquam reges Germaniæ, Modætiæ, vel Mediolani ferream tanquam reges Langobardorum, et Romæ auream e pontificis manu, ut imperatores recipere consueverunt¹. In usu fuit aquæ

¹ Referunt historici ad annum 816 inventionem corporis *S. Jacobi* apostoli Compostellæ in Hispania, ibidem Alphonso Casto regnante. Corpus *S. Marci* evangelistæ, furto sublatum e templo Alexandria, Venetias a quibusdam mercatoribus delatum, tradunt anno 820, postremo anno

fervidæ et ferri candentis experimentum, quo innocentiam comprobavit suam Richarda, filia regis Scotorum et uxor Caroli Crassi, a viro propter adulterii suspicionem repudiata atque ulterius marito ad concubitum inepto, se virginem patefecit coram vercellensi antistite Luidardo. Mirifice propagatum est et ubique floruit monasticum S. Benedicti institutum.

Leonis V iconomachi, et corpus S. Bartholomæi apostoli ex insula Lipari translatum est Beneventum, anno 840 juxta Chronicum Sigeberti.

Prædicatum Evangelium in Dania ab *Ebone* rhemensi episcopo, illuc misso a S. Paschali I, romano pontifice, anno 823, et sacro regenerationis lavacro tinctus est anno 826 rex Danorum *Heroldus*. Christianæ item religioni nomen dedit anno 878 alter Daniæ rex *Gitro* nomine. Suevos Cimbroque ad Christum convertit S. *Anascharrus*, monachus corbeiensis, primus episcopus hamburgensis, deinde bremensis archiepiscopus, consecratus anno 833, sedente Gregorio IV. Daniam antea, comite Ebbone, de quo supra, petierat. *Cyrillus* ac *Methodius* monachi, hortante Theodora Augusta, matre Michaelis III, circa annum 830, ad revocandos ab idololatria Mysos, Bulgaros aliasque gentes sese applicuerunt.

Leo III, quem ex hac vita discessisse diximus anno 816, pretiosissimum Christi sanguinem, Mantuæ, ut fama erat, una cum corpore S. Longini martyris, qui lancea latus Domini pendens e cruce transfixit, repertum, rogante Carolo Magno, recognovit et rei veritatem dicitur comprobasse. Historici id referunt ad annum 804: Bollandus ad diem 15 martii. Honoratus a S. Maria in *Animadversionibus criticis*, et card. Lambertinus, seu Bened. XIV, libro IV *De canoniz. sanct.* de hoc Leonis III judicio pertractant. Proferunt et Baptistæ Mantuani versus, ex libro I *De sacris diebus*, seu III Fastorum, ubi de sancto Longino ait:

Sæcula post aliquot tua sunt translata per undas
Corpora in Italiam, Christi cum sanguine sacro
Ad crucis excelsæ quondam vestigia lecto,
Atque in vase brevi tecum post fata sepulto.
Ultima divino sedes tibi, Mantua, nutu
Hospitiumque fuit, mediis ubi mœnia in undis
Dicitur antiquus quondam posuisse Bianor.

Idem in aprili, *De sanctis Leonibus*:

Tertius in regno primi pervenit ad annos,
Atque diu Romanorum fœdissima passus
Jurgia, damna, minas, iter est ingressus ad Alpes,
Ut sibi Gallorum regem sociaret, et illo
Auspice, terrorem romanæ evaderet iræ,
Dum meat, audito sancti rumore cruoris
Nuper adinventi, gressum convertit ad urbem,
Nomina cui fecit virgo Cadmeia Manto:
Et quæ purpureus sanguis faciebat in horas

APPENDIX.

EXTERNÆ RES ATTINGUNTUR.

Francorum reges iidem fuere ac imperatores cap. v descripti, usque ad *Carolum III* cognomine *Crassum*, cui anno 889 suffectus est *Odo*, filius Roberti, Andium ducis, a genere Caroli Magni alienus. At anno 898 rediit regnum ad *Carolum IV*, filium Ludovici Balbi, cognomento *Simplicem*, qui e throno ejectus fuit anno 923, egitque animam anno 929.

In Hispaniis vero post Alphonsum Castum anno 829, consecutus est regnum *Ramirus I*; anno 850 *Ordonius*, et anno 866 *Alphonsus III*, cognomine *Magnus*¹.

Saracenorum vero caliphæ dominatores Orientis fuerunt, *Aaron-Rachid*, a quo anno 801 legati, elephas et donaria complura ad Carolum Magnum missa fuerunt. Huic extincto, hegiræ anno 193, christianæ æræ 809, successit *Mahomet-Alamin*, quem ad rempublicam regendam ineptum, anno 813, hegiræ 198, dejecit frater *Abdalla-Almamon*². Obiit Almamon

Mira opera intuitus, credi debere putavit
Effusum nostra pro libertate cruorem.

Sinimus pius et inveteratas populorum traditiones in suo robore permanere, penitus omissis difficultatibus, quæ circa hanc Mantuanæ urbis, et consimilem Sarzanensis, pretiosi Sanguinis reliquias, possent moveri. Non opus est, ut in hujus generis immoremur controversiis. Longinum Cæsareæ in Cappadocia passum tradunt martyrologia et scriptores laudati a Ven. Baronio in notis ad romanum idibus martii. Viget apud nos traditio vetusta, corpus S. Longini servari apud nostrates, et asservari sub ara maxima in templo S. P. Augustini de Urbe. Porro ecclesiasticorum Annalium Parens in præcitatæ notis inquit: « Sancti Longini venerandum » corpus Roma asservari præcepit in ecclesia Sancti Augustini. »

¹ Regnavit apud Anglos, sublata anno 818 Heptarehia, *Egbertus* usque ad annum 837; *Etevalphus* usque ad an. 837; *Ethebaldus* ad an. 860; *Edelbertus* 865; *Edelredus* 872; *Alfridus* usque ad annum 899. Deinde *Eduardus I* usque ad annum 925.

² Calipha *Almamon*, mathematicus nomine *Benhonaim* geographiam Ptolomæi vertit ex græca in arabicam linguam; eodemque calipha jubente, facta est geometrica totius terræ extensionem assequendi regula per lineam et gradus meridianales; quod post annos supra nongentos, regnante Ludovico XIV, perfecerunt iterum doctissimi Galliarum astronomi.

fervidæ et ferri candentis experimentum, quo innocentiam comprobavit suam Richarda, filia regis Scotorum et uxor Caroli Crassi, a viro propter adulterii suspicionem repudiata atque ulterius marito ad concubitum inepto, se virginem patefecit coram vercellensi antistite Luidardo. Mirifice propagatum est et ubique floruit monasticum S. Benedicti institutum.

Leonis V iconomachi, et corpus S. Bartholomæi apostoli ex insula Lipari translatum est Beneventum, anno 840 juxta Chronicum Sigeberti.

Prædicatum Evangelium in Dania ab *Ebone* rhemensi episcopo, illuc misso a S. Paschali I, romano pontifice, anno 823, et sacro regenerationis lavacro tinctus est anno 826 rex Danorum *Heroldus*. Christianæ item religioni nomen dedit anno 878 alter Daniæ rex *Gitro* nomine. Suevos Cimbroque ad Christum convertit S. *Anascharrus*, monachus corbeiensis, primus episcopus hamburgensis, deinde bremensis archiepiscopus, consecratus anno 833, sedente Gregorio IV. Daniam antea, comite Ebbone, de quo supra, petierat. *Cyrillus* ac *Methodius* monachi, hortante Theodora Augusta, matre Michaelis III, circa annum 830, ad revocandos ab idololatria Mysos, Bulgaros aliasque gentes sese applicuerunt.

Leo III, quem ex hac vita discessisse diximus anno 816, pretiosissimum Christi sanguinem, Mantuæ, ut fama erat, una cum corpore S. Longini martyris, qui lancea latus Domini pendens e cruce transfixit, repertum, rogante Carolo Magno, recognovit et rei veritatem dicitur comprobasse. Historici id referunt ad annum 804: Bollandus ad diem 15 martii. Honoratus a S. Maria in *Animadversionibus criticis*, et card. Lambertinus, seu Bened. XIV, libro IV *De canoniz. sanct.* de hoc Leonis III judicio pertractant. Proferunt et Baptistæ Mantuani versus, ex libro I *De sacris diebus*, seu III Fastorum, ubi de sancto Longino ait:

Sæcula post aliquot tua sunt translata per undas
Corpora in Italiam, Christi cum sanguine sacro
Ad crucis excelsæ quondam vestigia lecto,
Atque in vase brevi tecum post fata sepulto.
Ultima divino sedes tibi, Mantua, nutu
Hospitiumque fuit, mediis ubi mœnia in undis
Dicitur antiquus quondam posuisse Bianor.

Idem in aprili, *De sanctis Leonibus*:

Tertius in regno primi pervenit ad annos,
Atque diu Romanorum fœdissima passus
Jurgia, damna, minas, iter est ingressus ad Alpes,
Ut sibi Gallorum regem sociaret, et illo
Auspice, terrorem romanæ evaderet iræ,
Dum meat, audito sancti rumore cruoris
Nuper adinventi, gressum convertit ad urbem,
Nomina cui fecit virgo Cadmeia Manto:
Et quæ purpureus sanguis faciebat in horas

APPENDIX.

EXTERNÆ RES ATTINGUNTUR.

Francorum reges iidem fuere ac imperatores cap. v descripti, usque ad *Carolum III* cognomine *Crassum*, cui anno 889 suffectus est *Odo*, filius Roberti, Andium ducis, a genere Caroli Magni alienus. At anno 898 rediit regnum ad *Carolum IV*, filium Ludovici Balbi, cognomento *Simplicem*, qui e throno ejectus fuit anno 923, egitque animam anno 929.

In Hispaniis vero post Alphonsum Castum anno 829, consecutus est regnum *Ramirus I*; anno 850 *Ordonius*, et anno 866 *Alphonsus III*, cognomine *Magnus*¹.

Saracenorum vero caliphæ dominatores Orientis fuerunt, *Aaron-Rachid*, a quo anno 801 legati, elephas et donaria complura ad Carolum Magnum missa fuerunt. Huic extincto, hegiræ anno 193, christianæ æræ 809, successit *Mahomet-Alamin*, quem ad rempublicam regendam ineptum, anno 813, hegiræ 198, dejecit frater *Abdalla-Almamon*². Obiit Almamon

Mira opera intuitus, credi debere putavit
Effusum nostra pro libertate cruorem.

Sinimus pius et inveteratas populorum traditiones in suo robore permanere, penitus omissis difficultatibus, quæ circa hanc Mantuanæ urbis, et consimilem Sarzanensis, pretiosi Sanguinis reliquias, possent moveri. Non opus est, ut in hujus generis immoremur controversiis. Longinum Cæsareæ in Cappadocia passum tradunt martyrologia et scriptores laudati a Ven. Baronio in notis ad romanum idibus martii. Viget apud nos traditio vetusta, corpus S. Longini servari apud nostrates, et asservari sub ara maxima in templo S. P. Augustini de Urbe. Porro ecclesiasticorum Annalium Parens in præcitatæ notis inquit: « Sancti Longini venerandum » corpus Roma asservari præcepit in ecclesia Sancti Augustini. »

¹ Regnavit apud Anglos, sublata anno 818 Heptarehia, *Egbertus* usque ad annum 837; *Etevalphus* usque ad an. 837; *Ethebaldus* ad an. 860; *Edelbertus* 865; *Edelredus* 872; *Alfridus* usque ad annum 899. Deinde *Eduardus I* usque ad annum 925.

² Calipha *Almamon*, mathematicus nomine *Benhonaim* geographiam Ptolomæi vertit ex græca in arabicam linguam; eodemque calipha jubente, facta est geometrica totius terræ extensionem assequendi regula per lineam et gradus meridianales; quod post annos supra nongentos, regnante Ludovico XIV, perfecerunt iterum doctissimi Galliarum astronomi.

anno 833, hegiræ 218, eique suffectus est *Mahomet-Almoutasem*; quo anno 838, Amorio, urbe Phrygiæ expugnata, incolæ omnes in ore gladii interfecti fuerunt. Fatis cessit Almoutasem anno 842 et hegiræ 227, suffecto illi filio *Aaron-Alovatec Aboujafar*. Immodica venere extincto Alovatec anno 846, hegiræ 231, renunciatus est calipha *Jafar Alboulfader*, cognominatus *Mouievaquel*. Huic interfecto anno hegiræ 247, chr. 861, successit parricida *Mahomet Mostaser*, anno proximo extinctus. Arripuit tum imperium *Ahmed*, minimus filius caliphæ Almoutasem, interfectus anno 865, hegiræ 251. Regnavit postmodum *Mahomet-Molutaz*, filius caliphæ Moutavaquel, qui obiit anno 869, hegiræ 255. Successit huic *Moutamid* anno 870, hegiræ 256, voluptatibus deditus, cujus mors contigit anno hegiræ 279, æræ communis 892. Defuncto Moutamid, regnum occupavit nepos ejus *Ahmed*, ob libidinis excessum extinctus æræ vulgaris 902 et hegiræ 289.

Descripta modo calipharum Saracenorum serie, memoria repetendum est, illos anno 746 depopulatos Siciliam, horreum romani populi, insulasque finitimas, Romam usque profectos, vaticanam diripuisse basilicam, multisque abductis civibus, multis cæsis, per viam Appiam contendisse Fundos, atque ea incensa urbe, consedissee juxta Minturnas in paludibus Marii. Ad Romæ vero civitatis præsidium, anno 848 Leo IV addidit, cinxitque mœnibus partem illam quæ dicitur *civitas Leonina*, ne ulterius excursionibus hostium paterent ædes apostolorum. Tentarunt tamen Saraceni nova instructa classe ad romanum littus appellere, sed maris tempestate et Neapolitanorum jactati pugna, anno 849 miserrime perierunt. Anno insuper 856 Benevento egressi, devastarunt Neapolim; quo anno Romæ Tiberis supra modum exundatio plura attulit incommoda, superveniente maxime pestilentia. Excidium urbi Salernitanæ et deinde universæ Calabriae, anno 871 iidem Saraceni attulere. In Africa item anno 893 urbes, templa, hominesque igne ferroque vexarunt.

Verumtamen non omnia Saracenorum feritati prospere contigerunt; siquidem an. 848 a Lothario imperatore, Benevento

expelluntur. Illos item anno 866 bello lacesavit et Bario arcta obsidione conclusit Ludovicus II. Salerno rursus illos Ludovicus ejecit anno 874, ibique ipsorum Saracenorum, qui ex Africa advenerant, princeps Abdala, dum niteretur in templo SS. Martyrum Fortunati et Caii comprimere virginem, lapsa e tecto trabe, peremptus est illæsa omnino puella. Extra Italiam pariter Saraceni non semel fuerunt attriti. In Hispania quippe rex Ramirus, anno secundo regni sui, septuaginta Saracenorum millia trucidavit, atque anno 880 ab imperatore Basilio expugnata et deleta est illorum classis, qua Orientis oras plurimum infestabant.

In Gallias anno 845 irruerunt *Normanni* e Norvegia et Suecia profecti, duce illorum rege *Horich*. Germania item ab Hunnis anno 889 miserrime fuit devastata.

Alia, quæ Chronicorum editores adnotarunt, perfunctorie recenseo, id est, terræmotum, quo Romæ primo hujus sæculi anno corruit S. Pauli basilica; vastatam an. 807 Rhodum ab Aaron-Rachid; infelicem Pipini contra Venetos expeditionem anni 810, haud feliciter Bernardi, filii Pipini, adversus Ludovicum Pium, a quo devictus anno 817, erutis oculis miserabiliter obiit; Forum Julium anno 828 direptum a Bulgaris; basiliscum Romæ anno 847 pestifero halitu homines interimentem, ut dixi cap. 1 in not. ad S. Leonem IV, alteram et exitiosissimam Tiberis exundationem anni 856, ab Anastasio commemoratam; occupatas anno 878 a Saracenis, et fere deletas Syracusas; ab iisdem incensum an. 884 monasterium cassinense, atque interfectum abbatem Bertharium, prælaudatum capite v; obitum Joannis Scoti, viri doctissimi, quem in Anglia anno 883 discipuli graphiis necarunt, prout innuimus capite iv nuper citato. Quanquam vero Græcis consilium imperatricis Irenis transeundi ad nuptias Caroli Magni, de qua rediximus præcedenti sæculo, pagina 235, magnopere displiceret; nihilo tamen minus *Nicephorus*, qui relegata Irene in Lesbum, insulam maris Egæi, urbemque Mitylenem, Græcorum consecutus est imperium, passus est duos appellari imperatores, Orientis unum et alterum Occidentis; eodemque anno 802, quo ipse ad imperii *orientalis*

fastigium evectus fuit, Carolum Magnum agnovit, tanquam *occidentalis* imperii Augustum, atque supremum dominatorem. Ita duo coaluerunt imperia, utriusque finibus constitutis. Amplissima autem Venetorum respublica duos per id temporis creavit duces, quorum unus cum uno, alter cum altero imperatore de rebus politicis pertractaret.

Castigati, cultique fuerunt hoc vertente sæculo mores. Instructi exercitus clypeis, arcibus, telis, cassidibus, thoracibus, aliisque armorum, quæ in desuetudinem abierant, generibus. Magistri, seu tribuni equitum munus, in Galliis præsertim, cohonestatum est titulo dignitatis, proceribusque collatum. *Salica* lex, eorum Francorum propria, qui a *Sala* flumine *Salii* a Strabone, aliisque geographis denominantur, decernebat autem filiorum ac posteriorum hæreditatem, cum ante inviolata perseverasset, cepit imperante Carolo Magno immutari. Constat hæc immutatio ex ablato Saxonibus ab eodem Carolo jure successionis, quod anno 814 restituit eis Ludovicus Pius, atque ex hujus inter filios divisione facta anno 817, 833 et rursus anno 836, quæ in seipsum, ut narravimus, provocavit eorundem filiorum arma. *Christianissimi* regis titulus collatus fuit *Carolo Calvo* anno 859, in synodo Saponariæ, vulgo *Savonieres*; quo titulo a Stephano II cohonestatus fuerat rex Pipinus anno 755. Proprius autem titulus idem evasit regum omnium Galliarum ab anno 1469 et a regno Ludovici XI. Secernebatur hoc nono sæculo conditio hominum indumentorum diversitate, vetitumque vilioribus in vestibus incedere pretiosis. Ipse Carolus Magnus, ut litteris prodidit Eginarthus, tunica lanea, hiemali tempore pellibus lutræ, animantis amphibii, induebatur. Obtinuit in judiciis *crucis* experimentum, præter commemorata capite sexto ferventis aquæ, ferrique candentis, et pro illo sententia proferebatur, qui diutius tenuisset manus extensas, atque in crucifixi modum conformatas.

Præter enumeratos cap. iv perpauca extant scriptores, hic recensendi. *Sabbatius*, jubente Leone VI Σάββα, collectionem legum, quæ fuerat inchoata imperante Basilio, Leonis patre, perfecit, atque sex voluminibus, quæ inscribuntur *Basilicum*,

sive *Basilica Jura*, complexus est. Regio ortus genere et stylo, moribusque candidus fuit *Nithardus*, qui scripsit de dissidio filiorum Ludovici Pii, libri Ptolomæi astronomici, quorum titulus *Almagestum*, in arabicam linguam translatus fuerunt anno 827 in urbe Babylone, jubente Saracenorum rege *Alme-mon*, sive, ut Scaliger et alii quidam vocant, *Maimon*. Cum autem iidem libri anno 1230, jussu Friderici II, Romanorum imperatoris, ex arabica in latinam linguam conversi fuerint, sequitur ptolemaicam astronomiam græce primum conscriptam, apud Latinos obtinuisse, antequam lingua Græcorum in Europa eadem astronomia nota foret. Obscure admodum et fortassis commentitii, scriptores duo genealogiæ regum Frisiæ, *Solco* et *Sivardus*, *Michael Psellus*, summus philosophus et præceptor Leonis Byzantini, itidem philosophi, distinguendus ab altero cognomine, de quo in sæculo XI. Præclaros poetas, quales extiterunt inter Latinos imperante Augusto, floruisse inter Arabes sub calipha *Aaron-Rachid*, cujus supra meminimus, tradunt complures. *Photius*, quem commemoravimus supra capite quarto, scripsit quoque in Aristotelis *Categorias*. Anonymus, qui Belga creditur, labente nono sæculo litteris tradidit res gestas Normannorum. Carmen inscriptum *De sobrietate* nuncupavit Carolo Calvo *Gallus Milo*; sed is inter scriptores ecclesiasticos, si omnes et singuli forent numerandi, locum haberet, cum Vitam *S. Amandi* exaraverit. Adde *Hugobaldi* poema de laude *calvorum*, cujus lepidum illud initium.

Carmina clarisonæ calvis cantate, camœnæ.

DECIMUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

SUMMI ROMANÆ ECCLESIE PASTORES.

Vita functo Benedicto IV, inter Romanos PP. CXIX, quem diximus administrasse post Joannem IX Ecclesiam, anno 903, octobris labente mense,

CXX. Necnon Leone V Ardeatino sive ex Rutulorum in Latio colonia, statim post Benedicti obitum subrogato, de quo Flodoardus :

Emigrat ante suum, quam luna bis impleat orbem.

CXXI. Atque etiam *Christophoro*, qui eodem anno 903 exeunte novembri, excelsam occupaverat sedem, hanc coacto deserere et primo in cœnobium, deinde in carcerem detruso ac miserima morte sublato, ut in Historia cassinensi tradit Leo Marsicanus, his, inquam, extinctis, Ecclesiæ regimen susceperunt sæculo X, *Sergius III, Anastasius III, Landus, Joannes X, Leo VI, Stephanus VII, Joannes XI, Leo VII, Stephanus VIII, Marinus II, Agapetus II, Joannes XII, Benedictus V, Leo VIII, Joannes XIII, Benedictus VI, Donus II, Benedictus VII, Joannes XIV, Joannes XV, Gregorius V et Sylvester II.*

CXXII. Sergius itaque, etsi post Theodorum per vim et illegitime fuerat intrusus, Christophoro tamen canonice suffectus est, tenuitque episcopatum ultra annos septem, fatis cœdens anno 911, desinente sextili, in eo magnopere vituperandus, quod cum Marozia stupri habuerit consuetudinem, et Formosi cadaver iterum e sepulcro erui mandaverit; laudandus tamen quod lateranensem basilicam instauraverit atque decoraverit aureis, argenteisque ornamentis.

CXXIII. Dignus erat, ut diutius sederet successor Sergii *Anastasius*, vir probus atque integerrimus, sed hunc post biennium mors rapuit an. 913, mense octobri, ex Chronico victoriano.

CXXIV. Puderet, nisi veritas cogeret, enarrare, non tantum Sergium III, verum etiam *Landum* Sabinum, pontificum obtinuisse culmen; opera Theodoræ, matris Marosiæ, et nutu impurissimi scorti dejectos, intrusosque pontifices; at Landum quam citus, nempe anno 914 mense aprilis, e vivis inevitabile fatum subripuit.

CXXV. Ejusdem Theodoræ potentia ad summum pontificatum evexit *Joannem X*, Romanum, cujus illa deperibat amore, atque Landum prius Bononiæ, deinde Ravennæ antistitem, creari curaverat. At Joannes anno pontificatus 15 inchoato, id est, anno 928, opera Marosiæ, ejusque viri Vidonis, marchionis Thusiæ, mancipatus est custodiæ et posito super os illius cervicali pessime suffocatus.

CXXVI. Leonis VI,

CXXVII. Et Stephani VII nomina tantum scimus, inquit ex Leone Marsicano Papirius. Illum tamen filium cujusdam Christophori Primicerii, et post mensem septimum ineunte februario an. 929, obiisse tradunt, qui post Panvinium et Venerabilem Baronium scripsere. Stephanum vero decessisse conjectant mense martio, anno 931, quoniam scriptor cœvus Flodoardus de illo inquit :

Binos præfulget in annos,
Aucto mense super bisseño, ac sole jugato.

CXXVIII. Accessit ad romanæ Ecclesiæ dedecus inauguratio in pontificem maximum *Joannis XI*. Hunc enim Sergius III, ex Marozia nefario genuerat concubitu. Cuncta gessit ad nutum incestuosæ parentis et vitrici Hugonis, regis Italiæ, cum quo Marozia, mortuo Vidone, inierat scelerata connubia. Vido enim et Hugo uterini erant fratres. Ab anno autem 931 usque ad initia anni 936, sexto fluente anno, regiminis Joannes præfuit Ecclesiæ.

CXXIX. Deinde episcopatum tenuit usque ad annum nongen-

tesimum tricesimum nonum *Leo VII*, Romanus, appellatus a prælaudato Flodoardo :

Deditus assiduis precibus, speculamine celsus,
Afflatu lætus, sapiens, atque ore serenus.

CXXX. Pari trium annorum, ac mensium aliquot spatio, sederunt *Stephanus VIII*,

CXXXI. Et *Marinus II*. Quorum ille Germanus genere, susceptus Leoni, opera Othonis regis Germaniæ, decessit mense julio an. 942, vulneribus faciei ejus inflictis ab Alberico, filio Vidonis et Marozii, adeo deformis, ut erubesceret palam prodire et in aliorum versari conspectu. Marinus vero Romæ natus, et scientia canonum, rerumque gerendarum peritia, pro sæculi hujus calamitate, satis excultus, junio mense, anno 946, mortem oppetiit.

CXXXII. Eodem, quo Marinus decessit mense, substitutus est *Agapetus II*, Romanus, undecimo pontificatus anno e vivis exemptus, sextilis scilicet die, ut inquit, 20, anno 957. *Frolho*, rex, ab Agapeto apostolicos viros petiit, qui Daniam divinis legibus erudirent, sed legatorum regis pontificem fati suis præcessisse adventum scribit libro IX *Historiæ danicæ* grammaticus Saxo.

CXXXIII. Post Agapetum, malorum consilio et conspiratione summum sacerdotium usurpavit Octavianus, filius Alberici, dictus immutato nomine *Joannes XII*¹. Ad omnem lasciviam ac malum dicitur fuisse propensus. Cum Othone Germaniæ rege coluit amicitiam, at ab isto postmodum alienatus, ad partes Adelberti deflexit. Quare gravissimis accusatus criminibus, pontificatu exutus est, substituto *Leone VIII*, quem alii inter legitimos pontifices numerant; unde Leo creatus anno 1049, dicitur hujus nominis IX. Sed revera Leo VIII pseudopontifex fuit, eoque a Romanis post duos menses expulso, Joannes fuit restitutus. Obiit autem pridie nonas maias anno 964². De hoc

¹ Natus annorum 18. Et hunc occasionem dedisse fabulæ Joanne papissæ quidam tradunt, sed repugnat ratio temporum, ut constat ex præced. sæculi capite 1.

² Continuator Luithprandi mortuum Joannem XII ait ex vulnere inflicto, dum nocte se cum uxore cujusdam viri oblectaret.

pontifice *Roswida* aut *Rhosoita*, monialis Saxona, inter poetas latinos laudata a Vossio cap. vi in heroico carmine de gestis Othonum Cæsarum ait :

Summum pontificem quædam perversa patrantem,
Ejus nec monitis dignitatem credere crebris,
Sedis apostolicæ fraudari fecit honore,
Constituens alium rectoris nomine dignum.

CXXXIV. Benedictum V, absque Othonis consensu, contra quam jurejurando promiserat, Joanni populus romanus suffecit; unde Otho cum exercitu ad urbem accedens, coegit cives, ut rursus Leonem VIII susciperent, ac Benedictum, in ordinem redactum, secum in Germaniam abduxit. Errant Luithprandus, aliique asserentes Benedictum jure meritoque fuisse exauctoratum. Eodem fere tempore, anno 965, Benedictus et Leo decessere.

CXXXV. Sedit postmodum annis quasi septem *Joannes XIII*, ex episcopatu narniensi ad romanum, Othone assentiente, translatus, Romanorum seditione Capuam adire compulsus fuit; sed Othone in Italiam properante, revocatus est pontifex, seditionis auctores damnati capite. Ad Polonos nuperrime ad fidem Christi conversos misit episcopum tusculanum Ægidium, obiitque anno 972, die 6 septembris.

CXXXVI. Obscurus fuit pontificatus *Benedicti VI*,

CXXXVII. *Doni II*,

CXXXVIII. Atque *Benedicti VII*. Etenim Benedictum VI, nequissimus cardinalis, Franco nomine, jugulavit ac pontificatum arripuit, sibi Bonifacii VII nomen imposuit, ac paulo post Constantinopolim expilata basilica vaticana profugit. Frustra itaque Papius queritur, eundem Bonifacium a Platina sacrilegii damnari. *Donus* inauguratus an. 974, vita functus est anno proximo. De Benedicto VII hoc unum memoriæ posterorum traditum est, sedisse usque ad annum 984. Cætera ex incertis profluunt historiis, veluti quod e chronico Ditmari, episcopi Merseburgi, colligit libro IV Papius, obiisse in exilio; id enim ad Benedictum V arbitror referri oportere.

CXXXIX. Alii quatuor sederunt sæculo X romani pontifices, nimirum *Joannes XIV*,

CXL. *Joannes XV,*

CXLI. *Gregorius V,*

CXLII. Et *Sylvester II.*

Joannes XIV, episcopus antea ticinensis, octavo pontificatus mense in Hadriana inclusus carcere, fame et veneno sublatus est, opera Bonifacii VII, pseudopontificis, qui Constantinopoli rediens, apostolicam Sedem rursus invasit. Verum scelestissimus iste duorum pontificum parricida, paulo post morte extinctus est repentina. Joannem XV multorum librorum auctorem appellat Martinus Polonus, armigerum et crudelissimum vetustus episcoporum Urbis catalogus; sedit tamen annis fere undecim, obiitque anno 996. Hos inter alium quemdam *Joannem* nonnulli intrudunt, quem excessisse quarto pontificatus mense scribit apud Papirium Leo, historicus cassinensis; nunquam consecratum fuisse existimat Papebrochius, atque pseudopontificem cum Pagio cæteri appellant. Ita historia hujus sæculi ambigua est et incerta.

Gregorio V e Germania, creato pontifici anno 996 et mortuo die 18 februarii anno 999, adscribitur Septemvirorum, quibus creandus est imperator, institutio. Verum id in magna positum est controversia. Huic ex urbe ejecto, Crescentius Nomentanus substituit pseudopontificem, episcopum placentinum, qui se nominavit *Joannem XVI*, cui jussu Othonis eruti fuerunt oculi et aures, naresque præcisæ; Crescentius itidem mulctatus est capite.

Sylvester, antea Gerbertus, prius monachus floriacensis, tum rhemensis, deinde ravennatensis antistes, favore Othonis III anno 999, mense aprili, summum pontificatum indeptus, anno 1003 die 11 maii migravit e vita. Quoniam mathematicas artes et philosophiæ arcana didicerat, a nonnullis infamatus est, tanquam præstigiator et magicis imbutus artibus. At legendus de ejus laudibus Papirius, et inscriptio ad illius tumulum in Latherani basilica, illic insculpta sub Sergio IV, quæ incipit: « Iste locus mundi, Sylvestri membra sepulti, etc.

CAPUT II.

SYNODI SÆCULO DECIMO CONGREGATE.

Nulla œcumenica nec plenaria sæculo X celebrata fuere concilia. Quædam commemoranda sunt tamen, ad depositiones episcoporum, ad bonorum Ecclesiarum immunitatem et ad ecclesiasticam disciplinam spectantia; ac duo tandem, quæ adnotationem petunt aliquam, distincte sunt recensenda.

Actum itaque de Ecclesiarum bonis an. 935 in synodo Arthaldi, rhemensis archiepiscopi, et illorum bonorum raptores percussi sunt anathemate. Sub eodem archiepiscopo, anno 935 alia coacta est synodus adversus Reginaldum comitem, bonorum Ecclesiæ invasorem, excommunicatione tamen ad tempus suspensa. Anno item 955 in synodo Burgundiæ indictum anathema Isuardo, detinenti quosdam Ecclesiæ agros; anno 959 restituta Ecclesiis fuerunt bona sublata, collecto sub Edgardo, rege Angliæ, concilio Middlesexiæ prope Londinum.

De amovendis episcopis egit anno 941 synodus suessionensis, in qua deposito Arthaldo, consecratus est Rhemensium archiepiscopus Hugo, Heriberti comitis filius. Restitutus tamen Arthaldus anno 947 decreto synodi verdunensis. Adnitente rursus Hugone rhemensem sedem invadere, coacta in pago meldensi synodo an. 962. Episcopus constitutus est Odalticus. Constantinopoli quoque an. 944 dejecto, synodali sententia, patriarcha Tryphone, substitutus est Theophylactus. Quæ præcedenti cap. dicta sunt de Joanne XII exauctorato, et intruso Leone VIII, et de Benedicto V ejecto, et relegato Hamburgum, atque ab Othone restituto iterum pseudopontifice Leone VIII, violentis, abrogandisque sacerdotum synodis anno 963 et anno 964 pertracta fuerunt.

Pertractatum est de ecclesiastica disciplina in concilio C. P., secundo hujus sæculi anno, reprobatis quartis nuptiis Leonis Sapientis cum Zoe. Acta Stephani VI contra Formosum, a Joanne IX jam rescissa, rursus an. 904 reprobata sunt in synodo ravennate et ratæ habitæ sunt ipsius Formosi ordinationes. Sy-

nodo duisburgensi in Germania ¹ anno 927 excommunicati sunt qui excæcaverant Bennonem, metensem episcopum. In cantuariensi an. 969 ejeti sunt clerici conjugati, et indieta pœnitentia septem annorum Edgari, Anglorum regi, ob vitiatam virginem claustralem. Ticinensis anni 997 in Crescentium, qui ex Urbe ejecit Gregorium V sententiam, protulit anathematis.

Duo autem concilia, quæ peculiariter diximus nominanda, sunt romanum anni 993 sub Joanne XV, et romanum alterum anni 996 sub Gregorio V celebratum. Nam in priori inter sanctos solemniter ritus relatus est Uldaricus, episcopus augustanus, atque hæc fuit prima canonizatio a summo pontifice solemniter celebrata. In altero concilio anni 996 institutos septem imperii electores putant quamplures. Id vero, ut supra monui, ambiguum est valde. Quidam enim hanc septem electorum institutionem Carolo Magno, quidam prælaudato Gregorio, quidam fortasse probabilius, adscribunt Germaniæ principibus. Septem nihilominus fuisse olim electores imperii, tres ecclesiasticos et laicos quatuor, indicant pervulgati versus :

Moguntinus, trevirensis, coloniensis,
Quilibet imperii fit cancellarius horum,
Et palatinus Dapifer, dux portitor ensis,
Marchio præpositus cameræ, Pincerna Bohæmus,
Hi statuunt dominum cuncti per sæcula summum.

Primi tres sunt archiepiscopi. Alii, *comes palatinus, dux saxonicus, marchio brandeburgicus* et rex *Bohæmus*. Additus an. 1623 dux *Bavariæ* ², 1692 hannoverensis.

CAPUT III.

HERESIS DECIMI SÆCULI.

Nullam hoc sæculo in tanta elluvione vitiorum inveniemus de novo ortam hæresim. Quosdam dumtaxat anthropomorphitas apud Italos statim extinctos opera Ratherii, episcopi veronensis, commemorat in Chronico ad annum 935 Genebrardus

¹ Potius in Gallia belgica.

² Dux Bavariæ initio suffectus est in locum comitis palatini perduellis, qui anno 1648 restitutus est, modo archithesaurarius et elector VIII.

et manichæos Trimontii seu Philippopoli in Thracia; quorum origo referenda est ad tertium aut quartum Ecclesiæ sæculum.

CAPUT IV.

SÆCULI DECIMI SCRIPTORES ECCLESIASTICI CELEBRIORES.

Ex quo hoc sæculum *obscurum ac ferreum* passim a scriptoribus vocitetur, nemo hinc inferre debet, nullum in eo litterarum claruisse splendore. Enimvero præter monachorum complures, qui monasteriorum chronica, suorumque sodalium gesta exornaverunt, de quibus in sæculo V Benedictino Cl. Mabillonius, cum historicis, tum dogmaticis lucubrationibus græci, latinique scriptores assiduam operam impenderunt.

Inter græcos historicos præclarum honestumque est nomen *Simeonis Metaphrastæ, Joannis Cameniatae Constantini Παρρηγορευνῆτος, Anonymi byzantini, Hippolyti Thebani et Eutychiei. Simeon*, Metaphrastes dictus a scribendi genere, natus C. P. et Leonis imp. Δογμῆτος, claruit hujus sæculi initio, certumque est in ejus chronologia Genebrardum, Raphaelem Volaterranum et Oudinum enormiter aberrasse. Vitas sanct. magno studio collegit, sed plures adjectæ fuere suppositæ ac spuria, scripsitque ulterius stricta oratione poemata, in lucem edita ab Allatio, trimetros iambicos de Eucharistia, hymnosque ab eodem Allatio laudatos. *Constantinus*, quem Leo Sapiens genuit a Zoe, imperii suscepit habenas an. 919, et e vivis excessit anno 959. Scripsit vero *Pandectas* historicopoliticas, vitam Basilii Macedonis avi sui et historiam imaginis Salvatoris quam aiunt ad Abgarum, Edessæ regem, fuisse missam, Constantinopolim e Syria translata. *Anonymus* byzantinus, quem nonnulli vocarunt Leontium, decepti similitudine nominis alterius scriptoris qui floruit sæculo VI, conscripsit circa an. 930 libros IV Chronographiæ, ab an. 813 usque ad annum 867, eique multa ex aliena manu accessere. Quatuor decessorum Basilii Macedonis Vitas postmodum addidit. *Hippolytus* patria thebanus, junior Simeone Metaphraste, quem τὸν κῆριον appellat, conscripsit Synagma chronicum ab orbe condito ad sua usque tempora; hu-

jusque fragmenta edita a Canisio auxerunt Lambecius, Schelestratius, atque Basnagius. *Euty chius* natione Ægyptius, qui ab an. 933 ad an. 950 alexandrinam rexit Ecclesiam, præter opuscula medica, recensita ab Hottingero, conscripsit arabico sermone Annales a mundi primordiis usque ad annum 940. Edidit quoque librum de rebus Siciliae, postquam capta fuerat a Saracenis, necnon de Ecclesiae alexandrinæ origine, moribus et electione patriarcharum, opus a Seldono, cum pluribus additamentis refutatis ab Abramo Ecchelensi, in lucem emissum Londini anno 1642.

Historicis autem latinis adnumerandi sunt *Regino*, *Flodoardus*, *Winduchindus*, *Luithprandus*, *Fulcuinus*, *Abbo*, *Notkerus* et *Hevigerus*; *Regino* abbas prumiensis in Germania, exaravit Chronicum a Christo nato usque ad an. 970, protractum deinde ab alio ignoto scriptore usque ad an. 972. *Flodoardus* canonicus rhemensis, qui decessit anno 966, conscripsit usque ad hunc annum, exorsus ab anno 919, Chronicum rerum inter Francos gestarum, necnon Historiæ rhemensis libros quatuor. *Winduchindus*, seu *Witikingus*, monachus corbeiensis in Westphalia (est enim Corbeia altera in Picardia), præter Vitam Pauli eremitæ et passionem S. Teclæ virginis, metro conscriptas, edidit tres libros Historiæ Saxonum ad Mathildem reginam. Adhuc inter vivos degebat anno 973 *Luithprandus*, diaconus ticinensis et postea cremonensis episcopus, qui historiam rerum, ætate sua in Europa gestarum, in libros sex distributam, librumque edidit de romanis pontificibus a Petro ad Formosum, stylo, ut inquit Sigebertus, luculento et alterno. Huic autem opponitur Chronicum Luithprandi cujusdam Toletani, nugis fabulisque refertum. *Fulcuinus*, vel *Folquinus*, monachus laubiensis, gesta abbatum celeberrimi illius cœnobii, siti in diœcesi cameracensi, de miraculis S. Ursuarii et vitam Folcuini, tarvanensis in Belgio episcopi, litteris tradidit, vita functus anno 990. *Abbo*, monachus floriacensis in Burgundia, scripserat ante sæculi X exitum, præter collectionem canonum, Commentarium in canonem paschalem Victorii, atque Epitomen de Vitis pontificum romanorum; *Notkerus*, filius ducis Sueviæ, creatus anno 974

episcopus leodiensis, Historiam episcoporum leodiensium et quorundam sanctorum Vitas; atque *Herigerus* renunciatus abbas laubiensis anno 990, res gestas ab iisdem leodiensibus episcopis, a S. Berlende virgine et a S. Landoaldo. Obierunt autem hi tres XI sæculo jam inchoato, nempe *Abbo* lancea transfixus ac martyr anno 1004; *Notkerus* autem et *Herigerus* anno 1007.

Præter historicos alii per celebres viri X sæculo claruerunt, videlicet *Odo*, abbas cluniacensis, qui decessit anno 942, adscriptus SS. Fastis XIV kal. decembris, scripsitque sermones asceticos, varios hymnos, libros XXXV Moralium in Job et succinctum Chronicum; *Ratherius* monachus antea laubiensis, tum veronensis episcopus, deinde ex Italia pulsus et sedi leodiensi præfectus, hinc quoque ejectus et Veronensi cathedræ restitutus, atque rursus sede deturbatus, et jam tertio ob austeram rigidamque disciplinam exul ad laubiense monasterium reversus, adeo, ut versus iste in epitaphio ejus legatur:

Veronæ præsul, sed ter Ratherius exul,

sui ipsius descripsit itinerarium atque apologiam, ac pertractavit de contemptu canonum, de exilio, ærumnisque suis, additis sermonibus, epistolis, aliisque eruditissimis opusculis, obiisse fertur anno 973. *Œcumenicus* Scholiastes græcus hoc, ut fertur, sæculo, Novum Testamentum perpetuis commentariis, e Chrysostomo ut plurimum depromptis, perspicue breviterque explanavit; *Burchardus*, monachus laubiensis, deinde non procul a Wormatia¹ ad Rhenum cultor vitæ eremiticæ, circa finem hujus sæculi scripsit decretorum volumen, in libros XX distributum; *Suidas* grammaticus prolixum lexicum suum, in quo plura continentur ad theologiam, et ecclesiasticam historiam pertinentia, absolvisse videtur circa annum 976, nam hunc usque temporum recenset epochas.

Addendi forent, nisi compendio res ageretur, *Moses Barcephas* Syrus, *Josephus Genesisius* historicus byzantinus, *anonymus* auctor Historiæ claromotensis, *Nicon* Armenus, *Fridegodus*

¹ Promotus ad episcopatum wormatiensem an. 966.

et *Dunstanus*, Angli, *Ælfricus* cantuariensis episcopus, litteris et sanctitate clarissimus, *Odilo* Arvernus et *Philotheus* Alexandrinus, etc.

CAPUT V.

IMPERATORUM SUCCESSIO ET NATALITIA SANCTORUM.

Berengarius anno 916 ob pulsos ex Italia Saracenos et Mauros a Joanne X imperii coronam accepit in solemnibus festis dominicæ Resurrectionis. Dum Veronæ, ad quam urbem confugere hostium armis coactus fuerat, oraturus templum matutinis horis ingrederetur, transfixus est et occisus in ipso sacræ ædis vestibulo an. 924. Nullus deinde coronatus est imperator usque ad annum 962.

Hoc autem anno a Joanne XII imperii diadema consecutus est *Otho I*, cognomine *Magnus*, a quo adversus eundem pontificem intrusus fuit *Leo VIII*; nec desunt, qui scribant ab hoc pseudopontifice *Othonem* iterum fuisse coronatum. Decessit *Otho* anno imperii sui XI, christianæ æræ 973.

Imperium tum indeptus est *Otho II*, illius filius, qui vivente patre coronatus fuerat a Joanne XIII anno juxta Baronium 966, vel potius anno proximo 967. Imperavit autem a morte patris annis 10, sublatus e vivis anno 983.

Et in regno successit eodem anno *Otho III*, sed hujus imperium supputatur ab anno 996, quo anno coronatus est a Gregorio V in festo Pentecostes. Exinde vero imperavit annis 6, vita functus anno 1002 Paterni in Campania, dum reditum in Germania meditaretur.

Quamquam vero soli principes hactenus laudati corona decorati fuerint imperii, defuncto tamen Ludovico, filio Arnulphi, rege Germaniæ, anno 912 absque liberis, electus est in Germaniæ comitiis *Conradus*, filius *Conradi*, Franconiæ ducis; et huic extincto, anno 918 suffectus est *Henricus*, ab aucupio, quo mirum in modum delectabatur, denominatus *Auceps*, filius *Othonis*, ducis Saxonie, ex *Ludgarda* filia imperatoris Arnulphi. *Henrici* autem et *Mechtildis* filius fuit *Otho I*, de quo paulo supra. Quare sunt, qui ita post Arnulphum enumerant impe-

ratores, *Ludovicum IV*, Arnulphi F., *Conradum*, *Henricum Aucupem*, *Othonem II* et *III*¹.

Addo nomina et chronologiam imperatorum Orientis. Memoravi præcedenti sæculo IX Leonem VI philosophum. Is obiit

¹ *Ludovicus IV* fuit filius Arnulphi et *Juttæ*, filiæ *Guelphi*, editus in lucem circa annum 892. Electus est defuncto patre ab optimatibus Franciæ, cum esset septennis, obiitque an. 912, decimo kalendas februarii, ætatis suæ 19 nondum exacto. Nullam ex *Ludgarda* aut *Mathilde*, uxore, filia *Ludulphi*, ducis Saxonie, et sororis *Othonis Magni*, prolem suscepit. *Conradus* pariter nullos e conjuge *Placentia*, filia regis Germaniæ, genuit liberos et placida morte decessit anno, ut dixi, 918, sive 919, juxta *Calvisium*, et alios, die 23 decembris, cum ante obitum per fratrem suum *Eberardum* misisset imperii insignia *Henrico* filio *Othonis*, ducis Saxonie. De illo legitur epigramma :

Fallere quod volucres laqueis, viscoque solebat,
AUCUPIS aucupii nomen ab arte tulit.

Hoc principe imperium a Francis pertransiit ad Saxones, ut *Roswida* (de qua in appendice) cecinit :

Postquam rex regum, qui solus regnat in ævum,
Per se cunctorum transmutans tempora regum,
Jussit Francorum transferri nobile regnum
Ad claram gentem Saxonum nomen habentem
A Saxo, per duritiem mentis bene firmam;
Filius *Othonis*, magni ducis et venerandi,
Scilicet HENRICUS, suscepit regia prima,
Justo pro populo moderamine sceptrum regendo.

Hujus itaque *Henrici*, et *Mechtildis*, filiæ *Diderici*, comitis *ringelhelmsensis*, primogenitus fuit *Otho I*, cognomento *Magnus*. Scribitur etiam *Otho*, immo et *Hatto*, quam vocem repetunt a Thesalica, ἄττα, qua significatur *Pater benevolus*. Eodem vocabulo apud Græcos a junioribus compellantur senes. Pervulgatus est versus :

Hatto, post Hatto, regnavit tertius Hatto.

Tres enim *Othones* unus post alium imperarunt. *Otho I* ex *Adelaide*, filia regis Burgundiorum et vidua relicta *Lotharii* regis Italiæ, suscepit *Othonem II* natum an. 933, quo anno pater *Ratisponam*, Germanis *Regensburg*, in sui redegit potestatem, Hungaros ingenti prælio prostravit, ac paulo post *magdeburgensem*, *misnensem*, aliosque episcopatus magnificentissime erexit. Obiit *Otho I* an. 972, die 7 martii, et sepultus est *Magdeburgi*. Tumulo hi versus fuerunt inscripti :

Tres luctus causæ sunt hoc sub marmore clausæ:
Rex, decus Ecclesiæ, summus honor patriæ.

Otho II patri rerum gestarum magnitudine haud dissimilis fuit; extatque de ipso *Sabini* epigramma :

et *Dunstanus*, Angli, *Ælfricus* cantuariensis episcopus, litteris et sanctitate clarissimus, *Odilo* Arvernus et *Philotheus* Alexandrinus, etc.

CAPUT V.

IMPERATORUM SUCCESSIO ET NATALITIA SANCTORUM.

Berengarius anno 916 ob pulsos ex Italia Saracenos et Mauros a Joanne X imperii coronam accepit in solemnibus festis dominicæ Resurrectionis. Dum Veronæ, ad quam urbem confugere hostium armis coactus fuerat, oraturus templum matutinis horis ingrederetur, transfixus est et occisus in ipso sacræ ædis vestibulo an. 924. Nullus deinde coronatus est imperator usque ad annum 962.

Hoc autem anno a Joanne XII imperii diadema consecutus est *Otho I*, cognomine *Magnus*, a quo adversus eundem pontificem intrusus fuit *Leo VIII*; nec desunt, qui scribant ab hoc pseudopontifice *Othonem* iterum fuisse coronatum. Decessit *Otho* anno imperii sui XI, christianæ æræ 973.

Imperium tum indeptus est *Otho II*, illius filius, qui vivente patre coronatus fuerat a Joanne XIII anno juxta Baronium 966, vel potius anno proximo 967. Imperavit autem a morte patris annis 10, sublatus e vivis anno 983.

Et in regno successit eodem anno *Otho III*, sed hujus imperium supputatur ab anno 996, quo anno coronatus est a Gregorio V in festo Pentecostes. Exinde vero imperavit annis 6, vita functus anno 1002 Paterni in Campania, dum reditum in Germania meditaretur.

Quamquam vero soli principes hactenus laudati corona decorati fuerint imperii, defuncto tamen Ludovico, filio Arnulphi, rege Germaniæ, anno 912 absque liberis, electus est in Germaniæ comitiis *Conradus*, filius *Conradi*, Franconiæ ducis; et huic extincto, anno 918 suffectus est *Henricus*, ab aucupio, quo mirum in modum delectabatur, denominatus *Auceps*, filius *Othonis*, ducis Saxoniarum, ex *Ludgarda* filia imperatoris Arnulphi. *Henrici* autem et *Mechtildis* filius fuit *Otho I*, de quo paulo supra. Quare sunt, qui ita post Arnulphum enumerant impe-

ratores, *Ludovicum IV*, Arnulphi F., *Conradum*, *Henricum Aucupem*, *Othonem II* et *III*¹.

Addo nomina et chronologiam imperatorum Orientis. Memoravi præcedenti sæculo IX Leonem VI philosophum. Is obiit

¹ *Ludovicus IV* fuit filius Arnulphi et *Juttæ*, filiæ *Guelphi*, editus in lucem circa annum 892. Electus est defuncto patre ab optimatibus Franciæ, cum esset septennis, obiitque an. 912, decimo kalendas februarii, ætatis suæ 19 nondum exacto. Nullam ex *Ludgarda* aut *Mathilde*, uxore, filia *Ludulphi*, ducis Saxoniarum, et sororis *Othonis Magni*, prolem suscepit. *Conradus* pariter nullos e conjuge *Placentia*, filia regis Germaniæ, genuit liberos et placida morte decessit anno, ut dixi, 918, sive 919, juxta *Calvisium*, et alios, die 23 decembris, cum ante obitum per fratrem suum *Eberardum* misisset imperii insignia *Henrico* filio *Othonis*, ducis Saxoniarum. De illo legitur epigramma :

Fallere quod volucres laqueis, viscoque solebat,
AUCUPIS aucupii nomen ab arte tulit.

Hoc principe imperium a Francis pertransiit ad Saxones, ut *Roswida* (de qua in appendice) cecinit :

Postquam rex regum, qui solus regnat in ævum,
Per se cunctorum transmutans tempora regum,
Jussit Francorum transferri nobile regnum
Ad claram gentem Saxonum nomen habentem
A Saxo, per duritiem mentis bene firmam;
Filius *Othonis*, magni ducis et venerandi,
Scilicet HENRICUS, suscepit regia prima,
Justo pro populo moderamine sceptrum regendo.

Hujus itaque *Henrici*, et *Mechtildis*, filiæ *Diderici*, comitis *ringelhelmsensis*, primogenitus fuit *Otho I*, cognomento *Magnus*. Scribitur etiam *Otho*, immo et *Hatto*, quam vocem repetunt a Thesalica, ἄττα, qua significatur *Pater benevolus*. Eodem vocabulo apud Græcos a junioribus compellantur senes. Pervulgatus est versus :

Hatto, post Hatto, regnavit tertius Hatto.

Tres enim *Othones* unus post alium imperarunt. *Otho I* ex *Adelaide*, filia regis Burgundiorum et vidua relicta *Lotharii* regis Italiæ, suscepit *Othonem II* natum an. 933, quo anno pater *Ratisponam*, Germanis *Regensburg*, in sui redegit potestatem, Hungaros ingenti prælio prostravit, ac paulo post *magdeburgensem*, *misnensem*, aliosque episcopatus magnificentissime erexit. Obiit *Otho I* an. 972, die 7 martii, et sepultus est *Magdeburgi*. Tumulo hi versus fuerunt inscripti :

Tres luctus causæ sunt hoc sub marmore clausæ:
Rex, decus Ecclesiæ, summus honor patriæ.

Otho II patri rerum gestarum magnitudine haud dissimilis fuit; extatque de ipso *Sabini* epigramma :

anno 911, filiumque suum *Constantinum* Porphyrogenetum¹ reliquit septennem *Alexandri* fratris sui regimini ac tutelæ. *Alexander* crapulæ et libidini deditus, misere occubuit anno 912, abrupta in ludo pilæ vena pectoris, multaque sanguinis copia ex omni effusa meatu. Ab eo anno, quo patruus extinctus est 912, *Constantinus* imperavit sub tutela *Zoes* matris suæ et *Nicolai* patriarchæ C. P., regnavitque usque ad annum 959, et aliquandiu cum *Romano Lacapeno*, quem reversum a clade bulgarica adscivit in consortium imperii; sed ante Constanti-

Non fuit inferior primo virtute secundus,
Multa domi gessit prælia, multa foris.

Uxorem habuit *Theophaniam*, privignam *Nicephori*, imperatoris Græcorum, cum qua anno 973 Romæ nuptias honorificentissime celebravit. Uxores ejus alias prætereo. Suscepit ex *Theophania* *Othonem* III, natum primo nuptiarum an. In bello adversus Saracenos venenato telo percussus, reversus Romam an. 983, ibidem anno ætatis suæ 29, obdormivit die 7 decembris. In atrio vaticanæ basilicæ sepultus est. Plura *Aventinus*, *Ditmarus*, *Sigonius*, alii.

Otho III tam probe se gessit, ac tam prudenter administravit rempublicam, ut mundi miraculum diceretur. Bohemos an. 986 compescuit: *Henricum* Bavarum in Germania, *Lotharium* in Gallia, *Crescentium* in Italia æmulus habuit imperii. At *Henricum* veniam petentem in amicitiam recepit. *Lotharius* ei sponte cessit. *Crescentius* vero sæpe Romæ tumultus excitans an. 996 Romæ captus est, asino retrorsum impositus et circumductus per urbem, mutilatus membris atque suspendio necatus. Vide cap. 1 quæ diximus de *Gregorio V*. *Otho III* uxorem habuit *Mariam*, filiam regis *Aragonie*, libidinis adeo procacis, ut in gynæceo detineret juvenem indutum veste muliebri ad immodicam explendam cupiditatem. Quare adulterii ream *Otho* *Mariam* cremari jussit *Mutinæ*. Rediens *Otho* in Italiam anno 1001, quomodo e vivis propinato veneno exierit, dicam proximo sæculo undecimo, capite quinto.

¹ *Porphyrogenetum* appellaverunt, quoniam in lucem editus fuit in ædibus imperatoris, quæ dicebantur πορφύρα. Eodem idcirco cognomine alii quoque nati ibidem principes distinguuntur. *Porphyrogeneti* insuper, aut *Porphyretici*, dicti sunt filii omnes geniti patre imperatore; unde in *Legatione* ait *Luithprandus*: « Inaudita res est, ut *Porphyrogenita*, hoc est, in » purpura nata filia gentibus misceatur. » Latini pariter imperatorum, regumque filios *purpuratos* dixerunt, quod scilicet in purpura nati essent, purpureisque fasciis circumvoluti. Plura *Carolus Dufresne* in *Glossario*, et in Adnotationibus ad *Alexiadem*. *Claudianus* in tertio *Honorii* consulatu cecinit:

Ardua privatos nescit fortuna penates,
Et regnum cum luce dedit, cognata potestas
Exceptit Tyrio venerabile pignus in ostro.

num obiit, propriis suadentibus filiis, anno 944, exutus imperii insignibus, et *Protem* *Bosophorii* *Thracii* insulam relegatus. At *Constantino* successit *Romanus*, ei natus ex *Helena* conjugē et filia *Romani Lacapeni*, adeo improbus, ut patrem veneno necaverit, et ipse anno 963 consumptus fuerit immodica libidine et crapula enormi. Acclamatus tum ab exercitu *Nicephorus Phocas*, princeps quidem strenuus, sed avaritiæ deditus supra modum. Occisus est anno 969 insidiis, ut fertur, *Theophaniæ* uxoris suæ, captæ insano amore *Joannis Tzimiscis*. Is itaque post *Nicephori* necem arripuit imperium, quod administravit usque ad annum 976, a *Basilio* cubiculario suo extinctus veneno. Diu posthæc imperavit *Basilius II*, F. *Romani* junioris, cum fratre suo *Constantino VIII*; etenim *Basilius* obiit anno 1025, *Constantinus* anno 1028.

Addenda sunt modo Chronotaxi augustorum principum natalitia sanctorum. Inter quos martyrum *Fasti* celebrant die 28 septembris *Ludmillam* *Bohemie* ducissam, nurus suæ *Drahomiræ*, gentilis fœminæ, jussu necatam anno 922. Sexto kal. julias memoriam agunt *Pelagii*, adolescentuli *Cordubæ* sub *Abdarameno* rege *Saracenorum* an. 925, membratim forcipibus ferreis præcisi. Quinto kal. octobris *Wincelai*, *Bohemorum* ducis, filii prædictæ *Drahomiræ*, ac trucidati in domo fratris sui *Boleslai* anno juxta *Segebertum* 938, vel potius 939. Quinto decimo kal. aprilis *Eduardi* *Britanniæ* regis, dolis novercæ anno 978 interfecti. Addit *Eccel. hist.* virginem *Guiboratiæ*¹ ab *Hungaris* enecatam anno 925, die 2 maii, et *Haroldum* *Daniæ* regem, a filio pagano peremptum kal. novembris anno 980.

Plures quoque sanctorum episcoporum albo fuerunt adscripti, atque ex hac vita excesserunt: anno 965, die 11 octobris, *Brunon*, frater *Othonis I*, archiepiscopus *coloniensis*; anno 973, die 4 julii, *Uldaricus* episcopus *augustanus* in *Rhetia*²; anno 976,

¹ Alibi *Viboradam*. *Cordubæ* anno 975 sub *Albacha*, rege *Saracenorum*, permulti martyres occubuerunt.

² *Uldaricum* obiisse alii tradunt anno 863; canonizatum vero constat an. 993 a *Joanne XV*. Hanc esse primam canonizationem factam a romano

die 26 novemb., *Conradus* episcopus Constantiæ; an. 981, die 20 junii, *Adelbertus* primus archiepiscopus magdeburgensis; anno 984, die 1 augusti, contigit mors *Ethelwoldi* episcopi Wintoniensis in Anglia; anno 988, die maii 19, *Dunstani* cantuariensis, superiori etiam capite laudati; anno 992, die 15 octobris, *Osualdi* antistitis eboracensis in Anglia; an. 994, die octobris ultima, *Wolphangi* episcopi Ratisponæ, et anno 997, die 23 aprilis, obiit *Adelbertus* episcopus bragensis et martyr, apostolus Poloniæ et Hungariæ.

Si modo sinerent angustia temporum adire sanctorum monachorum asceteria, quot nobis occurrerent sanctitatis eximii cultores? *Bernon* monasterii cluniacensis primus abbas, in cælum raptus an. 926, die januarii 13; ejusque successor prælaudatus *Odo*, vita functus an. 942, XIV. kal. decembris; *Joannes* abbas Gorsii in Lotharingia, mortuus an. 973, die 27 febr.; *Majohus* item cluniacensis, qui obiit V idus maias anno 994, aliique complures aureolis sanctorum stolis præfulgent. Atque ne sua desit gloria fœmineo sexui, addo *Ludmillæ* et *Guiboratiæ*, *Mathildem* Germanorum reginam et Othonis I parentem, quæ obiit pridie id. martii an. 967; *Editham* virginem, filiam Edgardi regis Anglorum, defunctam an. 984, XVI kal. octobris, et *Adelaidem* imperatricem, matremque Othonis II, quæ migravit e vita XVII kal. januarias an. 999, virtutum gloria, quam regio diademate splendidiore.

CAPUT VI.

DOCTRINA ET DISCIPLINA SÆCULI X.

Apostolicam divinamque traditionem de Christi in Eucharistia corpore, hoc propugnatam sæculo, ex epistolis Ratherii ep. veronensis, et S. Ulderici opere *De antiquis consuetudinibus cluniacensium*, Arnaldus *De perpetuitate fidei*, aliique viri docti demonstrant. Exhibendum sanctis cultum confirmavit solemniter S. Uldarici, episcopi augustani, canonizatio, a Joanne XV pontifice, de qua hæsitari non potest, censet Bolandus. Vide sæculi VIII caput vi.

tracta; et qui huic repetunt ejusdem religiosi cultus exordium, veterum diptychis, memoriis martyrum, omniumque sæculorum consuetudine refelluntur. Quartas nuptias a Græcis in Leone philosopho reprobatas, ratas firmasque semper habuit romana Ecclesia, veritatis magistra. Romanis pontificibus, quamvis pro humana fragilitate improbis, omnem reverentiam esse adhibendam et summi sacerdotii fastigium non contemnendum propter morum improbitatem, cunctorum temporum, præsertim vero hujus sæculi gesta declarant.

Simoniaci bonorumque ecclesiasticorum raptores canonum auctoritate fuere perstricti. Reformati a S. Odone cluniacensi monachorum mores, hortante etiam R. P. Leone VII. A romano episcopo coronatos imperatores Occidentis Berengarium et Othones, dictum est paulo supra. Ipsorum imperatorum assensu summi eligebantur pontifices; eodemque assensu neglecto, Benedictus V dejectus est et Innocentius VIII intrusus, sacerdotii jure violato. A romana Sede archiepiscopi juxta veterem consuetudinem receperunt pallium, quo statis utuntur diebus; a Joanne IX Rogerius Hamburgi et Sergius Coloniensis, a Joanne XI Artaldus Rhemensis et Theophylactus P. C. Ab Agapeto II, Brunon coloniensis archiepiscopus, frater Othonis I, cujus et supra meminimus. Concessum item pallium ab Anastasio III episcopis ticinensibus. Inhibitum a Leone VII mulieribus, ne septa monasterii S. Martini Turonensis ingrederentur. Campanam lateranensis Ecclesiæ Joannes XIII sacris cæremoniis consecravit, atque hinc ritum signa benedicendi repetunt aliqui, sed decipi cardinalis Bona, Angelus Rocca, Edmundus Martene et Franciscus Pagijs demonstrant, vindicatus antiquiorem ejusdem ritus originem. Jus præferendæ crucis indulsit Sylvester secundus regibus Hungariæ, quoniam opera sanctissimi regis Stephani Pannonia ad Christi fidem pervenit. Sunt qui ad hujus sæculi initia referendam censent Academiæ tolosanæ institutionem. *Cluniacensis* ordo sub regula S. Benedicti anno 910 et ordo *camaldulensium* anno 997 habuere primordia; fuitque illius auctor *Bernon*, de quo supra; istius vero *S. Romualdus*, de quo rursus, cap. v proximi sæculi XI.

In Dania hoc sæculo X christiana religio re floruit. Eandem religionem circa annum 998 propagatam novimus apud Suecos. Hungari pariter sese illis addixerunt, Evangelium eis annuntiante pragensi episcopo *Adelberto*. S. Olaus, item rex Norvegiæ, circa annum 994 suscepit baptismum, assumpto Jacobi nomine. Hunc tanquam martyrem IV kal. augusti recolit romanum Martyrologium.

APPENDIX.

RES ATTINGUNTUR EXTERNE.

Dejecto Carolo *Simplici*, Francorum rege, anno 923 obtinuit regnum *Rodolphus* Burgundio Normannorum debellator, extinctus, anno 926. Revocatus tunc ex Anglia, quod ad avunculum regem cum matre *Oginia*¹ confugerat, *Ludovicus IV*, F. Caroli *Simplicis*, Transmarinus nuncupatus, qui consecratus rex Lugduni XIII kal. junias, obiit an. 945. Corona tum insignitur *Lotharius* illius filius, consecratus Rhemis idib. nov. eodem anno, ac vita functus anno 986. Regnavit postea uno dumtaxat anno *Ludovicus V*, ejus filius, et cum eo extincta est anno 987 secunda regum Francorum dynastia (sive prosapia et genus Caroli Magni), vocari solita *carolovingica*. Incœpit anno 987 linea *capetiana* ab *Hugone Capeto*, comite parisiensium, rex *Hugo* Novioduni salutatus est a militibus et deinde Rhemis inunctus; cui vita functo anno 996 successit filius *Robertus*, princeps sanctitate et virtutibus præstantissimus. De hoc autem, cum vixerit usque ad annum 1031, proximo rursus sæculo agendum erit.

In Hispania post *Alphonsum Magnum* regnarunt ab anno 910 *Garzias*; ab anno 914 *Ordonius II*; ab anno 923 *Froila II*; ab an. 924² *Alphonsus IV*; ab anno 931 *Ramirus II*; ab anno 950 *Ordonius III*; ab anno 956 *Sanctius Crassus*; ab anno 967 *Ramirus III*; ab anno 982 *Veremundus II*; ab anno 999 usque ad an. 1027 *Alphonsus V*³.

¹ Alias *Edgiva*.² Alibi legitur 923.³ Regnavit in Anglia post *Eduardum I* ab anno 925 usque ad annum 940

Saracenorum caliphas adinveni X sæculo eos, qui sequuntur. Extincto *Abmed* an. 902, hegiræ 289, renunciatus est Saracenorum calipha filius ejus *Ali*, appellatus *Moctaphi*. Is decessit anno 908, heg. 295, regnavitque deinde illius frater *Jafar-Aboulfadel*, denominatus *Amouctadirbillâ*. *Amouctadir* interfecto an. 932, heg. 326, regnavit paucis mensibus *Mahomet-Abaoulmansor*, eoque dejecto *Ahmed-Aboulabas*, filia caliphæ *Amouctadir*, ad an. usque 940, hegiræ 329. Hoc principe perit suprema calipharum potestas, ac plures creati sunt principes Saracenorum, quorum unus Ægyptum et Syriam regebat, alter Mesopotamiam, tertius Persidem, et qui in Africa, aut Hispania permanserant, ducibus obtemperabant suis, spreto Arvirorum seu calipharum dominatu. *Hermir* vocatur, qui suis præerat in urbe Bagdato¹, quæ fuit antiquioribus Seleucia. Qui vero principatum gerebat in Africa, dicebatur *Caimbiamrilla*, quod idem sonat Arabum lingua ac latina *constitutus jubente Deo*. Ita Saraceni vixere usque ad finem sæculi XIII, quando, ut suo dicemus loco, *ottomanicum* cœpit imperium.

Primo hujus sæculi anno *Hungari* Bavariam et Italiam vastarunt, aut anno potius superiori. *Mauri* Cantabria a Sanctio, rege Aragoniæ, pelluntur. *Saraceni* duce Leone Tripolita christiano apostata, anno 904 plurimos in constantinopolitanis vicinis cæciderunt, urbemque Macedoniæ thessalonicam devastarunt incendio. Iidem anno 910 in Calabriam, urbemque Consentiam truculenti irruerunt. Refert id illustris *Pagius* ad annum 902, fortassis non recte. *Hungari* anno 907 *Ludovicum IV* commissa atroci pugna vicerunt, ac anno 909 populati sunt Saxoniam et Thuringiam, annoque sequente Alemaniam. Cæsi tamen fuerunt anno 921 ab imperatore *Henrico*, et coacti ad novenii petendas inducias. Idem *Henricus* anno 928 *Sclavorum* copias internectione delevit, atque anno 930 Misnam condidit in superiori Saxoniam. Rursus anno 935 Hungaros

Adelstanus; tum *Edredus* usque ad 955; deinde *Edgardus* usque ad annum 975; *Edoardus II*, martyr, anno 978; *Etelredus* 1016. In Polonia primus christianus rex *Micislaus* obiit anno 999.

¹ Bagad.

In Dania hoc sæculo X christiana religio re floruit. Eandem religionem circa annum 998 propagatam novimus apud Suecos. Hungari pariter sese illis addixerunt, Evangelium eis annuntiante pragensi episcopo *Adelberto*. S. Olaus, item rex Norvegiæ, circa annum 994 suscepit baptismum, assumpto Jacobi nomine. Hunc tanquam martyrem IV kal. augusti recolit romanum Martyrologium.

APPENDIX.

RES ATTINGUNTUR EXTERNE.

Dejecto Carolo *Simplici*, Francorum rege, anno 923 obtinuit regnum *Rodolphus* Burgundio Normannorum debellator, extinctus, anno 926. Revocatus tunc ex Anglia, quod ad avunculum regem cum matre *Oginia*¹ confugerat, *Ludovicus IV*, F. Caroli *Simplicis*, Transmarinus nuncupatus, qui consecratus rex Lugduni XIII kal. junias, obiit an. 945. Corona tum insignitur *Lotharius* illius filius, consecratus Rhemis idib. nov. eodem anno, ac vita functus anno 986. Regnavit postea uno dumtaxat anno *Ludovicus V*, ejus filius, et cum eo extincta est anno 987 secunda regum Francorum dynastia (sive prosapia et genus Caroli Magni), vocari solita *carolovingica*. Incœpit anno 987 linea *capetiana* ab *Hugone Capeto*, comite parisiensium, rex *Hugo* Novioduni salutatus est a militibus et deinde Rhemis inunctus; cui vita functo anno 996 successit filius *Robertus*, princeps sanctitate et virtutibus præstantissimus. De hoc autem, cum vixerit usque ad annum 1031, proximo rursus sæculo agendum erit.

In Hispania post *Alphonsum Magnum* regnarunt ab anno 910 *Garzias*; ab anno 914 *Ordonius II*; ab anno 923 *Froila II*; ab an. 924² *Alphonsus IV*; ab anno 931 *Ramirus II*; ab anno 950 *Ordonius III*; ab anno 956 *Sanctius Crassus*; ab anno 967 *Ramirus III*; ab anno 982 *Veremundus II*; ab anno 999 usque ad an. 1027 *Alphonsus V*³.

¹ Alias *Edgiva*.² Alibi legitur 923.³ Regnavit in Anglia post *Eduardum I* ab anno 925 usque ad annum 940

Saracenorum caliphas adinveni X sæculo eos, qui sequuntur. Extincto *Abmed* an. 902, hegiræ 289, renunciatus est Saracenorum calipha filius ejus *Ali*, appellatus *Moctaphi*. Is decessit anno 908, heg. 295, regnavitque deinde illius frater *Jafar-Aboulfadel*, denominatus *Amouctadirbillâ*. *Amouctadir* interfecto an. 932, heg. 326, regnavit paucis mensibus *Mahomet-Abaoulmansor*, eoque dejecto *Ahmed-Aboulabas*, filia caliphæ *Amouctadir*, ad an. usque 940, hegiræ 329. Hoc principe perit suprema calipharum potestas, ac plures creati sunt principes Saracenorum, quorum unus Ægyptum et Syriam regebat, alter Mesopotamiam, tertius Persidem, et qui in Africa, aut Hispania permanserant, ducibus obtemperabant suis, spreto Arvirorum seu calipharum dominatu. *Hermir* vocatur, qui suis præerat in urbe Bagdato¹, quæ fuit antiquioribus Seleucia. Qui vero principatum gerebat in Africa, dicebatur *Caimbiamrilla*, quod idem sonat Arabum lingua ac latina *constitutus jubente Deo*. Ita Saraceni vixere usque ad finem sæculi XIII, quando, ut suo dicemus loco, *ottomanicum* cœpit imperium.

Primo hujus sæculi anno *Hungari* Bavariam et Italiam vastarunt, aut anno potius superiori. *Mauri* Cantabria a Sanctio, rege Aragoniæ, pelluntur. *Saraceni* duce Leone Tripolita christiano apostata, anno 904 plurimos in constantinopolitanis vicinis cæciderunt, urbemque Macedoniæ thessalonicam devastarunt incendio. Iidem anno 910 in Calabriam, urbemque Consentiam truculenti irruerunt. Refert id illustris *Pagius* ad annum 902, fortassis non recte. *Hungari* anno 907 *Ludovicum IV* commissa atroci pugna vicerunt, ac anno 909 populati sunt Saxoniam et Thuringiam, annoque sequente Alemaniam. Cæsi tamen fuerunt anno 921 ab imperatore *Henrico*, et coacti ad novenii petendas inducias. Idem *Henricus* anno 928 *Sclavorum* copias internectione delevit, atque anno 930 *Misnam* condidit in superiori Saxoniam. Rursus anno 935 *Hungaros*

Adelstanus; tum *Edredus* usque ad 955; deinde *Edgardus* usque ad annum 975; *Edoardus II*, martyr, anno 978; *Etelredus* 1016. In Polonia primus christianus rex *Micislaus* obiit anno 999.

¹ Bagad.

ingenti prælio devicit, sibi *Patris patriæ* nomine comparato. Diruta an. 933 a Saracenis Africae Genua, *Hungari* anno 937 in Italiam hostili furore irruperunt. *Saraceni* non semel hoc sæculo superati; nam sub Joanne X, anno 915 a finibus Latii et Campaniæ, ubi prope Lyrin fluvium annis 40 conederant, finitimos quoque infestantes, expulsi fuere; devicti anno 939 apud Septimancas Castellæ oppidum a rege Ramiro; illorum classis ab Hugone Italiæ rege et e Græcis *chelyndro* igne¹ anno 941 combusta; duplici certamine, anno 964 et 968 eos in Asia debellavit Græcorum imperator, Nicephorus, et in Syria non semel an. 974, et sequenti Joannes Tzimisces; e Frazineti oppido eosdem expulit anno 972 dux arelatensis, Willelmus. Otho autem II, imperator, qui a Saracenorum tyrannide Apulos, Brutiosque anno 968 liberavit, eosque insequente anno coegerat ex Italiæ oris discedere, anno 982 ingenti prælio in Calabria commisso, una cum Græcis ab iisdem superatus, vix potuit exigua navicula fugam capere. In Hispania rursus invalescentes anno 985 expugnarunt Catalauniæ metropolim Barcinonem, et paulo post legionem *germanicam*, civitatem provinciæ tarraconensis². Sarmatæ quoque, seu Ruteni ac Moscovitæ, necnon Bulgari, Mysiæ populi, sæculo X ruerunt in arma. Ac anno 941 a Græcis tam cruento bello cæsi fuerunt, ut Helena illorum regina Constantinopolim fugerit, atque anno 972 a Joanne Tzimisce magna item clade fuerunt prostrati. *Bulgari*, qui anno 947 ad Acheloum fluvium intulerant Græcis maximam eladem, et anno 933 obsederant C. P., suburbana incenderant et universam Thraciam vastaverant, unde magnis deliniti muneribus recesserunt anno 929; *Bulgari*, inquam, an. 964 expugnati fuerunt a Joanne Tzimisce, non semel laudato, et anno 1000 a Basilio II ejecti e Thessalia, Macedonum regione.

Perpauci habentur scriptores profanarum historiarum, huic

¹ De hoc Græcorum igne Gullielmus Apul. lib. V *Rerum Norman.*

Et contra Venetum naves, Danaumque chelyndros
Certamen navale parant.

² Calabriam rursus depopulati sunt an. 986, expugnatis Rhegio, Julio, Crotone, aliisque urbibus magnæ Græciæ.

mantissæ inserendi. Obscura enim sunt nomina *Joannis Assarii* Britanni, qui initio X sæculi scripsisse fertur Vitam regis sui Ælfridi; *Cappidi Stauriensis*, qui ætate Conradi et Henrici Aucupis, regnum Britanniae contexuit genealogiam; *Oconis Scharlensis*, a quo, tempore Othonis Magni, conscriptæ dicuntur origenes Frisiæ; atque *Dudonis Neustrii*, qui narrationi rerum a Normannis gestarum in Gallia, Othone III imperante, multas infarsit fabulas. Claruit circa idem tempus *Roswida*, seu *Rosvitis*, monialis in cœnobio gandersheimensi, quæ jussu Othonis II et Gerbergæ abbatissæ, scripsit heroico carmine historiam sive panegyricum de gestis Othonis I, aliaque metro et prosa composuit. Recte autem de scriptoribus hujus sæculi si recensere nobiles præclarosque velimus, repetendus nobis erit cum doctissimo Vossio, lib. II *De hist. græcis*, cap. xxvi, virgilianus ille versus *Æneidum* primo:

Occurrunt rari nantes in gurgite vasto.

UNDECIMUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

ROMANÆ ET APOSTOLICÆ ECCLESIAE PASTORES.

Sylvester II, anno 1003, V idus maias, Ecclesiam catholicam supremo pastore viduatam reliquit. Commissum est itaque illius regimen sæculo XI post Sylvestri obitum, *Joanni XVII, Joanni XVIII, Sergio IV, Benedicto VIII, Joanni XIX, Benedicto IX, Gregorio VI, Clementi II, Damaso II, S. Leoni IX, Victori II, Stephano IX, Nicolao II, Alexandro II, S. Gregorio VII, Victori III, Urbano II, Paschali II.*

CXLIII. De Joanne autem XVII, qui sex in pontificatu menses non explevit, nam fatis cessit eodem anno 1003, VIII idus decembris, nil aliud scimus, nisi *Siccum* fuisse cognominatum, ex vetusta familia, patritiæ ac senatoriæ *Paschalicorum* Venerorum conjuncta.

CXLIV. Successit alter *Joannes* Romanus, hujus nominis XVIII, cognomento *Fasamus*, summis laudibus a Fulberto carnutensi episcopo celebratus. Qui romanam Ecclesiam constantinopolitanæ conciliavit; S. Brunonem episcopum, deinde martyrem, ad Ruthenos misit apostolum, et post quinque annos ac totidem menses e vivis excessit anno 1009, maio exeunte.

CXLV. Hunc *Sergius IV* excepit, Petrus antea vocatus¹, qui ob reverentiam apostolici culminis *Sergii* nomen assumpsit,

¹ Ditmarus, alique tradunt, ante pontificatum fuisse illi nomen *Os porci*. Quidam id narrant de *Sergio II*, ut dixi sæculo IX, cap. I. Vide Ven. Baronium ad annum 844, num. 1, et ad annum 1009, num. 3.

liberalitate in pauperes, cæterisque clarus virtutibus, nec immerito recensitus in Menologio benedictino. Obiit anno 1009, XV kal. septembris.

CXLVI. At Sergio successit *Benedictus VIII* Tusculanus, antea Joannes, episcopus portuensis. A Gregorio quodam pontificatus invasore, in Germaniam fugere coactus est; sed a S. Henrico rege Sedi suæ restitutus est omnium plausu, eundemque Henricum corona, aureoque globo gemmis et cruce distincto insignivit. Ut Symbolum caneretur in missa, ad Henrici preces mandavit. Saracenos Tyrrheni maris littora infestantes cohibuit; cantum promovit ecclesiasticum, et naturæ concessit post exactum annum pontificatus XI, die 6 junii, anno 1024¹.

CXLVII. Sedit postea annis 9 Benedicti frater *Joannes XIX*, a quo magna pompa anno 1027 coronatus est imperator Conradus; posuitque vitam anno 1033, die 8 novembris.

CXLVIII. Joanni suffectus est *Benedictus IX*, Theophylactus etiam dictus, filius Alberici comitis Tusculani. E sede a Romanis dejectus est, intruso *Sylvestro*; at restitutus opera imperatoris Conradi. Vendidit tamen pontificatum Joanni Gratiano anno 1044.

CXLIX. Joannes *Gratianus*, simoniace electus post biennium², id est anno 1046 in synodo Sutrii habita, sponte se abdicavit pontificatu, quem sub *Gregorii VI* nomine administraverat.

CL. Post Gregorii abdicacionem electus est pontifex *Clemens II* Saxonius, antea Suidgerus, episcopus bambergensis, qui damnata simoniaca labe, diem clausit extremam anno 1047, VII kal. octob., ejusque corpus Bambergam translatum est.

CLI. Adeptus tunc sacerdotium *Damasus II* Germanus,

¹ Ego quidem non credo quod aliqui narrant de *Benedicto VIII*, hunc nempe post mortem cuidam episcopo apparuisse insidentem equo nigerimo, et defossi a se thesauri locum indicasse, ut suo nomine pecunias ibi reconditas, et ex rapinis partas, pauperibus erogaret. Legi tamen Benedictum precibus S. Odilonis, abbatis cluniacensis, et sanctorum ejus fratrum, cruciatus evasisse tartareos, et cœlestis Jerusalem consecutum fuisse beatitudinem. Vide S. Odilonis Vitam tom. I jan. Act. SS. Bollandi, et epistolam IX S. Petri Damiani ad Nicolaum II rom. pontif.

² Joannes Gratianus sedit annos duos et menses 8, ex *Desiderio* cassinensis ab. et Leone Ostiensi.

anno 1048, die julii 17; proximo mense sextili obiit Præneste, et, si Bennoni adhibenda sit fides, veneno sublatus a Benedicto IX, qui supremam Ecclesiæ dignitatem venalem fecerat.

CLII. Splendorem autem pristinum apostolicæ Cathedræ reddidit *S. Leo IX*, antea Bruno tullensis episcopus, electus in conventu¹ vormatiensi. Qui simoniacis pluries damnatis, Berengarii proscripita hæresi, amoto a sacerdotii honore Gregorio Vercellensi, reo adulterii ac perjurii, devictisque hostibus religione potius quam armis, dum ageret sextum pontificii muneris annum, ad cœleste regnum migravit anno 1054, die 19 aprilis.

CLIII. Diuturnum non fuit pontificium onus *Victoris II*,

CLIV. *Stephani IX*,

CLV. Atque *Nicolai II*; enimvero *Victor*, consiliarius Henrici III, inauguratus anno 1053, idibus aprilis, Berengario rursus damnato, obiit in Etruria anno 1057, die 28 julii². *Stephanus IX*, antea Fredericus, filius ducis Lotharingiæ, abbas casinensis et cardinalis, electus anno 1057, IV nonas augusti, decessit Florentiæ proximo anno 1058, kal. aprilis, intruso post ejus obitum Joanne Mincio, episcopo veliterno, qui sub nomine *Benedicti X*, pontificatum decem fere mensibus usurpavit; et *Nicolaus II* e Burgundia, episcopus florentinus³, admissio ad communionem laicam Benedicto X, veniam in synodo sutrina petente, Florentiæ item vita functus est, tertio pontificatus anno labente, nimirum 1061, die 22 julii.

¹ *Leonis IX* electio contigit anno 1048, sed ea conditione, ut ejus electio approbaretur a clero populoque romano. Adveniens itaque Romam omnium consensu, plausuque, thronum pontificium conscendit proximo anno 1049, pridie idus februarii. Fuit filius comitis daspurgensis, natus anno 1002. Creatus est tullensis episcopus ex monacho ord. S. Benedicti anno 1026. Plura de illo Richerius in Chronico abbatæ senonensis, edito a Luca d'Acheri tom. II *Spicilegii*.

² *Victor II* appellatur in scriptis hujus ævi *papa, dux et marchio*, quoniam Henricus III ducatum spoletanum et Marchiam Camerini regenda illi commiserat.

³ *Nicolaus II* antea Gerardus appellabatur. Creatus est Senis, anno 1038, die 28 decembris, inthronizatus autem Romæ proximo an. 1039 mense januario. Florentinam Ecclesiam etiam ad summum pontificatum evectus administravit. Decessisse Florentiæ tradunt fere omnes. Excipe Panvinium.

CLVI. Ultra annos XI ac dimidium sedit postea *Alexander II*, Mediolanensis, dictus antea Anselmus, lucensis episcopus, tametsi Agnetis imperatricis et Henrici IV jussu¹ illegitime intruderetur *Cadolaus* parmensis antistes, sub nomine *Honorii II*, electus a duobus tantum episcopis², Placentino et Vercellensi. Ægre tulerant augusti principes, inauguratum Alexandrum, illorum non expetito consensu. At pontifex, jura propugnans sua, simoniacos et incontinentes clericos compescuit, communem canonicorum regularium vitam instituit in æde lateranensi, Ecclesiam suam lucensem, quam adamavit summopere, cruce coram episcopo deferenda, ac si primas foret, aliisque privilegiis condecoravit, atque mortalitatem exiit XI kal. maias, anno 1073.

CLVII. Sequitur *S. Gregorius VII*, antea Hildebrandus, S. rom. Eccl. archidiaconus, Soanensis, ut fertur, filius cujusdam Bonitii, ad cujus ligna dolantis pedes dicitur, parvulus et litterarum insciis, formasse ex rejectis segmentis verba illa davidica: *Dominabitur a mari usque ad mare*. Attamen an Etruscus, an Romanus fuerit, et an fabri lignarii filius, an genere ortus nobili, controvertitur. Fuit monachus cluniacensis et abbas monasterii S. Pauli extra muros Urbis, et S. R. E. cardinalis. Pro ecclesiastica libertate pugnavit acerrime, adeo, ut Henricum IV imperatorem anathemate obstrinxerit, et exauctorerit, missa Rodulpho, Sueviæ duci et creato regi Germaniæ, corona cum inscriptione: *Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho*³. Simoniacos repressit; Berengarium damnavit;

¹ *Henricus IV* impuber erat, omniaque ad nutum *Agnetis matris suæ* agebantur.

² Episcopus placentinus erat *Dionysius*, de concubinato convictus, et sede postea dejectus a Gregorio VII, et Vercellensi *Gregorius*, excommunicatus a Leone IX.

³ Sunt qui eundem versum ita allegant:

Petra dedit Romam Petro; tibi papa coronam.

De *S. Gregorio VII* nulla ratione credenda sunt, quæ post Bennonem, qui se archipresbyterum cardinalem vocat, promotus ad purpuram a *Clemente III*, pseudopontifice, stylo mendacissimo, impudentissimoque scripserunt auctores citati a Sagittario, a Schmidio, a Christiano Matthiæ, et postremo a Moshemio. Dum enim aiunt Gregorium vitis omnibus

obsidionem romanæ urbis, ejus expugnationem ab Henrico factam anno 1084, cæterasque ærumnas invicto pertulit animo. Inauguratus est adversus Gregorium pseudopontifex Guibertus Ravennas, *Clemens III* nominatus. Ad Henrici vitandas insidias Salernum confugit, ibique sancto fine quievit, anno 1085, VIII kalendas junias.

CLVIII. Tres alii sederunt Romæ sæculo XI pontifices maximi, scilicet *Victor III*,

CLIX. Urbanus II,

CLX. Et Paschalis II. *Victor*, electus anno 1086, decessit anno 1087, XVI kal. octobris, extinctus veneno, calici opera Henrici IV injecto, ut scribit lib. XIX *Hist. eccl.* Ptolomæus Lucensis. *Urbanus II*, Gallus, vita functus est anno 1099, IV kal. augusti. *Paschalis II* mortem oppetiit anno 1118, XII kal. februarii. Priorem pontificatum dignum reddidit posterorum memoria insignis victoria ab exercitu, cura Victoris ex universa Italia collecto, reportata de Saracenis in Africa, quorum cæsi fuerunt 100,000. Sedente autem Urbano decretum est bellum sacrum ad liberandam Terram sanctam, et præsertim

fuisse inquinatum, addictum magiæ, per vim inauguratum pontificem, eumque appellare non verentur superbissimum atque turbulentissimum; aperte, evidenterque suam palam faciunt nequitiam, audaciam, maledicentiam. At refutarunt obtreptatorum calumnias S. Anselmus, lucensis episcopus, Papius Massonus, Bellarminus, Gretserus, Vincentius Ludovicus Gotti, Lambertinus et alii. S. Gregorii VII *dictatum*, quem *vesanum* dicit Moshemius, Gregorio autem abjudicant Launojus libro *Epist.* VII, ep. xiii, Nat. Alex. dissert. in sæculi XI, et Frane. Pagius, num. 116, amplissimis scholiis illustravit Christianus Lupus. Caute etiam prudenterque legendi, qui S. Gregorii adversus Henricum IV improbant acta, ut Barclaus contra Bellarminum, Dupinius, *De Ecclesiæ disciplina*, Bossuet lib. IV et VII *Defensionis declarationis cleri gallicani*. Quamquam aliud iudicium ferendum est de catholicis scriptoribus, pugnantis pro cæsarum regumque suprema dominatione, aliud de hæreticis auctoritatem romanæ Sedis conculcantibus et maledictis conviciisque sanctissimos pontifices proscinduntibus. Nos quæstionem de summa regnantium potestate præmittimus; sed nullo modo patimur, quæ in S. Gregorium VII ejaculantur heterodoxi, illum appellantes cum Gulielmo Cave in XI sæculo, quod in beatissimi pontificis irrisionem vocat sæculum *Hildebrandinum*, « falsum monachum, magum, divinaculum, somniorum conjectorem, male sentientem de religione, stupra, incestus, adulteria casto præferentem connubio, » et iis consimilia, quæ me pudet referre.

sepulcrum Domini a Saracenorum tyrannide. *Paschalis II* in Menologio benedictino et a scriptoribus Cl. titulo *Beati* insignitus, adversus tres pseudopontifices ab Henrico IV unum post alium intruso, scilicet, *Albertum*, *Theodoricum* et *Magninulphum*, stetit impavidus; multaque ab Henrico V perpressus, hunc tandem delinivit, et imperiali ornatum corona in templo vaticano, anno 1116 declaravit augustum.

CAPUT II.

SYNODI UNDECIMO SÆCULO CELEBRATE.

Adversus pseudopontifices, simoniacos, incestuosos et hæreticos, plura sæculo XI celebrata fuere concilia¹. Primi generis est coactum *Sutri* anno 1046, in quo Gregorius VI, simoniacus, pontificatum, quem numerata Benedicto IX pecunia illicite emerat, abdicavit; alterum in eadem urbe *Sutrina*, sive Colonia Julia, anno 1059, in quo Mincius Veliternus, qui assumpto nomine Benedicti X supremam occupaverat sedem, omni sacerdotali munere et honore privatus est, et in ordinem laicorum redactus; *mantuanum* anno 1064, in quo damnatus est Cadolaus, Parmensis, antipapa et Alexandri II iniquissimus calumniator, et *romanum* anno 1078, in quo et Guibertus Ravennas episcopus, id est, antipapa Clemens III, et Theodolus Mediolanensis, aliique Guiberto adhærentes, amoti fuerunt a communione fidelium.

Simoniaci vero damnati sunt in synodo *romana Clementis II*, anno 1047, a multis prætermissa, sed memorata a S. Petro Damiani *Opusc. VI*, cap. xxxv, in altera *romana* anno 1049 sub Leone IX, ubi Kilianus, sutrinus episcopus, negans jure-

¹ Inter synodos sæculi hujus XI doctissimus Christianus Lupus tom. IV pertractat de concilio rhemensi S. Leonis IX, anno 1049 celebrato. Tom. autem V illustrat concilium tolosanum indictum anno 1056, sedente Victore II; alterum coloniense sub eodem pontifice; romanum itidem Stephani IX, quem idem Lupus *decimum* vocat; Nicolai item II romanum, amalphanum, beneventanum et andegavense. Præterea romanum Alexandri II et præcitatum *Dictatum* S. Gregorii VII. Hujus undecim concilia, et decreta prolixè explanat tomo sexto.

jurando admissum a se crimen simoniæ, dum omnium terrore divinitus percussus est; in *rhemensi* et *moguntina*, eodem anno 1049, et in *rotomagensi* proximo anno 1050; in *lugdunensi* celebrata anno 1055 per Hildebrandum, S. Ap. legatum; in qua synodo episcopus simoniacus nunquam Spiritus sancti nomen proferre potuit, antequam suum palam fateretur errorem; in *moguntina* altera anno 1071, in qua episcopus constantiensis Carolus, simoniace electus, e sede dejectus est; ac in *romana* 1078 S. Gregorii VII, in qua multa decreta fuerunt contra simoniacos, bonorumque ecclesiasticorum raptores.

Ad hanc classem referri possunt concilia contra *investituras*, sive rei beneficiariæ possessiones, auctoritate sæcularium principum initas. Falso investituræ dicuntur Othoni III concessæ ab Innocentio VIII, tametsi hæc concessio a pseudopontifice facta, esset irrita ac nulla. Damnatae fuerunt investituræ in synodo *romana* S. Gregorii VII anno 1075, et rursus anno 1080, qua in synodo etiam exauctoratus est Henricus IV, ablatis ei Theutonorum et Italorum gubernaculis, et corona imperii, ut diximus, collata Rodulpho. Quæ contra Henricum et investituras confirmata fuerunt in synodo proximi anni 1081. In concilio item *beneventano*, anno 1087, sub Victore III, investituræ fuerunt inhibita, damnatis, cum Guiberto antipapa, episcopis, abbatibus, cunctisque clericis beneficium, vel dignitatem aliquam ecclesiasticam e laicorum manu recipientibus. Idem in *romana* synodo statutum fuit anno 1099, sub Urbano II, a quo pontifice partim in Italia, partim in Gallia celebrata fuisse *duodecim concilia* contra investituras, contra simoniacos, contra pseudopontificem Guibertum sive Clementem, et contra hujus sæculi turpitudines, pestesque terrimas, tradunt Acta pontificum romanorum.

Terrimas pestes voco turpitudines libidinum et adulterina connubia. Ad hæc vero coercenda in *moguntino concilio* an. 1049 non solum simoniacæ ordinationes, sed etiam conjugia clericorum fuerunt inhibita. In *romano*, anno 1031, depositus ob adulterium episcopus vercellensis, de quo cap. præcedenti. Gregorii VII *synodo* an. 1074 decretum promulgatum est in

clericos concubinarios, et ipsum decretum eodem anno innovatum est in concilio *erphordiensi*, congregato ab archiepiscopo moguntino. Urbanus II an. 1095 in synodo *claromontana*, damnavit nicolaitas, fœdumque mulierum abusum, dirisque devovit Philippum, Francorum regem, qui Berta conjugem repudiata, Bertradam, raptam Fulconi comiti andegavensi, viro suo, pellicem habuit, deinde uxorem, vivente Berta, duxit, voluitque reginam inungi, rursus, iterumque pro ea causa percussus anathemate. Idem Urbanus in synodo *placentina* an. 1095 causam dijudicavit Adelaidis Praxedis, imperatricis, quam a se repudiatam et detrusam in carcerem, Henricus IV ab alienis jusserat violari invitam; quare Praxedes absoluta est, et Henricus hoc etiam nomine anathemati subjectus.

Ad eliminandas hæreses celebrata fuere, quæ sequuntur concilia. Anno 1017 *aurelianense* contra Lisonium et Heribertum, manichæos, sabellianos et fanaticos; anno 1050 contra *Berengarium*, eodem anno proscriptum tribus aliis synodis *brionensi*, *vercellensi* et *parisiensi*, quarum primæ plurimi præter episcopos eruditi viri interfuerunt, alteri S. Leo IX papa, tertiæ rex quoque Francorum, Henricus. Damnata est pariter hæresis Berengarii an. 1059 sub Nicolao II, et anno 1079 in synodo *romana* sub S. Gregorio VII, et in *burdigalensi* sub Amato, apostolicæ Sedis legato. In concilio *romano* sub Alexandro II, anno 1065, proscripta est hæresis incestuosorum, atque in *barensi* anno 1097 statutum est, ac propugnatum, opera præsertim S. Anselmi Cantuariensis, dogma de processione Spiritus sancti a Patre et a Filio contra errores Græcorum. De nicolaitis dictum est paulo supra; de synodis vero pro reformandis moribus et pro disciplina restituenda habitis, non opus est agere singillatim.

CAPUT III.

UNDECIMI SÆCULI HÆRESSES.

Heribertus et *Lisoius*, quorum supra meminimus, clerici aurelianenses manichæorum, aliorumque veterum hæretico-

rum deliramenta sectantes, divinæ utriusque Testamenti derogabant auctoritati, individuum Trinitatem irridebant, negabant Christum natum de Virgine et vere passum ac vere mortuum, cælum terramque semper exstitisse autumabant, æternorum suppliciorum, præmiique sempiternæ beatitatis tollebant retributionem, et in baptismo deleri originale peccatum, in Eucharistia corpus Domini contineri tanta negabant perveracia, ut damnati in synodo aurelianensi, flammis, jubente Roberto rege, fuerint exusti. Flammis item in Oriente, jussu Alexii Comneni, viventes absumpti fuerunt manichæi alii consimilibus erroribus implicati, quos *bogomilos* dixere.

Novi hujus sæculi *nicolaitæ* et *incestuosi* secerni debent. *Nicolaitæ* enim dicti sunt clerici, in sacris ordinibus constituti, qui ut effusæ in fœmineum sexum libidini velum quoddam honestatis obtenderent, fas sibi esse tradebant uxorem ducere; quorum tanta fuit multitudo, ut sedente Nicolao II, vix unus in mediolanensi inveniretur Ecclesia, qui non esset vel turpi concubitu, vel simoniaca labe pollutus. *Incestuosi* autem consanguinitatis gradus pervertebant, affirmantes quod germani fratres et sorores sint inter se in secunda generatione, filii eorum vel filiæ in quarta, nepotes vel neptæ eorum in sexta, ac tali modo progeniem computantes, et in hujusmodi sexto gradu terminantes, aiebant viros ac mulieres deinceps inter se posse nuptialia jura contrahere. Vide Gratianum XXXV, v, 2. *Simoniaci*, quorum pariter ingens numerus contendebant posse a principibus laicis sine crimine emi episcopatus et abbatias, dummodo consecratio gratis acciperetur, quoniam hoc pacto non emitur ecclesiastica dignitas, sed possessio prædiorum, quæ sunt venalia.

Berengarius, archidiaconus andegavensis, dogmatizavit panem et vinum in Eucharistia non converti in substantiam corporis et sanguinis Domini, sæpe damnatus, ut diximus cap. præc., interdum rediens ad vomitum, in romana synodo sub Nicolao II, anno 1059, catholicam fidei professionem emisit; postea virulenta edidit iterum scripta; rursus sub Gregorio VII, anno 1079, hæresim solemnem fidei confessione ejuravit, obiit-

que pœnitens et in communionem catholicam, die 5 januarii, anno 1088¹.

Duo alii prodierunt sæculo, in quo versamur, hæretici *Wecilo* et *Roscellinus*. Primus pro Henrico imperatore adversus S. Gregorium VII decertans, contendebat sæculares nullatenus ecclesiastico subjacere judicio, ne pro quovis excessu posse excommunicatione perstringi. Ex clerico fugitivo ab Henrico acceperat investituram archiepiscopatus moguntini, et condemnatus fuit in conventu *quintiliniburgensi*, prope Halberstadtum Saxoniam urbem, anno 1085. *Roscellinus*, vero dialecticus Compendiensis in Gallia belgica, Petri Abælardi magister, docuit tres in Deo reperiri personas, substantia ad invicem distinctas, quomodo sunt tres homines, vel tres angeli, licet eadem potestate et voluntate præditas; omnes pariter eadem assumpsisse humanam naturam, nec incongruum futurum fuisse tres deos nominare, si invalesceret usus. Damnatus est autem anno 1092, in synodo *suessionensi*.

Hoc demum sæculo Græci ab Ecclesia romana sejuncti sunt; dissidia enim sub Photio exorta, fuerant pridem sopita, sedente Stephano V et imperante Leone philosopho. Renovati schismatis causa *Michael Cerularius*, qui renunciatus patriarcha C. P., anno 1043 cœpit voce, scriptisque debacchari in romanam Ecclesiam, obloquens, præsertim adversus ejus primatum, adversus particulam *Filioque*, insertam Symbolo, et adversus usum azymi in Eucharistia conficienda². Concordiam frustra tentavit per legatos apostolicos S. Leo IX, nam hujus quoque nomen e diptychis Michael abrasit, fuitque auctor ut idem facinus auderent quidam alii orientales episcopi. Obiit *Cerularius* relegatus in Proconnesum, Propontidis insulam, ab imperatore Isacio, an. 1058.

¹ Apud plurimos legi obiisse Berengarium die 6 jan., sed in epitaphio edito ab ejus discipulo Hildeberto Cenomanensi habetur: *Jani quinta dies abstulit ausa nefas.*

² Noti sunt alii Græcorum errores circa purgatorium, quod negant, et circa animarum sanctarum beatitudinem, quam differri opinantur ad extremam usque diem universalis judicii, etc.

CAPUT IV.

ECCLESIASTICI SCRIPTORES SÆCULI XI.

Aliquos sæculi hujus scriptores inter sanctos veneratur Ecclesia. Hi sunt: *Petrus Damiani*, *Bruno*, *Ivo* et *Anselmus*. *S. Petrus* Ravennas, a fratre, quem habuit loco parentis, Damiani appellatus, familia *de Honestis*, et monachus ad Fontem Avellanum, cœlibatus clericorum strenuissimus vindex et simoniaci criminis hostis acerrimus, Faventiæ piissimam efflavit animam an. 1082, die 22¹ februarii, cum plures sermones scripsisset, Vitas S. Odilonis, abbatis cluniacensis, S. Romualdi, camaldulensium institutoris, aliorumque sanct., necnon tractatus III. *S. Bruno*, coloniensis patria et canonicus rhemensis, postea carthusianorum institutor, in Psalmos Davidis et in omnes Epistolas Pauli edidit commentaria, fideique confessionem, variaque opuscula. Secessit in Carthusiæ eremum, anno 1084, et in Calabriam an. 1095, ex hac autem vita an. 1101, die 6 octobris. *S. Ivo* Bellovacensis, abbas primum in patria monasterii S. Quintini, deinde episcopus carnutensis in Gallia cellica, creatus ab Urbano II, an. 1092, præter Epist. cclxxxvii, breve Chronicum regum Francorum, sermones varios, aliaque hujusmodi scripta, edidit librum Decretorum, in partes xvii distributum, et *Panormiam*, scilicet Decretorum summam, divisam in partes octo. Decessit tamen proximo sæculo XII, nempe anno 1115, die 23 decembris. *S. Anselmus* ex abbate beccensi, in diœcesi Rothomagi, inauguratus archiepiscopus cantuariensis, an. 1093, defensor processionis Spiritus sancti a Filio contra Græcos, complurium theologorum et asceticorum tractatum scriptor luculentissimus; quem cœlum terris rapuit die 21 aprilis, anno 1109.

Permuli alii in omni scientiarum divinarum genere claruerunt. Sacras enim litteras exquisitis commentariis interpretati sunt *Michael Psellus*², constantinopoli prosapia ortus

¹ Aliis 23.

² Distinguendus ab altero, de quo in appendice sæculi IX. Iste enim fuit præceptor *Michaelis Ducæ*, quo a Nicephoro Botoniata exauctorato,

consulari, de Aristotelis quoque philosophia, cæterisque disciplinis egregie meritus, et jure appellatus σοφώτατος, καὶ τῶν φιλοσοφῶν ἵππατος, a quo Cantica Canticorum eleganti metro fuerunt exposita; *Thoros*, Armenorum patriarcha, quatuor Evangeliorum scholiastes; *Lanfrancus*, patria Ticinensis, beccensis abbas et archiepiscopus cantuariensis, qui non tantum Berengarii hæresim confutavit et monachorum digessit statuta, verum etiam in omnes Epistolas Pauli et in Psalmos davidicos edidit commentaria; *Villeramus* Teutonicus, item monachus, qui patrio idiomate, et latino carmine Cantici Canticorum geminam scripsit paraphrasim; *Theophilactus* C. P. et Bulgarorum archiepiscopus, qui IV Evangelia, Acta apostolorum, Epistolas Pauli et XII minores prophetas, defloratis Chrysostomi, aliorumque Patrum libris, explanavit; et *Bruno*, in oppido Soleria apud Insubres ortus, deinde canonicus senensis, postea signiensis episcopus, omnium fere Scripturarum divinarum interpres.

Præter hunc Brunonem et Lanfrancum, refutarunt hæresim Berengarii *Albericus*, monachus cassinensis et S. romanæ Ecclesiæ cardinalis, *Hugo* e cluniacensi monacho, episcopus lingonensis, in finibus Burgundiæ, *Theoduinus*, leodiensis episcopus, et *Adelmannus*, episcopus brixiensis, qui omnes de veritate corporis et sanguinis Domini in Eucharistia pertractarunt. Pro romana autem Ecclesia calamum exercuerunt, *Humbertus* e monacho tullensi, S. R. E. cardinalis, a quo refutati sunt libri Michaelis Cerularii, Leonis Achridani, metropolitæ Bulgarorum, et Nicetæ Pectorati, monachi et presbyteri C. P., qui scripserunt contra usum azymi, jejunium sabbati et

Psellus coactus folium vertere obiit mœrore confectus. *Pselli* plures fuere, de quibus Allatius et in Biblioth. Gr. Fabricius. Is vero πολυγράφωτατος nuncupatus, omni scientiarum genere excelluit; et carmina etiam elegantissima dictabat ex tempore. Versibus quoque politicis, jussu Michaelis Ducæ, conscripsit legum Epitomen, quem tamen aliqua mss. editam indicant, jubente Constantino Ducæ, patre Michaelis. Editam puto monente patre et absolutam, dum imperaret Michael, et huic nuncupatam. Non multum tamen illa Pselli Sinopsis ab Antonio Augustino, J. C. præstantissimo, æstimabatur.

cœlibatum sacerdotum; *Guitmundus* item, *Albericus*, aliique professione monastica, ecclesiasticis infulis sacrorumque dogmatum defensione percelebres. De Messiæ quoque adventu contra Judæos disputavit *Samuel* e Marocho, ex hebraica ad christianam religionem conversus, in libro arabice scripto ad R. Isaac et latinitate donato, et inserto volumini XVIII *Bibliothecæ Patrum*.

In ecclesiastica historia tam universali, quam particulari, versati sunt plurimi. *Aimonius* Aquitanus, monachus floriacensis, scripsit IV libris Historiam Francorum; *Ditmarus* Germanus, res gestas quinque imperatorum Saxonum, Henrici I, trium Othonum et Henrici II; *Sampirus* Hispanus, Chronicum regum legionensium; *Leo* Grammaticus, chronographiam ab anno 813, in quo desiit Theophanes, ad annum 1013; *Ademarus*, monachus lemovicensis, Chronicon Francorum ab anno 829 usque ad annum 1029; *Hermannus*, a contractione membrorum *Contractus* denominatus, monachus Augiæ majoris, apud Constantiam, de sex mundi ætatibus ab initio mundi ad annum 1054¹; *Nilo Doxopatrius*, Græcus, sed patriæ adhuc incertæ, de sedibus majorum patriarcharum; *Gabriel Radulphus*, monachus cluniacensis, historiarum libros V ab anno 900 ad annum 1045; *Anselmus* Leodicensis, historiam episcoporum leodicensium ab anno 666 ad annum 1048; *Georgius Cedrenus*, monachus græcus, Compendium historiarum ab orbe condito ad an. Christi 1057; *Marianus Scotus* Hibernus, Chronicon ab initio mundi ad an. 1083; *Bertholdus* Constantiensis, historiam suorum temporum ab an. 1053 usque ad an. 1100; *Joannes Xiphilinus* Trapezuntinus, in epitomen redegit historiam Dionis Cassii²; *Amatus*, monachus Cassinensis, conscripsit libros IV de gestis apostolorum Petri et Pauli, et libros VIII historiæ Normannorum; *Inghulphus* Anglus, historiam monasterii

¹ *Hermannus* obiit eodem anno 1054; Chronicum vero sub ejus nomine editum a Canisio, tom. I *Antiq. lect.*, creditur esse diversum. Certe auctius est et prolixius. Vid. *Biblioth. PP.* tom. XVIII.

² *Joannes Xiphilinus* iste non fuit patriarcha C. P., ut vulgo dicitur, sed patriarchæ nepos.

croylandensis ab anno 664 ad an. 1091; *Adamus*, canonicus bremensis in Saxonia inferiori, libros quatuor ecclesiasticæ historiæ; *Joannes Scylitzes*, natus in Asia minori, historiam rerum in Oriente gestarum ab anno 811 usque ad an. 1081; *Raymundus de Agiles*, episcopus podiensis in Gallia celtica, historiam jerosolymitanam.

Complures alii historias ediderunt peculiare, ut *Fulbertus* Vitam S. Autberti, episcopi cameracensis; *Adelboldus* S. Henrici I imp.; *Berno* SS. Uldarici et Magirandi; *Varmannus* S. Perminii; *Theodoricus*, monachus trevirensis, inventionem et miracula S. Celsi; *Gerardus*, monachus corbeiensis, Vitam S. Adalardi abbatis; *Ubertus*, R. E. archidiaconus, Vitam S. Leonis IX; *Alphanus*, monachus et archiepiscopus salernitanus, passionem S. Christinæ et XII fratrum martyrum Beneventi; *Osbernus*, Anglus, Vitas SS. Odonis, Dunstani et Elphegi Cantuariensium; *Gualfredus*, episcopus senensis, heroico descripsit carmine sacram Gothofredi Bullionis in Orientem expeditionem¹.

Res denique ecclesiasticas ad ritus, festorumque solemnitatem spectantes, exposuerunt *Lupus* Anglo-Saxo, *Berno* paulo supra laudatus, *David* Syrius, Maronitarum in monte Libano episcopus, *Philippus Solitarius*, *Hildebertus* monachus cluniacensis et *Guido* monachus aretinus, qui miram cantandi artem docuit in opere musico, quod appellavit *Micrologum*, et inscripsit episcopo Aretii Theobaldo. Adde sæculi hujus scriptoribus *Alulphum* monachum tornacensem, qui ex omnibus S. Gregorii Operibus librum contexuit, quem appellavit *Gregoriam*, et *Bonitium* episcopum sutrinum, qui præter Epitomen historiæ pontificum romanorum a Petro ad Urbanum II, omnia Opera, omnesque sententias S. P. Augustini in unum volumen collegit, divisum in libros VIII, cum titulo *Paradisi Augustiniani*.

¹ Historici quidam plurimum laudant *Venericum* ex clerico trevirensi, electum anno 1075 vercellens. episcopum; cujus librum *De discordia regni et sacerdotii*, citat Trithemius. At sciendum est *Venericum* istum fuisse a partibus Henrici IV et S. Gregorii VII adversarium, fautorem quoque Guiberti, seu Clementis III, pseudopontificis, et conciliabuli moguntini coacti anno 1085.

CAPUT V.

OCCIDENTIS ET ORIENTIS IMPERATORUM, SANCTORUMQUE MULTORUM
CHRONOGRAPHIA.

Maturabat in Germaniam reditum *Otho III* imperator, post ædificatam Romæ in insula tiberina in honorem S. Adelberti Pragensis Ecclesiam, eamque *S. Bartholomæi* apostoli, cujus modo titulum præfert, translatis Benevento exuviis decoratam, nisi Beneventani *S. Paulini*, vel alterius reliquias, pro apostoli cineribus supposuerunt; quando Paterni decessit anno 1002, die 28 januarii, veneno, ut fertur, in chirothecis, ei propinato a concubina. Aquisgranum Othonis cadaver translatum fuit¹.

Post Othonem III in comitiis germanicis eodem anno 1002 inauguratus est *Henricus II*, sanctorum Fastis adscriptus, aureo coronatus diademate anno 1014, die 22 febr. a Benedicto VIII. Qui solos decoratos corona a romano pontifice vocant imperatores, S. Henricum II, *Germaniæ regem* et imperatorem *hujus nominis I* appellitant. Quam nos distinctionem ad confusionem vitandam omittimus. Fuit *Henricus* filius ducis Baviariæ et nepos Othonis I. Uxor illi *S. Cunegunda*, filia Sigefridi Palatini ad Rhenum, appellata *Mater pauperum*; quam, etsi venit ali-

¹ Otho III venenum hausit infectis chirothecis opera mulieris, qua familiariter utebatur. Ea fuerat uxor Crescentii, quem affectantem imperium atque rebellem, Otho, ut alibi diximus, jusserat suspendi. Patravit femina tantum facinus, dum imperatore reditum parante in Germaniam, excidit a spe conjugii et augustalis, quam immodice concupierat, dignitatis. Othonis III cadaver ex Italia in Germaniam aromatibus conditum deferri curavit S. Henricus, qui illi in imperio successit. Intestina viscera Augustæ Vindelicorum, vulgo *Auxbourg*, fuerunt recondita in templo Sanctæ Afræ. Reliquum corpus delatum fuit Aquisgranum. In laudata S. Afræ æde legitur epitaphium :

Romani imperii decus amplum, tertius OTTO,
Ossa in Aquis-Grani, hic viscera clausa tenet.

Nullam Otho III reliquit procreatam ex se prolem; impletumque aiunt in Othone I græcum illum versiculum :

Αὐτός καὶ παῖδες, καὶ παίδων οὐκ ἔτι παῖδες,

sive latinum :

Tu, natiq̄ue tui, non stirps ulla nepotum.

quanto in adulterii suspicionem, a se candentis ferri remotam experimento, Henricus moriens parentibus suis reddidit illibatam. Obiit S. Henricus an. 1024, die 14 julii, et S. Cunegunda anno 1040, die 3 martii¹.

S. Henrico II successit *Conradus II*, cognomine *Salicus*, inauguratus prædicto anno 1024, coronatus vero a Joanne XX anno 1027. Qui obiit repentina morte Trajecti in Brabantia an. 1039, die 6 julii². Arripuit autem tunc imperium *Henricus III*, filius ipsius Conradi et Giselæ, filiæ Lotharii, Francorum regis; qui imperavit usque ad annum 1056, die vero 7 octobris obiit Burdfeldiæ in Saxonia, afflictus septem dierum morbo, non suffocatus, ut quidam scripsere, panis fragmento. Illius cadaver Spiram ad Rhenum fuit adsportatum. A capillorum colore appellabatur *Henricus Niger*³.

¹ Nomen patris *S. Henrici* fuit Henricus cognomine *Hezelo*, mater vero *Berta*, filia ducis Lotharingiæ, matrona piissima, atque religiosissima. Hunc Henricum Martyrologium romanum pridie idus julii vocat *Henricum primum*, Molanus vero in Addit. ad Usuardum appellat *Henricum secundum*. Causam hujus variationis nuper attulimus. Conversionis ad Christi fidem Hungarorum et sanctitatis Stephani, illorum regis, Henricus auctor fuit, eidem Stephano *Giselam* sororem despondens ea conditione, ut susciperet baptismi lavacrum, regnumque suum ad catholicam pertraheret religionem. Sepultus fuit Bambergæ in æde S. Petri, ejusque sepulcro insculpta fuit Justitia libram manu tenens.

² Hujus *Conradi* genus non satis compertum est, illud quibusdam deducunt ab *Eberhardo* fratre Conradi I, quibusdam vero a *Conrado* Sapiente, duce Lotharingiæ, qui uxorem duxit filiam Othonis Magni, Ludgardem. Conradi Pater *Hermannus*, mater *Adelhaïda* vocabatur. Obiit Trajecti, *Mastricht*, in Belgio; at sepultus est Spiræ ad Rhenum in templo B. M. V. a se constructo. En tumuli inscriptio :

Conradus imp. obiit anno Domini 1039, pridie nonas julii.
Filius hic, pater hic, proavus jacet istic,
Hic proavi conjux, hic Henrici Senioris.

Non unus tamen historicus Conradum obiisse tradit die 4 junii, forte in prædicto epitaphio legens : *Pridie nonas junii*.

³ *Henricus III* cognomento *Niger*, natus est anno 1017. Ex priori uxore *Cunilda*, filia Canuti regis Daniæ et Norvegiæ, cum qua nuptias celebravit anno 1036, nullam suscepit prolem. Ex altera vero conjugè *Agnete* genuit Henricum IV et Conradum, qui patri non diu supravixit, necnon tres filias, Juditham, Mathildem et Ittam. Prima filio regis Hungariæ, altera Suevorum duci, ac tertia Austriæ principi in matrimonium juncta fuit. Prior uxor *Cunilda* aut *Chunelinda* biennio post contractas nuptias

Præcedenti anno 1054, die 21 junii, eligi in regem et coronari curaverat Aquisgrani filium suum parvulum *Henricum*, susceptum ex conjugē Agnete, filia ducis Aquitaniæ, Gulielmi. *Henricus* iste, hujus nominis IV, in ecclesiastica historia famosus, imperium indeptus est prædicto anno 1056, adhuc quinquennis sub matris tutela. Is spiritualia vendidit, jus investiturarum nimia sibi audacia vindicavit, Agnetem parentem suam, prudentissimam feminam, ne sano ejus uteretur consilio, e tutela imprudens adolescentulus amovit; contra S. Gregorium VII intrusit antipapam *Clementem III*, seu Guibertum episcopum ravennatem; in romanam Urbem hostis truculentus irrupit. Cum Rodulpho Sueviæ duce, a Gregorio VII et a Saxonibus acclamato imperatore, sæpius confligit; at Rodolphus anno 1080, commisso prælio ad Elystrum, non procul a Neoburgo, vulnere discisso ventre et dextera manu amputata, obiit 15 die octobris. Bello pariter extincti sunt alii duo, qui se contra *Henricum* imperatores dixerunt, *Hermannus* e Lotharingia, et *Ecbertus*, Saxoniarum marchio. Adversus autem *Henricum* anno 1093 rebellavit quoque filius ejus *Conradus*, ac patrem privavit Italiæ regno. Coronatus est Mediolani, fidemque suam Urbano II sacramento devinxit. Verum extinctus est repentino obitu, abdicatus a patre, nono post anno. Acclamantibus denique Germaniarum principibus an. 1105, alterum *Henrici IV* filium et hunc *Henricum* nomine, ei pater tradidit invitus imperii insignia, egitque postmodum vitam miserrimam, vita functus Leodii anno 1106, die 7 augusti, cum regnasset a morte patris annis 50. Post mortem, utpote non semel excommunicatus, fuit e tumulo extractus; anno tamen 1111 a filio *Henrico V* Spiræ honorificentissime conditus est tumulo, annuente Paschali II, quoniam ante obitum penitentiam egisse testimonio complurium fuerat

extincta est pestilenti febre, non, ut quidam aiunt, a viro repudiata. Una cum Agnete *Henricus III* anno 1026 in festo dominicæ Nativitatis coronatus est a Clemente II. Illius annus, diesque emortalis constant ex inscriptione sepulcri spirensis :

Anno Dom. Incarnationis MLVI *Henricus* imp.
Non. octobris obiit.

confirmatum. De *Henrico V* agendum proximo sæculo XII¹.

In Oriente post *Basilium II*, extinctum anno 1028, imperarunt ab hoc anno usque ad annum 1034 *Romanus Argyrus*; hinc *Michael Paphlago* ad annum 1041, tum *Michael V, Calophatas* ad annum 1042, postmodum *Constantinus Monomachus* usque ad annum 1054, deinde *Theodora* soror *Zoes*, proximo anno defuncta; deinceps anno 1055 *Michael VI*, cognomento *Stratonicus*, qui senio confectus, insequente anno 1056, cessit imperio. Post *Michaelis* abdicationem imperavit *Isaacius Comnenus* usque ad annum 1059, quo anno vitam amplexus est monasticam; ab anno autem 1059, sive 1060, ad annum 1067 *Constantinus Ducas*; ab an. 1067 ad annum 1071 *Eudocia* ejus uxor, nupta romano *Diogeni*; ab an. 1071 ad annum 1078, quo patrem secutus secessit in monasterium *Michael VII*, filius *Constantini Ducæ*; ab anno 1078 ad annum 1081, *Nicephorus Botoniates*, et ipse tandem attonsus in monachum; atque ab anno 1081 usque ad annum 1118 administravit Græcorum imperium *Alexius Comnenus*, *Isaacii Comneni* filius minimus. Hæc utriusque imperii occidentalis et orientalis chronographia.

Regio tamen augustorum principum diademate gloriosior est regnantium in cælis corona, quam consecuti sunt anno 1002, die 26 sept. *S. Nilus Junior*, abbas monasterii S. Agathæ Cryptæferratæ, duodecimo ab Urbe lapide; anno 1004 *Abbon*, abbas floriacensis, martyrio affectus die 13 novembris; anno 1007 *S. Petrus* fundator monasterii Perusini, nunc ejus nomine nuncupati, die 10 julii; anno 1009 *Bruno*, Ruthenorum apostolus, coronatus die 15 octobris; anno 1011 *Elphegus* cantuariensis archiepiscopus, a piratis occisus die 19 aprilis; anno 1012, die 10 aprilis, *Macarius* Antiochenus; eodemque anno die 4 ja-

¹ *Henrico IV* adhuc superstite, imperium occupare tentarunt *Rodolphus* anno 1067, *Hermannus* a Lotharingia anno 1081, et *Ecbertus* e Saxonia. Perierunt omnes in pugna. *Rodolphus* anno 1080, *Hermannus* anno 1087, *Ecbertus* anno 1089.

Ad tantam egestatem *Henricus IV* redactus fuerat, ut nullo clericorum stipem illi erogante, cum beato *Job gemebundus* clamaret : *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos, amici mei, quia manus Domini tetigit me*. Videntur verba penitentis. Vide libro IX *De regno Italiæ* Sigonium.

nuarii *Libentius* archiepiscopus bremensis, et *Colmanus* peregrinus, laqueo in Austria suspensus die octobris 13. Migrarunt insuper ad superos anno 1021, die 16 martii, *S. Heribertus* archiepiscop. coloniensis; anno 1022, die 27 jan., *Theodoricus* Aurelianensis; anno 1027, die 19 junii, *Romualdus*, abbas, camaldulensium institutor¹; anno 1028, *Olavus*, rex Norvegiæ et martyr; anno 1029, die 10 apr., *Fulbertus* carnotensis episcopus; anno 1031 *S. Gullielmus* abbas divionensis, mortuus die 1 januarii; anno 1035, die 4 junii, *Simeon* monachus montis Sinai, deinde trevirensis anachoreta; anno 1038, die 15 augusti, *Stephanus I*, rex Hungariæ, cujus etiam filius *Ermericus* inter sanctos colitur die 4 novembris. Decessit eodem anno 1038, die 4 maii, episcopus Hildesiæ *Gothardus*; anno 1048, *Odilon*, ab. cluniacensis, kalendis januarii; 1060 *Dominicus* eremita, dictus *Loricatus*, pridie idus octobris²; *Eduardus*, rex Angliæ, obiit nonis januarii 1067; *Robertus*, abbas in Arvernia, VIII kal. maias, et *Maurilius* episcopus andegavensis, idibus septembris. *S. Joannes Gualbertus* Florentinus, auctor monachorum Vallis Umbrosæ, obiit anno 1073, die 12 julii³; *S. Leo* abbas cavensis, an. 1075, eadem die julii 12; *S. Stanislaus* episcopus Cracoviæ in Polonia, ab impio rege Boleslao occisus est anno 1079, die septima maii; *S. Anselmus* episcopus lucensis, obiit Mantuæ anno 1086, die 18 martii; *S. Canutus* rex Daniæ, trucidatus est anno 1087, die 10 julii; *Canutum* alterum, regem item, ac martyrem laudat Ven. Baronius in notis ad Martyr. rom. VI idus januarias. Ad hæc sanctorum Fastis recolunt IV idus junii *Margaritam* Scotorum reginam, et V kal. julias Hungariæ regem, *Ladislauum*, quorum illa obiit an. 1093, die 18 novembris, et iste anno 1095, die julii tricesima.

¹ *Grandius* male refert *S. Romualdi* transitum ad annum 1037.

² *S. Dominicus Loricatus*, eremita camaldulensis, anno 1060, pridie idus octobris, non ut quidam scripsere, anno 1061, aut 1062, aut 1066. Vide *Annales Camaldul.* tom. III, pag. 229. *S. Theobaldus*, ejusdem ordinis, anno 1066, kal. julii.

³ *S. Petrus Igneus*, ejusdem Joannis Gualberti discipulus, obiit anno 1094 juxta *Brev. Flor.*, juxta aliquos scriptores anno 1088.

CAPUT VI.

SECVLI XI DOGMATA ET DISCIPLINA.

Ubi Berengarius cœpit veritatem corporis et sanguinis Domini in Eucharistia negare, synodis, scriptisque refutatum fuisse, constat ex dictis; ac turpiter novatores allucinantur, tergiversatorum potius, quam communem Ecclesiæ traditionem sectantes, maxime quod et ille in sententia non perstiterit, suamque abjuraverit hæresim. Utriusque Testamenti auctorem esse Deum, sacramento baptismatis originalem noxam deleri, bonis operibus esse incumbendum, Christum de Virgine natum, veramque gestasse carnem, in qua subiit crucis patibulum, ac Spiritum sanctum Patris, Filiique consubstantialiorem amorem, ab utroque procedere, definitum est rursus contra novos manichæos, Græcosque fractarios. Promiscuos concubitus, fœdasque libidines damnavit Ecclesia, nullam habens rugam vel maculam, in recentioribus nicolaitis. Sacramenta pœnitentiæ ac matrimonii, sanctorum invocationem, purgatorium et sepulturam christiano ritu servandam, in quadam synodo atrebatensi fuisse contra hæreticum Gandulphum expresse corroborata, tradit in libro XIII *Spicilegii* Dacherius.

Diximus cantus ecclesiastici facilem methodum docuisse *Guidonem* Aretinum; hunc Bened. VIII, ut clericos instrueret, Romam accersivit. Qui a laicis principibus accipiebant investituras, quæ fieri solebant traditione baculi et annuli, ac præsertim qui persolventes pecuniam acquirebant ecclesiasticorum honorum possessionem, pluries percussi sunt anathemate. Etiam *Paschalis II* negavit Henrico V conferre imperialem consecrationem, nisi prius dominium illud conferendi ecclesiasticas dignitates ac possessiones dimitteret; quamvis tandem ærumnis pressus indulserit, ut electis regni sui episcopis et abbatibus liceret illi baculum, annulumque præbere, præter omnem tamen violentiam ac simoniam. Pontifices maximi non expectato imperatorum assensu canonice fuerunt electi; et qui fuere intrusi imperatorum arbitrio, tanquam raptores et adulteri,

Ecclesia unius sponsa execrata est, ac despexit. Latini usum azymi, qui apud ipsos, mea quidem sententia, semper viguit, retinuerunt frustra obloquentibus *Michaele Cerulario*, cæterisque Græcis schismaticis. Gradus consanguinitatis canonicis sanctionibus ita sunt constituti, ut filii et filiae fratrum, et sororum in secunda generatione numerentur, nepotes in tertia, pronepotes in quarta, et sic deinceps; qui vero germanos fratres et sorores in secunda, eorum filios et filias in quarta, ac nepotes vel neptes in sexta generatione locantes, inter hos postremos licita asserebant connubia, *incestuosi*, ut diximus cap. II, appellati, ab *Alexandro II* declarati sunt pro sua temeritate cœlesti pœna, et gladio perpetui anathematis puniendi.

Idem *Alexander II* statuit, ut sacro presbyteratus ordine consecrati, unam tantum singulis diebus *missam* celebrarent, excepto die dominicæ Nativitatis. Definitum id fuit in synodo romana an. 1063, ex qua depromptus est can. *Sufficit*, de Consecr., dist. I. Olim quippe non una fuit in *missis* agendis consuetudo. Nam fuerunt dies a card. Bona, lib. I, cap. XVIII, dicti *aliturgici*, in quibus non offerebatur sacrificium altaris, cujusmodi est etiam *Parasceve* Paschatis, et apud Græcos Quadragesimæ tempus, quo utuntur missa *Præsanctificationum*. Caruit item apud Romanos et Alexandrinos liturgia dies sabbati, et quæ modo viget in sabbato majoris hebdomadæ, ut ex divino liquet officio, ad insequentem spectabat noctem. Contra consuetum fuit duas celebrare *missas* prima die januarii, in vigilia Ascensionis Domini, in tribus diebus jejuniorum post Pentecostem, aliisque, quos prælaudatus card. Bona appellat dies *polyliturgicos*. At de his plura tum scriptor ille doctissimus, tum Edmundus Martene, et cæteri de sacris ritibus pertractantes. Nam quantum ad quotidianam attinet oblationem, commendatam invenimus a Tertulliano, *De Jejunio*, cap. XIV, a Cypriano, epistola LIV ad Cornelium, a Petro Chrysologo, etc. Unius vero a quolibet sacerdote sacrificiî eadem die offerendi, congruam affert rationem Innocentius III, c. *Consuluisti*, de celeb. missarum.

Multiplicatæ demum sunt sæculo XI mirum in modum

religiøsæ familiæ. Quidam a S. Joanne Gualberto institutam aiunt, anno 1010, congregationem *Vallis Umbrosæ*, cujus originem nos retulimus ad annum 997. Instituti itaque fuerunt hoc sæculo monachi *cavenses* in regno neapolitano, sectantes consuetudines cluniacensium; anno 1075 ordo monachorum *grandimontensium* a S. Stephano Arverno institutus in nemoribus Mureti in districto lemovicensi, an. 1076; sed ita denominatus a generalibus comitiis, ad *Grandem-Montem* habitis, anno 1267 in eadem provincia lemovicensi. Canonici regulares *S. Quintini* Bellovacensis, quorum origo consignatur anno 1078. *Carthusiani* auctorem habuere an. 1068, vel, ut supra diximus, anno 1084 (discrepant enim historici) S. Brunonem et S. Hugonem, episcopum gratianopolitanum in Gallia Narbonensi; nomen sortiti a *Carthusia*, ejusdem diœcesis eremo. Institutus anno 1095 a Gastone Viennensi, in Delphinatu equite, ordo *S. Antonii*, cujus alumni infirmis¹ inservientes, in veste desuerunt litteram *Tau*. Anno demum 1098 S. Robertus, abbas molismensis in Gallia celtica, B. Albericus et S. Stephanus, qui molismense cœnobium successive gubernarunt, annuentibus Hugone, archiepiscopo lugdunensi, Valtero Cabilonensi, et Odone, duce Burgundiæ, instituerunt sacrum ordinem *cisterciensium*.

APPENDIX

RERUM EXTERNARUM.

Francorum rex *Robertus*, F. Hugonis Capeti, administravit rempublicam summa pietate et justitia usque ad annum 1031. Regnavit postmodum *Henricus I*, Roberti filius, usque ad annum 1060; deinde *Philippus I*, filius Henrici, usque ad annum 1108, spatio scilicet annorum 48, primum ab Urbano II,

¹ Laborantibus præsertim elephantia et impetigine, vel potius erysipelate, quam *sacrum ignem* seu *ignem S. Antonii* dixerunt; et de qua Virgilius in fine III libri *Georg.* :

..... Nec longo deinde moranti

Tempore contactos artus sacer ignis edebat;

nisi mavis hoc in loco intelligere pestilentiam.

Ecclesia unius sponsa execrata est, ac despexit. Latini usum azymi, qui apud ipsos, mea quidem sententia, semper viguit, retinuerunt frustra obloquentibus *Michaele Cerulario*, cæterisque Græcis schismaticis. Gradus consanguinitatis canonicis sanctionibus ita sunt constituti, ut filii et filiae fratrum, et sororum in secunda generatione numerentur, nepotes in tertia, pronepotes in quarta, et sic deinceps; qui vero germanos fratres et sorores in secunda, eorum filios et filias in quarta, ac nepotes vel neptes in sexta generatione locantes, inter hos postremos licita asserebant connubia, *incestuosi*, ut diximus cap. II, appellati, ab *Alexandro II* declarati sunt pro sua temeritate cœlesti pœna, et gladio perpetui anathematis puniendi.

Idem *Alexander II* statuit, ut sacro presbyteratus ordine consecrati, unam tantum singulis diebus *missam* celebrarent, excepto die dominicæ Nativitatis. Definitum id fuit in synodo romana an. 1063, ex qua depromptus est can. *Sufficit*, de Consecr., dist. I. Olim quippe non una fuit in *missis* agendis consuetudo. Nam fuerunt dies a card. Bona, lib. I, cap. XVIII, dicti *aliturgici*, in quibus non offerebatur sacrificium altaris, eujusmodi est etiam *Parasceve* Paschatis, et apud Græcos Quadragesimæ tempus, quo utuntur missa *Præsantificatorum*. Caruit item apud Romanos et Alexandrinos liturgia dies sabbati, et quæ modo viget in sabbato majoris hebdomadæ, ut ex divino liquet officio, ad insequentem spectabat noctem. Contra consuetum fuit duas celebrare *missas* prima die januarii, in vigilia Ascensionis Domini, in tribus diebus jejuniorum post Pentecostem, aliisque, quos prælaudatus card. Bona appellat dies *polyliturgicos*. At de his plura tum scriptor ille doctissimus, tum Edmundus Martene, et cæteri de sacris ritibus pertractantes. Nam quantum ad quotidianam attinet oblationem, commendatam invenimus a Tertulliano, *De Jejunio*, cap. XIV, a Cypriano, epistola LIV ad Cornelium, a Petro Chrysologo, etc. Unius vero a quolibet sacerdote sacrificiî eadem die offerendi, congruam affert rationem Innocentius III, c. *Consuluisti*, de celeb. missarum.

Multiplicatæ demum sunt sæculo XI mirum in modum

religiosæ familiæ. Quidam a S. Joanne Gualberto institutam aiunt, anno 1010, congregationem *Vallis Umbrosæ*, cujus originem nos retulimus ad annum 997. Instituti itaque fuerunt hoc sæculo monachi *cavenses* in regno neapolitano, sectantes consuetudines cluniacensium; anno 1075 ordo monachorum *grandimontensium* a S. Stephano Arverno institutus in nemoribus Mureti in districto lemovicensi, an. 1076; sed ita denominatus a generalibus comitiis, ad *Grandem-Montem* habitis, anno 1267 in eadem provincia lemovicensi. Canonici regulares *S. Quintini* Bellovacensis, quorum origo consignatur anno 1078. *Carthusiani* auctorem habuere an. 1068, vel, ut supra diximus, anno 1084 (discrepant enim historici) S. Brunonem et S. Hugonem, episcopum gratianopolitanum in Gallia Narbonensi; nomen sortiti a *Carthusia*, ejusdem diœcesis eremo. Institutus anno 1095 a Gastone Viennensi, in Delphinatu equite, ordo *S. Antonii*, cujus alumni infirmis¹ inservientes, in veste desuerunt litteram *Tau*. Anno demum 1098 S. Robertus, abbas molismensis in Gallia celtica, B. Albericus et S. Stephanus, qui molismense cœnobium successive gubernarunt, annuentibus Hugone, archiepiscopo lugdunensi, Valtero Cabilonensi, et Odone, duce Burgundiæ, instituerunt sacrum ordinem *cisterciensium*.

APPENDIX

RERUM EXTERNARUM.

Francorum rex *Robertus*, F. Hugonis Capeti, administravit rempublicam summa pietate et justitia usque ad annum 1031. Regnavit postmodum *Henricus I*, Roberti filius, usque ad annum 1060; deinde *Philippus I*, filius Henrici, usque ad annum 1108, spatio scilicet annorum 48, primum ab Urbano II,

¹ Laborantibus præsertim elephantia et impetigine, vel potius erysipelate, quam *sacrum ignem* seu *ignem S. Antonii* dixerunt; et de qua Virgilius in fine III libri *Georg.* :

..... Nec longo deinde moranti

Tempore contactos artus sacer ignis edebat;

nisi mavis hoc in loco intelligere pestilentiam.

ob repudiatam Bertam sacrorum usu interdictus, sed postea reconciliatus Ecclesiæ.

In Hispania post Alphonsum V, an. 1028, regnum Legionis et Castellæ auspicatus est *Veremundus III*. Anno 1038 *Ferdinandus Magnus*, cui etiam cesserunt Austriæ. An. 1065 *Sanctius II*, Ferdinandi filius, natu maximus. An. 1072 *Alphonsus VI*, Sancti frater minor, qui regnavit annis 37, nimirum usque ad annum 1109. Dixi regnum Castellæ; jam enim tria surrexerant in Hispania regna, id est, Castellæ, Aragoniæ et Navarræ, et sæculo XI in Navarra regnarunt *Sanctius*¹ *Garzias* ac *Sanctii* alii duo²; in Aragonia autem *Ramirus*, *Sanctius* et *Petrus I*³.

Sub hujus sæculi initia, ut libro VIII *De regno Ital.* tradit Sigonius, tres originem habuerunt respublicæ, Florentinorum, Pisanorum et Genuensium. Saracenis hoc vertente sæculo, quæ subjecimus, evenerunt. Anno 1005 Pisani eis eripuerunt Sardiniam, Genuenses Corsicam. Ipsi autem anno 1007 Capuam, anno 1008 Jerosolymam, et anno 1009 Consentiam in Calabria, et Bituntum in Apulia expugnarunt⁴. At Michael Paphlago, anno 1034, Saracenis, duce Marmace, eripuit Siciliam. Turcæ, anno 1045, adversus Saracenos arma vertentes, paulatim totum pene Orientem occuparunt. Hi quoque Mahumetis receperunt Alcoranum, et an. 1048, tota devicta Perside, cæsoque Saraceno Arvira, regem suum Tangrolipicem *Sultannum* (quod idem sonat ac *Rex regum*) primitus nominarunt. Caliphas Ægypti anno 1056 jerosolymis sepulcrum Redemptoris nostri claudi mandavit, inhibito christianis ingressu. Tunetini Mahumetani an. 1074, fines ac litus Calabriae et Sici-

¹ Major appellatus.

² Nimirum *Sanctius V* et *VI*, ac *Petrus*, filius *Sanctii V*.

³ Ad annum usque 1036 regnavit in Anglia *Canutus*. Ad annum 1040 *Araldus*. Ad 1042 *Harde Canutus*. Ad 1043 *Alfridus*. Ad annum 1066 *S. Eduardus*. Eodem anno *Eraldus*. Usque ad annum 1087 *Gullielmus I*. Usque ad 1135 *Henricus I*. In Polonia *Boleslaus I* regnavit usque ad annum 1025. *Miscislaus II* ad 1035. *Casimirus* 1058. *Boleslaus II* 1079. *Ladislaus* 1102.

⁴ Hoc anno 1009, die 6 octobris, feria 5, hora una ante mediam noctem, lunam coopertam teterrimo sanguine tradunt chronica belgica.

liæ infestarunt. Rogerius, Siciliae comes, anno 1078 Toromenio, et anno 1091 ex universa Sicilia Saracenos fugavit¹.

Adversus Saracenos et Turcas, sedente Urbano II et hortante *Petro Eremita*, anno 1095, decretum est bellum sacrum (*Cruciatam* vulgo appellant), seu expeditionem militarem, cui se addicentes, cruce rubri coloris in dextero humero obsignabantur. Collectæ multitudini et in varias copias distributæ dux et imperator, anno 1096, constitutus est *Gothofredus Bullionus*, dux Lotharingiæ. Quamvis multi perierint, non Turcarum tantum, verum etiam Græcorum insidiis, pervenerunt tamen Niçeam peditum 600,000 et equitum 100,000. Urbs illa Solimani regia, cum aliis civitatibus 41 et oppidis plus, minus 200, a christianis expugnata fuit an. 1097. Fidelium 13,000, Turcarum 200,000 vario certamine ceciderunt. Antiochia a nostratibus capta est anno 1098, valde christianorum exercitu diminuto. Proximo anno 1099 christiani obsidione cinxerunt S. civitatem Jerusalem die 5 junii: expugnarunt autem et occuparunt die 25 julii, feria 6. Primus omnium mœnia superavit miles², quem concivem suum Pisani opinantur, secundus *Gothofredus*, tertius ejus frater Eustachius. Die a capta urbe octavo *Gothofredus*, rex Jerosolymorum, cunctorum suffragiis fuit declaratus³.

¹ Poterant inter sæculi XI calamitates commemorari incendium Papiæ anno 1014. Terræmotus ingens in Franconia, præsertim Fuldæ, anno 1013. Horribilis cometes et pluvia sanguinis in Gallia anno 1014. Intolerabile frigus an. 1020. Rapta apud Anglos a diabolo mulier venefica cum vehementi ejulatu anno 1045. Colubrorum agmina in finibus Tornaci inter se conflictantia, et consecuta inde pestilentia et fames anno 1059. Aquarum in Italia et in Belgio talis inundatio, ut innumera ædificia corruerint, et gallinæ, anseres, aliaque domestica animalia in sylvas confugerint, anno 1089. Erumpens fons sanguinis in Normannia, incendia, imbres et locustarum agmina, anno 1091. Pestis, quæ apud Gallos, Germanosque anno 1093 desævit; igneus draco per aerem volitans, jacula ignita, arma in cælo cruenta, monstruosi partus, pluraque id genus ostenta anni 1099.

² Brietius ait in muros omnium primum conscendisse *Raimbaldum Creconium*, nobilem Picardum.

³ Procumbenti ad sepulcrum Domini Gothofredo, aureamque coronam abjicienti, spinea imposita fuit. Hinc epigramma illud:

Laurea non hominem gestare, nec aurea regem
Fas, ubi Rex divum spinea sarta tulit.

Quamquam plura dixi de Saracenis, alia tamen occurrunt commemoranda. Nam *Basilus*, Græcorum imperator, anno 1014, Bulgaris superatis, crudelissime victoriam exercuit, jubens illorum 1,500 oculos erui. *Bohemi*, anno 1038, eripere Polonis Uratislaviam et Gracoviam. *Scythæ* anno 1046 depopulati sunt Turchiam, Macedoniam et Græciam; at a Bulgaris, anno 1066, internecione deleti sunt. *Henricus IV*, anno 1068, domuit Illyricos, quos appellant *Scavos*. In ipsum Henricum, anno 1073, arma converterunt Saxones et Thuringi, adeo ut vix elapsus sit fuga. Anno 1081 rursus cum Rodulpho pugnavit, infausto hujus obitu ex hac pugna consequente. In Italiam venit, urbemque Romam obsedit et occupavit anno 1083. In ipsam Romam, anno 1084, armis, incendio et rapinis sævit *Robertus Guiscardus*, dux Calabriae, quem necessitate adactus ad expellendum Henricum, vocaverat S. Gregorius VII.

Scriptoribus hujus ævi adnumeremus oportet Avicennam, philosophum Arabem, medicum præstantissimum, qui nunquam dormivisse fertur integram noctem, ut studiis vacaret, et anno ætatis suæ 18, totam absolverat *ἐγκυκλοπαιδείαν*¹. Obiit Alcorano addictus aut forte nullius religionis circa annum Ch. 1050. Claruerunt præterea in historia germanica *Lambertus Schaffnaburgensis*, ex quo plura exscripsit Trithemius, inter hæreticos tamen 1 Cl. rejectus in indice hispanico anno 1067, atque in Historia regum Dalmatiæ et Croaciæ auctor *anonymus*, latinitate donatus a Marco Marullo Spalatensi. Ex antiquorum medicorum libris plura collegit *Constantinus Afer*,

Qui aiunt *Petrum*, eremitam ambianensem, ad promovendum bellum sacrum ostentasse epistolam e cælo ad christianum populum missam, id referunt ex *Dodechino*, continuatore Chronici Mariani Scoti, *Voltaire*, cæterisque objicientibus, summa imprudentia susceptam expeditionem; ex qua Europa privata est incolarum suorum parte maxima, profusa immensa thesaurorum copia, extinctæ nobilissimæ familiæ, exortæ innumeræ cædes, pestilentia et calamitates quam maximæ; respondemus plura Deo auctore præcipi et fieri bona et utilia, quorum exitus non ex Deo, sed ex hominum improbitate permultis exitiosus est atque infelix.

¹ Ἐγκυκλοπαιδεία, quasi *circularis scientia*, ab ἐγκύκλιος, *circularis*, et α παιδεία, *disciplina* vel *eruditio*, significat omnem fere scientiam simul compactam, et ductum quemdam multarum disciplinarum confertum.

post universum fere orbem peragratum, omnemque Chaldæorum, Persarum, Arabum et Saracenorum comparatam sibi disciplinam insidiis elapsus et inter cassinenses monachos cooptatus. *Joannes* Italus, atque, ut arbitror, Siculus, tantum in philosophia excelluit, ut profectus Constantinopolim, Michaeli Psello suffectus, cum omnium admiratione Aristotelis, Platonis, Porphyrii, Jamblici et Procli explanaverit libros; sed propugnans pythagoricam *metempsychosim*, transmigrationem scilicet animarum et sacrarum imaginum cultum evertens, tanquam hæreticus damnatus est, et coactus jussu imperatoris Alexii ex ambone anathematizare undecim prævæ, quam tradiderat doctrinæ, capita¹. Tres libros de Henrici IV contra Saxones bello condidit carmine *auctor*, qui ne sibi conflaret invidiam, diraque arcesseret, consulto nomen suppressit suum. Fertur pro Henrico scripsisse quoque *Sigebertum*, de quo proximo sæculo, cap. iv, et qui tam prosa, quam carmine plura elucubravit. Sub hujus sæculi exitum, id est, anno 1099, medici *salernitani* versibus conscripserunt opusculum de conservanda valetudine², inscriptum Roberto, Normanniæ duci, illos de fistula brachii sananda consulenti. Incipit vero idem opus:

Anglorum regi dicit schola tota Salerni,

quoniam Robertus designatus fuerat rex Angliæ.

¹ Rab. *Moses Ben Maimon*, ab initialibus litteris appellatus *Rambam*, præcellens fuit in omni Hebræorum litteratura. In jure, in medicina, in mathesi, natus Cordubæ anno communioris computi Hebræorum 4891, æræ christianæ 1130, laudatus a Rabbiniis *Abraham Zochut* et *Isaac*, necnon a *Joanne Buxtorffio*, quem vide in Præfat. ad Opus Maimonidæ inscriptum, *Doctor perplexorum*.

² Libri titulus pervulgatus, *Schola salernitana*. Auctor vere unus *Joannes Mediolanensis*, qui omnium medicorum nomine scripsit, sicut opus inscriptum *Collegium Bononiense*, unius Ulyssis Aldrovandi fœtura est.

Quamquam plura dixi de Saracenis, alia tamen occurrunt commemoranda. Nam *Basilus*, Græcorum imperator, anno 1014, Bulgaris superatis, crudelissime victoriam exercuit, jubens illorum 1,500 oculos erui. *Bohemi*, anno 1038, eripere Polonis Uratislaviam et Gracoviam. *Scythæ* anno 1046 depopulati sunt Turchiam, Macedoniam et Græciam; at a Bulgaris, anno 1066, internecione deleti sunt. *Henricus IV*, anno 1068, domuit Illyricos, quos appellant *Scyvos*. In ipsum Henricum, anno 1073, arma converterunt Saxones et Thuringi, adeo ut vix elapsus sit fuga. Anno 1081 rursus cum Rodulpho pugnavit, infausto hujus obitu ex hac pugna consequente. In Italiam venit, urbemque Romam obsedit et occupavit anno 1083. In ipsam Romam, anno 1084, armis, incendio et rapinis sævit *Robertus Guiscardus*, dux Calabriae, quem necessitate adactus ad expellendum Henricum, vocaverat S. Gregorius VII.

Scriptoribus hujus ævi adnumeremus oportet Avicennam, philosophum Arabem, medicum præstantissimum, qui nunquam dormivisse fertur integram noctem, ut studiis vacaret, et anno ætatis suæ 18, totam absolverat *ἐγκυκλοπαιδείαν*¹. Obiit Alcorano addictus aut forte nullius religionis circa annum Ch. 1050. Claruerunt præterea in historia germanica *Lambertus Schaffnaburgensis*, ex quo plura exscripsit Trithemius, inter hæreticos tamen 1 Cl. rejectus in indice hispanico anno 1067, atque in Historia regum Dalmatiæ et Croaciæ auctor *anonymus*, latinitate donatus a Marco Marullo Spalatensi. Ex antiquorum medicorum libris plura collegit *Constantinus Afer*,

Qui aiunt *Petrum*, eremitam ambianensem, ad promovendum bellum sacrum ostentasse epistolam e cælo ad christianum populum missam, id referunt ex *Dodechino*, continuatore Chronici Mariani Scoti, *Voltaire*, cæterisque objicientibus, summa imprudentia susceptam expeditionem; ex qua Europa privata est incolarum suorum parte maxima, profusa immensa thesaurorum copia, extinctæ nobilissimæ familiæ, exortæ innumeræ cædes, pestilentia et calamitates quam maximæ; respondemus plura Deo auctore præcipi et fieri bona et utilia, quorum exitus non ex Deo, sed ex hominum improbitate permultis exitiosus est atque infelix.

¹ Ἐγκυκλοπαιδεία, quasi *circularis scientia*, ab ἐγκύκλιος, *circularis*, et ἀπαιδεία, *disciplina* vel *eruditio*, significat omnem fere scientiam simul compactam, et ductum quemdam multarum disciplinarum confertum.

post universum fere orbem peragratum, omnemque Chaldæorum, Persarum, Arabum et Saracenorum comparatam sibi disciplinam insidiis elapsus et inter cassinenses monachos cooptatus. *Joannes* Italus, atque, ut arbitror, Siculus, tantum in philosophia excelluit, ut profectus Constantinopolim, Michaeli Psello suffectus, cum omnium admiratione Aristotelis, Platonis, Porphyrii, Jamblici et Procli explanaverit libros; sed propugnans pythagoricam *metempsychosim*, transmigrationem scilicet animarum et sacrarum imaginum cultum evertens, tanquam hæreticus damnatus est, et coactus jussu imperatoris Alexii ex ambone anathematizare undecim prævæ, quam tradiderat doctrinæ, capita¹. Tres libros de Henrici IV contra Saxones bello condidit carmine *auctor*, qui ne sibi conflaret invidiam, diraque arcesseret, consulto nomen suppressit suum. Fertur pro Henrico scripsisse quoque *Sigebertum*, de quo proximo sæculo, cap. iv, et qui tam prosa, quam carmine plura elucubravit. Sub hujus sæculi exitum, id est, anno 1099, medici *salernitani* versibus conscripserunt opusculum de conservanda valetudine², inscriptum Roberto, Normanniæ duci, illos de fistula brachii sananda consulenti. Incipit vero idem opus:

Anglorum regi dicit schola tota Salerni,

quoniam Robertus designatus fuerat rex Angliæ.

¹ Rab. *Moses Ben Maimon*, ab initialibus litteris appellatus *Rambam*, præcellens fuit in omni Hebræorum litteratura. In jure, in medicina, in mathesi, natus Cordubæ anno communioris computi Hebræorum 4891, æræ christianæ 1130, laudatus a Rabbiniis *Abraham Zochut et Isaac*, necnon a *Joanne Buxtorffio*, quem vide in Præfat. ad Opus Maimonidæ inscriptum, *Doctor perplexorum*.

² Libri titulus pervulgatus, *Schola salernitana*. Auctor vere unus *Joannes Mediolanensis*, qui omnium medicorum nomine scripsit, sicut opus inscriptum *Collegium Bononiense*, unius Ulyssis Aldrovandi fœtura est.

DUODECIMUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

PONTIFICES MAXIMI RECENTUR.

Itaque Paschalis II an. 1118 mortem oppetiit; post quem 16 sederunt in Petri cathedra romani pontifices, nempe *Gelasius II, Callistus II, Honorius II, Innocentius II, Cælestinus II, Lucius II, Eugenius III, Anastasius IV, Hadrianus IV, Alexander III, Lucius III, Urbanus III, Gregorius VIII, Clemens III, Cælestinus III* et *Innocentius III*.

CLXI. Gelasius II, antea Joannes Cajetanus, electus est, repugnante licet imperatore Henrico V. Is ergo inaugurari pontificem jussit Mauritium episcopum bracarensem, ei Gregorii VIII nomine imposito. At Gelasius damnatis in synodo capuana Mauritio et Henrico, in Gallias secessit, obiitque pleuritide in monasterio cluniacensi, IV kal. februaris an. 1119.

CLXII. Suffectus ei est Guido Burgundus, archiepiscopus viennensis, electus Cluniaci suadente Conone, episcopo prænestino, appellatus *Callistus II*. Qui rursus Henrico et Mauritio damnatis, et in synodo œcumenica lateranensi compositis circa investituras dissidiis, ad finem vergente 6 anno pontificatus sui, anno scilicet 1124, idibus decembris, excessit e vivis.

CLXIII. Post Callistum sedit *Honorius II* Bononiensis¹, antea

¹ *Bononiensis* vulgo dicitur, et loco natus obscuro; at Platina Imolensem facit. Inter Bononiam vero, Imolamque, est oppidum nunc fere dirutum, vulgo *Figagnano*. Fertur hinc Lambertum, seu Honorium II prodiisse, et anno Jubilæi privilegio sacram ejusdem oppidi, patriæque suæ ædem locupletasse.

Lambertus, ostiensis episcopus, qui Henrico V sine prole defuncto, per apostolicæ Sedis legatos dedit operam, ut imperator eligeretur Lotharius, dux Saxonum, et Conradum Franconia, ac Fredericum Sueviæ duces, filios Agnetis sororis Henrici, armis insectantes Lotharium, ut avunculi potirentur imperio, communionem privavit, deposito quoque Anselmo, archiepiscopo mediolanensi, a quo Conradus Modætiae acceperat italici regni coronam. Obiit vero Honorius sexto anno pontificatus, ær. ch. 1130, XVI kalendas martii.

CLXIV. Electus deinde est, licet invitus, *Innocentius II*, antea Gregorius, card. S. Angeli; sed eadem die intrusus est factione seditiosa Petrus Leonis, nomine Anacleti II usurpato. Roma Innocentius cedens ad Ludovicum VI, Galliarum regem, deinde ad Lotharium, a quo Romam deductus est et restitutus, perrexit summo ubique exceptus honore. Discedente autem ex urbe Lothario, imperii corona decorato, Innocentius nondum extincta Anacleti factione, Pisas advenit, ibidem commoratus usque ad obitum Anacleti¹. Verum huic seditiosi substituerunt pseudopontificem alterum, quem appellarunt Victorem IV. Hic post tres menses dejectus est; ac Innocentius celebrata synodo II lateranensi œcumenica, rebusque aliis præclare et magnifice gestis, anno 1143 humanis exemptus est rebus, die 24 septembris².

CLXV. Administravit deinde Ecclesiam quinque dumtaxat mensibus, paucisque diebus, *Cælestinus II* Hetruscus, vita functus anno 1144, die 9 martii. Ab hoc pontifice incipiunt vaticinationes, quæ tribuuntur S. Malachia, archiepiscopo hiberno, quarum prima est, *Ex castro Tiberis*. Nam Cælestinus erat Tiphernas e castro S. Felicitatis ad Tiberim, vulgo e Civitate Castellana. Ingeniose pontificibus ante Benedictum XIII eadem vaticinia fuerunt aptata. Huic, et sequentibus Clementi XII et Benedicto XIV, nescio quo jure conveniant. Vaticinationes

¹ Hujus rei causa S. Bernardus ad Pisanos scribens, urbem illorum summopere commendavit.

² De Innocentio II in concilio rhemensi anno 1131, sequenti capite laudando, ait S. Bernardus: *Plusquam Moyses hic*, etc.

natio de primo est illa : *Miles in bello*; de altero : *Columna excelsa*; de tertio : *Animal rurale*. Proxime futurus pronuntiatus est eo symbolo : *Rosa Umbriæ*. Post hunc ad extremum usque iudicium supersunt dumtaxat 18. Sed nemo credat vaticinationes istas esse S. Malachiæ, atque interpretamenta aliud esse præter alicujus luxuriantis ingenii commentationes, aut alicui mortalium momenta innotescere, *quæ Pater posuit in sua potestate*, ut inquit Dominus Act. 1, 6.

CLXVI. Sequutus est *Lucius II*, antea Gerardus Caccianemicus, bononiensis, extinctus post mensem II ictu lapidis anno 1145, V kal. martias.

CLXVII. Sedit postea ultra annos 8 *Eugenius III*, discipulus S. Bernardi, abbas S. Anastasii ordinis cisterciensis¹, qui non sine sanctitatis fama obiit Tibure in Latio. Viget apud Pisanos traditio Eugenii patriam fuisse Montemmagnum sexto a Pisis lapide.

CLXVIII. Extincto Eugenio anno 1153, nonis julii, successit *Anastasius IV* Romanus, antea Conradus et episcopus sabiniensis, sublatus e vivis anno proximo 1154, die 2 decembris.

CLXIX. Anastasio IV successor datus est *Adrianus IV*, natione Anglus, cui Nicolai nomen erat. Romanos senatores conantes sibi pristinam vindicare libertatem, ad officium rede-

¹ Antea vocabatur Bernardus Pisanus. Mirabatur S. Bernardus hunc pontificem fuisse a S. R. E. cardinalibus electum. Vide Papium lib. V, pagina 201. Ornatum ab Eugenio III templum Virginis in Exquilis constat ex verbis, quæ legebantur in vestibulo :

Tertius Eugenius, romanus papa, benignus
Obtulit hoc munus, Virgo Maria, tibi.

In prophetia Malachiæ Eugenius III pronuntiatus eo symbolo : *Ex magnitudine montis*, ob patriam *Montem magnum*. An. 1148 Eugenius in Etruria versabatur, eodem quippe an. XI kal. decembris, templum oppidi S. Germiniani, assistentibus pluribus cardinalibus, solemniter consecravit. Proximo an. 1149 Pisis ædem S. Pauli ad Arni ripam dedicavit, ut constat ex asservato illic lapide. Etsi dicitur a S. Bernardo *rusticanus, pannosus homuncio*, et evecus *a securi, ab ascia, a ligone*; parentes tamen habuit nobilis prosapiæ Bernardum Paganelli et Mariam Cajetanam. Fuerat majoris templi Vicedominus, deinde monachus camaldulensis et abbas monasterii S. Zenonis, postea cisterciensis, S. Bernardi discipulus et abbas monasterii SS. Vincentii et Anastasii Romæ ad Aquas Salvas.

git; multa que passus a Frederico imperatore, quem decoraverat imperii corona, ob Gullielmum, Sicilia regem, decessit Anagninæ kal. septembris, anno 1159.

CLXX. Rexit deinde Ecclesiam 22 annis *Alexander III* Senensis, appellatus antea Rolandus Paperonus. Diuturnum schisma invicta patientia compescuit et quatuor pseudopontifices, *Victorem V, Paschalem III, Callistum III et Innocentium III*, temere se nominantes, percussit anathemate, atque omnes, teste Pandulpho Pisano, miserrime perierunt. Patrocinatus est Thomæ, archiepiscopo cantuariensi, quem etiam sanctis adscripsit; Venetis plura largitus est privilegia; lateranense concilium III, œcumenicum XI, celebravit, ac Fredericum imperatorem ad pedes suos provolutum et veniam petentem, elevans cum lacrymis excepit osculo; ita ut veritati, et hujus pontificis mansuetudini contraria tradant, qui aiunt hunc pede imperatoris pressisse caput, eique insultasse verbis ex psalmo xc petitis : *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem*. Obiit Alexander III Tipherni III kal. sept. anno 1181¹.

¹ Mendacium esse, quod aliqui narrant Alexandrum Venetiis anno 1177 in vestibulo S. Marci superba tyrannide et pede super caput ejus imposito, Frederico insultasse, demonstrat Ven. Baronius ad prædictum annum num. 86. Sane Fredericum I humanissime receptum ab Alexandro constat ex Romoaldo archiepiscopo salernitano, qui præsens adfuit, ex Chronico Andreæ Danduli et ex epistolis ipsius Alexandri III. Vide Sandinum, pag. 384. Oppositum tradunt Georgius Lackfeld, *De rerum german. scriptoribus*, pag. 173, Christ. Matthiæ, pag. 939, Gaspar Hedion., lib. X *Hist. eccle.*, cap. viii, Funcius, lib. IV Chron. Aiunt nonnulli spectatorem fuisse hujus facti Theodorum, marchionem Misniæ, qui ad erigendum imperatorem accurrerit. Mirum fabulæ fidem adhibuisse, pag. 203, 2, Papium Massonum. De Gullielmo Cave in sæculo valdensi, aliisque protestantibus eandem abstruentibus, nil dicam aliud, nisi unius Theodori incerto testimonio illorum narrationem inniti, nostram vero notis, integerrimis, et ocularibus testibus. Iniqua et illa de Alexandro III Frederici expositio apud Christ. Matthiæ præcit. :

Ecce paterna fides, et magni præsulis alma
Integritas, humilisque Petri vestigia sectans.
Jam non ferre crucem Domini, sed tradere regna
Gaudet, et Augustus mavult, quam Petrus haberi.

Plura ibidem leguntur hujus furfuris.

CLXXI. Deinde romanam Ecclesiam rexit *Lucius III*, antea Humbaldus Allucingulus Lucensis, qui decessorum exemplo civili seditione exagitatus, adiit Veronam, ubi anno quinto sui muneris inchoato, persolvit naturæ debitum anno 1185, VIII kal. decembris.

CLXXII. Non absolvit in episcopatu romano biennium successor Lucii, *Urbanus III*, antea Lambertus Cribellus, archiepiscopus mediolanensis. Etenim Venetias migraturus, ad classem adversus Turcas comparandam Ferrariæ tristi accepto nuncio de expugnatis a Saladino Jerosolymis, conceptoque ex mœrore animi morbo, an. 1187, XIV kal. nov. occubuit.

CLXXIII. At brevior fuit pontificatus *Gregorii VIII*, antea Alberti de Mora Beneventani, qui Ferrariæ inauguratus, adveniens Pisas, hujus urbis cives cum Genuensibus conciliaturus, ibi intempestivo confectus est morbo, anno ipso 1187, die a sua electione 57, et 17 decembris.

CLXXIV. Vix tres apostolici regiminis expleverat annos *Clemens III*, antea Paulinus Scholarius, episcopus prænestinus, post obitum Gregorii electus Pisis, quando seditione romanorum civium composita, e vivis excessit IV kal. aprilis, anno 1191.

CLXXV. Etsi Hyacinthus Ursinus, dum renunciatus est pontifex, assumpto nomine *Cælestini III*, ageret annum ætatis suæ 85, superstes fuit tamen annis fere septem et de christiana republica optime meritus, fati cessit an. 1198, VI idus januarias.

CLXXVI. Christianam exeunte sæculo XII moderabatur rempublicam *Innocentius III*, antea Lotharius, comitis Signiæ filius, electus statim ac Cælestinus reconditus fuit tumulo. Fuit in utroque jure doctissimus, potestatis ac ditionis pontificiæ vindex acerrimus. Quæditorum fidei adversus albigenses primus auctor, et pacis atque incrementi religionis studiosissimus. Celebratum ab illo IV lateranense concilium, œcumenicum XII. Istud vero, et Innocentii obitus, qui contigit an. 1216, die 16 julii, ad sæculum spectant decimum tertium.

PATRIARCHARUM NOMINA.

Superiori sæculo dictum est recuperatam fuisse a christianis civitatem sanctam Jerusalem. Series itaque patriarcharum ejusdem civitatis est iterum assumenda. Eodem anno 1099 captæ urbis electus est *Daibertus* Pisanus, apostolicæ Sedis legatus, a Balduino depositus anno 1103. Deinde sederunt sæculo XII *Ebremarus*, *Gobelinus*, *Arnulphus*, *Germundus*, *Stephanus*, *Willelmus*, *Fulcherius*, *Almaricus*, *Heraclius*, *Albertus* eremita et *Monachus*¹, qui decessit anno 1204. Antiochiæ vero, quam christiani expugnarunt anno 1098, primus sedit usque ad annum 1136 *Bernardus*, natione Gallus; postea vero *Rodolphus Aimericus* et *Rodolphus II*, qui ex hac vita migravit anno 1220.

CAPUT II.

SYNODORUM SÆCULI XII ELENCHUS.

Romæ plura hoc sæculo celebrata fuere concilia, eaque præsertim ad abolendum jus a principibus laicis usurpatum conferendi ecclesiastica beneficia, sive, ut aiunt, investituras, tot schismatum bellorumque originem. Nam eam ob rem, superstite adhuc Paschali II, anno 1102, et rursus anno 1104, 1110, 1112 et 1116, quinque celebrata fuere *lateranensia concilia*, quorum primo Henricus IV rursus sacrorum usu fuit interdictus; altero eadem pœna mulctati regii consiliarii, aliique in Anglia investituras exequentes; in tertio item vindicantes sibi ecclesiasticorum bonorum dispositionem, simulque diripientes res naufragorum diris devoti fuere; in quarto jus dandi investituras, quod per vim Henricus V extorserat, revocatum est, promulgato in eundem imperatorem anathemate, et in quinto proscriptis item investituris præcedentis concilii acta confirmata fuerunt. Lateranensibus hisce synodis definitione ac sententia concordantes fuere, *jerosolymitana* anno 1114 celebrata, præside Conone, apostolicæ Sedis legato; *ansana* anno 1118 collecta ab archiepiscopo lugdunensi, Joanne; *bello-*

¹ Proprium nomen. Ortus in diocesi florentina.

vacensis anno 1114 in archiepiscopatu rhemensi sub prælaudato Conone; *capuana* et *coloniensis* anno 1118, et *rhemensis* anno 1119. In his vero postremis una cum Henrico V damnatus est Mauritius, cognomento Burdinus, sive antipapa Gregorius VIII, de quo præced. capite n. 161.

Magna de *investituris* controversia componi cœpit anno 1122 in concilio constantiensi, adstantibus legatis Callisti II, atque concordia firmata est, Henrico eique adhærentibus ab omni censura absolutis, in concilio *lateranensi VI* et generali IX, proximo anno 1123. Præfuit synodo idem Callistus, et interfuerunt episcopi 300. In Pandulphi Pisani scriptis *nongenti* mendose leguntur. Restituit in his duobus synodis Henricus catholicæ Ecclesiæ omnes investituras, quæ per baculum et anulum fieri consueverant, omnemque liberam ecclesiasticarum dignitatum electionem et consecrationem; et Callistus concessit imperatori ut electiones episcoporum et abbatum regni teutonici fierent eo præsentem, absque simonia et violentia, et electi ab eodem imperatore reciperent *regalia*, id est, feuda, per sceptrum, vel signum externum.

Pseudopontifices sequentibus synodis depositi et damnati fuerunt: Gregorius VIII anno 1117 in concilio *beneventano* et in generali *lateranensi*, nuper laudato; Petrus Leonis, seu Anacletus II, anno 1130 in concilio *aniciensi*, ad ripam Ligeris; anno 1131 in *rhemensi*, cui adfuit Innocentius II, et regi Francorum, Ludovico, regalem imposuit coronam; anno 1132 in *placentino*, et anno 1134 in concilio *pisano*, in quo etiam depositus fuit Alexander leodiensis episcopus, simoniacus, Victor III antipapa et Fredericus imperator, a quo fuerat intrusus, excommunicationis pœnam subierunt in synodo papiensi anno 1160, et *lateranensi VIII*, anno 1168. In Veneta anno 1177, in qua Alexander III et Fredericus imperatorre conciliati fuerunt, Paschalis III dejectus est.

Hæreticos proscriptere, quæ sequuntur concilia: *florentinum* anno 1105. Vanitatis errorisque redarguit illius urbis episcopum Fluentium, effutientem natum jam esse antichristum et mundi interitum imminere. Concilium *lateranense VII* et X

generale anno 1139, rescissis Actis pseudopontificis Anacleti II, condemnavit hæresim Arnaldi Brixienis, Petri de Bruis, atque his adhærentium. Præfuit concilio Innocentius II, et interfuerunt archiepiscopi et episcopi mille. Damnatae in hoc etiam concilio hæresis simoniaca, investiturae et nicolaitarum turpitudines, indictumque anathema iis qui in clericum aut monachum violentas manus injiciunt. In senonensi anno 1140 damnata sunt Petri Abælardi nefaria dogmata, atque in *jerosolymitano* 1142 proscripti Armenorum errores. Bogomilos damnavit anno 1143 *constantinopolitanum* concilium, collectum a Michaele Oxita patriarcha, et in *parisiensi* anno 1147 reprobati fuerunt errores de quibus accusabatur Gilbertus Porretanus, episcopus pictaviensis. Anno demum 1179 in concilio *lateranensi IX* et œcumenico XI, sub Alexandro III, statutis iis, quæ ad ecclesiasticam attinent disciplinam, ab episcopis tercentis damnati sunt valdenses et albigenses hæretici.

E reliquis synodis notandæ sunt, *parisiensi* anno 1105, qua Philippus rex et Bertrada, ob incestas nuptias excommunicati, præstito juramento omnimodæ separationis, impetrarunt absolutionem; *moguntina* anno 1105, in qua deposito Henrico IV, hujus filius evectus est ad imperium; *tarsensis* in Cilicia, in qua anno 1177 Græci Armenique eutychanam damnarunt pariter hæresim et ad communionem redierunt; *abricatensis* in finibus Normanniæ ac Britannia, quæ a cæde S. Thomæ cantuariensis anno 1172 absolvit Henricum II, regem Angliæ, et *divionensis*, in Burgundia, in qua an. 1199 damnatae fuerunt illicitæ nuptiæ Philippi, Francorum regis, qui ducta altera uxore Ingeburgem, legitimam conjugem repudiaverat¹.

¹ Jure meritoque prætermisimus pseudoconcilium moguntinum anni 1058, in quo statutum fuit obedientiam præstandam esse antipapæ Guiberto; exauctoratus fuit S. Gregorius VII, et depositi quindecim episcopi eidem Gregorio adhærentes. Agunt de hoc concilio Conradus Uspergensis et Sigebertus in Chronicis; plura autem Leo Hostiensis, lib. III, cap. lxxx.

CAPUT III.

HÆRESES SÆCULI DUODECIMI.

Sequitur, ut hæreses describamus. Harum auctores fuere *Tanchelinus*, *Petrus de Bruis*, *Henricus Tolosanus*, *Petrus Abælardus*, *Constantinus Chrysomalus*, *Bogonilus*, *Arnaldus Brixiensis*, *Gilbertus Porretanus*, *Joachimus abbas* et *Petrus Waldo*. De Tanchelino, perditissimo homine, tam deliro, ut se Dei Filium esse jactaret, ac tam impuro, ut virgines in conspectu parentum, nuptasque coram viris dixerit comprimendas, nil asserendum est aliud, quam illum Antuerpiam, claram Brabantiae urbem, et emporium toto orbe celeberrimum, corrupisse, sed opportune extinctam pestilentissimam contagionem opera S. Norberti, de quo capite proximo.

Petrus de Bruis et *Henricus* ejus discipulus circa annum 1140 errores spargebant suos. Nam ad illorum evertendam hæresim Eugenius III anno 1147, Tolosam misit Albericum, episcopum ostiensem. Hi Vetus Testamentum rejiciebant, baptismum ante usum rationis administratum improbabant, adhærebant iconoclastis, crucesque frangebant, sacras demoliebantur aedes, psalmodiam, precesque ore prolatas irridebant, sacrificium missæ et sacerdotum abjiciebant consecrationem. Petrus Anatiliæ, sive ad Fanum S. Ægidii crematus est. Henricus prædicto an. 1147 fuit conjectus in carcerem, ubi decessit.

Memoravimus superiori sæculo *Bogomilos*, quamdam sectam manichæorum, horumque ducem historici aiunt fuisse Basilium medicum, cum suis igni traditum, jubente Alexio Comneno. Verum fuit quoque *Bogomilus* monachus, damnatus, ut superiori cap. diximus, anno 1143 in synodo C. P., ejus meminere perpauca. Ad manichæorum dogmata addebat dæmones habitare in corporibus defunctorum, quos proinde relinquebat insepultos, effodiendo et projiciendo extra ecclesias ossa cineresque fidelium. Fas esse autumabat tondere in monachos, etiam copulatos conjugio, et invitos quidem, ac reluctantes, nec verebatur Deo, quem nos colimus, maledicere. Fuit per id tem-

poris *Constantinus Chrysomalus*, duas in homine commentus animas, baptismum parvulorum irridens, exhibendum principibus honorem, ac, si diabolo conferretur, execrans, atque id genus ineptiarum nugarumque plenissimus.

Petrus Abælardus ortus in oppido Palatii, diocesis nannensis, post consuetudinem cum Heloisia, ex qua filium suscepit, et cujus causa a fœminæ consanguineis amputata fuerunt illi virilia¹, S. Dionysii monachus Parisiis effectus, nimis argute de divina Trinitate disputando, aliaque theologiæ capita pertractando, non evitavit supinos errores, dogmatizans Deum esse prorsus inadspectabilem beatis, castum Dei timorem non futurum in cœlis, nullum dari ignorantiae peccatum, atque his consimiles errores alios; quos tamen morti proximus dicitur retractasse; imo in senonensi concilio, anno 1140, S. Bernardo erroris capitula designanti et asserenti Abælardum loquentem de Trinitate sapere cum Ario, agentem de gratia sentire cum Pelagio et de Christi persona scribentem adhærere Nestorio, ipse Abælardus ad Sedem apostolicam provocavit, ad quam accessurus, præpeditus est aegritudine, obiitque an. 1142 apud monachos cluniacenses, a Petro Venerabili cohonestatus amplo, splendidoque epitaphio².

Arnaldus e Brixia contendebat omnia bona temporalia esse laicorum et injustissime a clericis detineri, nec salutem consequi posse episcopos regalia et monachos possessiones habentes; quod postea Marsilius Patavinus, Joannes de Jan-

¹ Exsectus est *Abælardus* procurante Fulberto, canonico parisiensi, cui Heloisia neptis erat. Hæc ad preces episcopi trecentis præfecta fuit insigni virginum monasterio. S. Bernardi de *Abælardo* judicium confirmatur Innocentii II epistola ad episcopos Galliarum, asservata Lutetiæ Parisiorum ad S. Victoris cœnobium. In ea etenim hæc habentur: « Dolemus » quod in Petri *Abælardi* perniciose doctrina Arii, Manichæi, Nestorii, » Eutychiani et Dioscori hæreses pullulare cœperunt; unde universa ipsius » Petri perversa dogmata cum suo auctore damnamus, » etc.

² Epitaphium Petri *Abælardi*, ut habetur apud Caveum in sæculo valdensi, ita clauditur:

Est satis in tumulo, Petrus hic jacet *Abailardus*,
Cui soli patuit scibile quidquid erat.

Ibidem obiisse dicitur XI kalendas maias.

duno JCC waldenses, hussitæ et alii hæretici propugnarunt. Arnaldus vero Roma expulsus sub Hadriano IV, captus est in finibus Hetruriæ,

Appensusque cruci, flammaque cremante solutus,

ut lib. III *De gestis Frederici* inquit Gunterus.

Gilbertus *Porretanus*, cum Deum a deitate et relationes divinas ab essentia distingui affirmasset istorum articulorum damnationi factæ anno 1147 in synodo parisiensi et sequenti anno in rhemensi, præsentate Eugenio III, sponte libenterque subscripsit, pietaviensi Ecclesiæ ob hanc laudabilem demissionem honorificè restitutus. Etiam Joachimus, abbas Calaber, de Trinitate non recte sensit; negavit enim divinas personas esse revera unum, et idem cum divina natura; sed post ejus obitum, cui proximus scripta sua judicio Sedis apostolicæ subjecit, vetuit Honorius III, Innocentii III successor, ne hæresis nota infametur.

Waldensium secta erupit anno 1160 cum *Petrus Waldus* Lugdunensis, sociorum suorum uno repentina morte sublato, perterritus cæteros ad evangelicam paupertatem sectandam hortatione exemploque perduxit. Hinc waldenses appellati etiam sunt pauperes de Lugduno, cathari, seu puritani, in Sabaudia autem et Pedemontii vallibus, *les Barbets*. His conjuncti sunt albigenses, nomen sortiti ab Alba Helviorum, seu Albiga Gallia urbe, in qua frequentissimi insederunt¹. Non divitiarum contemptus, sed hæreseon portenta, in waldensibus et albigensibus reprehenduntur. Etenim Ecclesiam romanam a Sylvestri temporibus defecisse, ac modo esse vitiorum omnium sentinam, jejunia, ritus, indulgentias, obedientiam ecclesiasticis prælatis exhibendam, juramentum, res esse inutiles et interdictas; nullum dari sacramentum præter baptismum et Eucharistiam, hanc etiam a laicis confici sola recitatione Orationis dominicæ, et sacerdotes in grave peccatum lapsos consecrandi amittere potestatem; sunt dogmata waldensibus et albigensibus communia. Fleurius ad annum

¹ De his rursus proximo sæculo XIII.

1184 scribit waldenses initio errasse in eo dumtaxat, quod paupertatem desiderem et fanaticam profitebantur, spernebantque ecclesiasticam potestatem. At paulatim exerescere errorum monstra et facile improbos convenire, experimento compertum est. *Sabatatos* et *insabatatos* quidam dixerunt, non quod in sabbato judaizarent, ut commenti sunt aliqui; sed quod ob nimiam paupertatem calceos deferrent ligneos, quos Galli vocant *sabots*.

In prælaudato concilio rhemensi, anno 1147, dementiæ potius, quam hæresis laborare malitia visus est *Eudon* quidam, gallice Eon; qui sæpe in Ecclesia audiens clausulam illam exorcismorum: *Per eum qui judicaturus est vivos et mortuos*, se futurum esse universorum judicem prædicabat: et quod nemo satis mirabitur, tam insana et absurda venditans, magnam Vasconia, atque Armorica, sive Britannia minoris partem corruerat. Quidam denique sæculo XII, ostentantes vitæ integritatem, omniaque exercentes exterioris pietatis officia, et se *apostolicos* nominantes, abhorrebant a nuptiis, et nihilominus mulieribus turpi concubitu frequentissime miscabantur; quamobrem illos exagitat, ac perstringit S. Bernardus, sermone LXVI in Cantica. Atque de hæresibus haec tenet.

¹ Erupit sæculo XII nova hæresis *catharorum*, longe ab ea diversa, quæ emersit sæculo III, aliter vocata *novatianorum*. Horum catharorum meminit ad annum 1163 Trithemius in Chronico hirsaugiensi, ubi refutatos ait ab Eberto, abbate S. Florini, et a S. Hildegarde. Dicitur ab Ughello in archiepiscopis mediolanensibus, ad annum 1173 Galdinum, redivivæ catharorum hæresi bellum indixisse. At *catharorum* nomen iis omnibus, qui se puros, probosque christianos jactarunt, commune est. Hi cathari, ut apud D. Acherium, tom. I *Spicilegii* refert *Bonacursus*, qui Mediolani fuerat illorum magister, dogmatizabant diabolum divisisse elementa, creasse hominem de limo terræ, vi in illum intrusisse angelum lucis, concubuisse cum Eva, et genuisse Cain, ex hujus sanguine procreatos fuisse canes, omnia fere, quæ in Veteri Testamento narrantur, auctore diabolo evenisse. Addebant ad hæc, aliaque veterum manichæorum deliramenta, crucis signum esse characterem bestia, Sylvestrum fuisse Antichristum, defecisse ab illius ætate Ecclesiam. Negabant Christum ea, quæ de ipso narrantur, fecisse, nisi apparenter, ejusque cum arianis impugnabant divinitatem. Omnes manducantes carnem animalium, ova, caseumque damnari asserebant. Hi *cathari* videntur esse progenitores

CAPUT IV.

SCRIPTORES ECCLESIASTICI SÆCULI DUODECIMI.

Ducentos quadraginta circiter enumerat sæculum, in quo versamur, scriptores. Digni sunt, quorum recolatur memoria, saltem 23, tribus additis lectissimis fœminis, quamvis nec cæteri flocci habendi sint ac spernendi.

Horum itaque primus est *Leo Marsicanus*, a patria Lucaniæ urbe ita appellatus, monachus cassinensis, et S. R. E. cardinalis, qui monasterii sui Chronicon edidit, obiitque post annum 1115. Secernendus est autem ab alio *Leone* Cassinensi, item monacho et cardinali, a quo editum fuit Epistolarum PP. RR. Regestum. Sequitur *Sigebertus*, monachus gemblacensis¹, præclari in Belgio, seu finibus Brabantiae cœnobii, scriptor Chronici ab an. 381 ad an. 1112, libri de scriptoribus ecclesiasticis, et alterius de gestis abbatum gemblacensium. E vivis sublatus est anno 1113. Tertium locum damus *Ruberto*, abbati tuitiensi, ad ulteriorem Rheni ripam, et e regione Coloniae Agrippinae; quem conscriptis in utrumque Testamentum commentariis plurimis de divinis officiis, dialogis asceticis, aliisque libris multiplicis argumenti, rapuit inexorabile fatum an. 1135.

Quarto laudandus mihi foret, si facundia ac tempus adesset, *S. Bernardus*, ortus anno 1091 in Gallia celtica, seu Burgundia, non procul a Divione, amplexus cum adolescentibus aliis supra 30 institutum cisterciense, Innocentii II, ad cuius obedientiam anno 1135 perduxit S. Gulielmum, ducem Aquitaniae, contra Anacletum, invicte partes tutatus, Petri Abælardi, Gilberti Por-
albigensium, de quibus proximo sæculo XIII, et paulo supra in *valden-*
sibus.

¹ Sigebertus, Henrico IV adversus romanos pontifices S. Gregorium VII, et Paschalem II, dicitur adhæsisse. Scripsit et chronicum Otho Frisingensis, cujus urbis pars amplior igne conflagravit, octavo post obitum chronographi mense, anno 1159. Honorius itidem augustodunensis chronicum usque ad annum 1159 perduxit, ejusque hoc eodem capite ecclesiastica scripta recensemus.

retani, petrobruisianorum et apostolicorum strenuus impug-
nator; sermonum, epistolarum, variorum tractatum, mora-
lium institutionum, hymnorum quoque, odorumque, quibus
universam ferme sacram eruditionem complectitur, auctor
egregius, atque a styli fluiditate et dulcedine dictus *Mellifluus*.
Migravit ad superos anno 1153, post erecta ordinis sui monas-
teria 160.

Occurrunt modo duo Græci *Euthymius Zigabenus*, mono-
chus C. P., et *Nicetas Byzantinus*, quorum unus edidit com-
mentaria in sacros libros et panopliam adversus hæreses; al-
ter tractatum apologeticum pro synodo chalcedonensi. Floruit
autem uterque circa annum 1120. Qua ætate græce item annales,
epistolas, variosque tractatus conscripsit *Michael Glycas*, na-
tione Siculus.

Tres ordine servato sequuntur inter Latinos percelebres, *Hugo*
de S. Victore, *Honorius Augustodunensis* et *Petrus Mauricius*,
cognomento *Venerabilis*. Atque *Hugo*, quem alii dixere Saxo-
nem, alii Belgam et Ipreensem, canonicus ord. S. P. Augustini, et
ipsius *Augustini lingua* vocatus, adnotationibus in sacros libros,
sententiarum summa, institutionibus religiosæ vitæ, librisque
compluribus theologicis, et philosophicis, et liturgicis præcla-
rissimus, obiit florida adhuc ætate, anno 1140. *Honorius*, dictus
Solitarius, eodem tempore floruit, scripsitque *Gemmam animæ*,
de officio et cæremoniis missæ, de luminaribus ecclesiæ, id est,
scriptoribus virisque illustribus, de romanis pontificibus, sy-
nopsim mundi, ac de prædestinatione et libero arbitrio; et
Petrus, *Venerabilis* appellatus ob morum honestatem, abbas
cluniacensis, contra Judæorum perviciam, adversus sara-
cenos, hæreticosque, et in statutis cluniacensibus, in rhythmis,
hymnisque studium impendit, e vita excedens an. 1156.

Singulari commemoratione recolendus est *S. Norbertus*,
præmonstratensium parens et archiepiscopus magdeburgensis,
quem diximus oppugnasse Antuerpiæ hæresiarcham impuris-
simum Tanchelinum, quod contigit circa an. 1126, quamvis
unum tantum sermonem Norberti exhortatorium ad fratres ex-
hibeat nobis vicesimum primum *Bibliothecæ Patrum* volumen.

Recensendi nunc *Gratianus*, *Petrus Lombardus*, *Joannes Sarisburiensis* et *Hugo Etherianus*: primus patria Clusinas, sed monachus cœnobii S. Felicis Bononiæ, scripsit collectionem canonum, sive *Decretum*, in partes tres distributum. Complectitur pars una dist. 101, altera causas 36, quarum singulæ varias continent quæstiones, et pars tertia agit de consecratione distinctionibus v. Approbavit Gratiani Decretum anno 1151 Eugenius III, atque jussit ut publicè in academiis legeretur. *Petrus Lombardus*, patria Novariensis et parisiensis archiepiscopus, a quatuor sententiarum libris, in quos tot commentaria ediderunt doctores scholastici, vulgo appellatus *Magister Sententiarum*, scripsit quoque glossas Psalmorum et Epistolarum, ut inquit illius epitaphium. Emortualis ei annus 1164¹. *Joannes Sarisberia* in Anglia ortus, de nugis philosophorum, de omni re philologica, de Epistolis S. Pauli, de rebus gestis SS. Thomæ et Anselmi Cantuariensium, ac supra 200 epistolas scripsit erudite, eleganterque; addidit venustum poema inscriptum *Eutheticon*; obiitque mortem anno 1182. *Hugo autem Etherianus* Etruscus, habente sæculo Constantinopoli, ubi plurima Manuelis imp. gratia fruebatur, ad Alexandrum III scripsit contra errores Græcorum et pertractavit quoque erudite de regressu animarum.

S. Thomas, nuperrime laudatus et coronatus martyrio anno 1170, scripsit epistolarum libros VI, quas edi curavit noster Christianus Lupus. Secernendus est autem a *Thoma Anglo*, qui conscripsit Historiam cœnobii elvensis, vita functus circa annum 1195.

¹ Addendus *Petrus Comestor* Tracensis, auctor Historiæ scholasticæ, canonicus reg. S. Victoris Paris. Obiisse, aliique scribunt, an. 1160, sed revera obiit an. 1198. Legitur ejus epitaphium quod sequitur:

Petrus eram, quem petra tegit, dictusque Comestor,

Nunc comedar vermis; docui, nunc cesso docere.

Quod sumus, iste fuit; posthac erimus quod hic est.

Item addendus *Hildebertus*, creatus archiepiscopus turonensis ab Honorio II; *Arnulphus*, archidiaconus segiensis, qui scripsit de schismate orto post decessum ejusdem Honorii; *Anselmus*, episcopus havelbergensis, qui pertractavit de Latinorum Græcorumque controversiis, sedente Eugenio III, etc.

Laudandi nunc *Richardus a S. Victore* et Petri duo, *Blesensis* et *Cellensis*. *Richardus Scotus*, canonicus regularis, permulta scripsit ascetica, theologica et exegetica¹, obiitque Parisiis anno 1173. *Petrus Blesensis* Anglus, soluta oratione de sacramento pœnitentiæ et metro de Eucharistia, aliaque docte, solerterque conscripsit, extinctus circa an. 1200. Ac *Petrus Cellensis*, ex monacho carnotensis episcopus, epistolis ac sermonibus, aliisque spectantibus ad disciplinam claustralem conscriptis, naturæ concessit anno 1187.

Complent præfixum XXIII numerum duo Latini, quos superiori memoravimus capite, *Petrus Abælardus* et *Gilbertus Porretanus*, ac duo Græci, *Constantinus Manasses* et *Theodorus Balsamon*. *Constantinus* historias in compendium redegit, a mundi initio usque ad annum 1181, unde illius colligitur ætas. *Theodorus* vero C. P., collectis ecclesiasticis constitutionibus, editisque commentariis in Canones apostolicos et in Nomocanonem Photii, ad annum usque 1203, quo Latini occuparunt Constantinopolim, vitam protraxit². Expletum tamen numerum amplificarent, si agendum foret de singulis, bene multi, *Gilbertus* Normanus, *Theodorus Syrus*, *Theodoricus*, episcopus leodiensis, *Berengosus* abbas, *Laurentius Veronensis*, *Guido* Carthusianus, *Eadmerus*, sive *Edmundus*, monachus anglus, *Simeon*, itidem Anglus, *Willelmus*, monachus malmesburiensis, *Gullielmus* Clarævallensis, *Philippus* Eleemosynarius, abbas Bonæ Spei in Hannonia, *Constantinus* Hermenopolus, *Arnulphus* Carnotensis, abbas Bonævallis, *Eustachius* Thessalonicensis, *Andronicus* Comnenus Byzantinus, *Joannes Zonaras*, *Radul-*

¹ *Exegetica* dicimus scripta, quibus divini libri explanantur, a Græco vocabulo ἐρμηνεύειν, quod idem significat ac *interpretor*, *expono*.

² *Theodorus Balsamon* confundendus non est cum *Antiocho Balsamone*. Is enim composuit πρὸς τὸν νόμον, *Promptuarium legum*, vixitque, ut fertur, superiori sæculo XI, circa eadem tempora, quibus floruit *Michael Psellus*, de quo in adnotat. ad caput iv, ejusdem sæculi undecimi. At *Theodorus Balsamon*, vir proculdubio doctissimus, claruit imperante *Isacio*, de quo infra capite v. Ex præposito ecclesiæ B. Virginis ad *Blachernas* extra mœnia C. P., electus est patriarcha antiochenus. Hujus doctrinam commendans nullatenus ea adprobo nec laudo, quæ scripsit adversus Latinos et contra romanam Ecclesiam.

phus, decanus londinensis, *Balduinus*, pariter Anglus, *Stephanus* Aurelianensis, etc.

Postremo tres mihi laudandæ sunt fœminæ. Harum prima est *Anna Comnena*, filia Alexii Comneni, imp., et Irenis, quæ circa annum 1148 elegantissime scripsit libros XV historiarum ab anno 1069 usque ad annum 1118. Altera *S. Hildegardes*, abbatissa monasterii S. Ruperti ad Bingiam prope Rhenum, cujus Revelationum libros VIII approbarunt Eugenius III, aliique pontifices. Ad cœlestem Sponsum migravit anno 1180. Tertia est *S. Elisabeth*, abbatissa sconhaugensis in diœcesi trevirensi, quæ obiit anno ætatis suæ 36, Christi 1165, conscriptis permultis epistolis, librisque tribus Revelationum.

CAPUT V.

IMPERATORUM, SANCTORUMQUE CATALOGUS.

Henricus V, Henrici¹ et Berthæ filius, assumpto contra parentem imperio anno 1105, post illius obitum, qui contigit anno proximo, imperavit annis 19, et e vivis excessit anno 1125, nulla prole ex Mathilde conjuge, præter filiam Christianam nomine, suscepta. Anno 1111 Romam profectus, vi et armis a Paschali II investituras extorsit, et in Germaniam rediens, Patri justa persolvit. Revocatis deinde in synodo lateranensi privilegiis, et violenter concessis, Romam reversus est iratus et furens, et Gelasius II, a quo percussus est anathemate, subrogavit Mauritium Burdinum, hoc est, Gregorium VIII, pseudopontificem. Ab isto rursus, quod acceperat a Paschali, recepit imperiale diadema. Reconciliatus est tamen anno 1122 apostolicæ Sedi.

Successit Henrico anno 1125 *Lotharius II*, dux Saxonum, quem anno 1133 coronavit Innocentius II; Rogerium, Siciliae regem, eidem Innocentio adversantem, et antipapæ Anacleto

¹ In quibusdam diplomatibus appellatur Henricus IV, a pluribus historicis V inter reges Germaniæ et IV inter imperatores. Vide præc. sæc., cap. v.

adherentem, semel iterumque devicit; sed vitare non potuit mortis arma, quibus prope Tridentum vili in tugurio, dum repeteret Germaniam, anno 1137 coactus est cedere, die 3 decembris¹.

Electus deinde est *Conradus III*, nepos Henrici V ex sorore. Repressit rebelles, Henricum, Saxoniae et Bavariae ducem, et hujus filium Guelphum. Filium habuit Henricum ex Geltrude susceptum, ante parentes extinctum. Is contra Guelphum pro genitore pugnavit; et exorti tum fuere *Guelphi* et *Gibellini*, factio armigera et diuturna. Et Guelphi quidem, a memorato Henrici filio, Gibellini ab urbe *Geblinga*², ubi Henricus, Conradi filius, fuerat ablactatus, nomen traxere. Conradus, e Palaestina reversus, Bambergæ in Franconia, obiit anno 1152, die februarii 15, et in monumento S. Henrici I recondi meruit.

Fredericus Ænobardus³, Conradi nepos, electus est eodem anno 1152, die 4 martii, coronatus primum ab Arnaldo, coloniensi archiepiscopo, Aquisgrani, deinde ab Adriano IV, R. P. Verum huic offensus propter privilegia concessa Gullielmo, Siciliae regi, pertinaciter adhæsit schismati, quod per annos 18 turbavit Ecclesiam. Recole dicta cap. 1, numer. 170. Anno demum 1177, inter imperium ac sacerdotium Venetiis inita est

¹ Obiisse quidam aiunt die 4 decembris, alii die 6, sed liquet dies emortualis ex ejus epitaphio, in quo legitur in monasterio prope Brucsuicium, quo illius cadaver Henricus, cognomento *Superbus*, transtulit; legitur, inquam:

Exiit membris, heu, trina luce decembris.

Tugurium, ubi decessit, in valle tridentina situm erat, inter Cenum et Lycum fluvios.

² Ita historici quidam. Conradus autem in Chronico laurishamensi, cognominatur *de Weibelingen*. Hinc puto Gibellinos nomen duxisse suum.

³ Fredericus I a rufa barba Ænobardus, Italis *Barbarossa* vocatus. Ita quoque appellabatur Cn. Domitius a barba æni, seu aheni coloris. Hujus emblema desumptum ex Thucydide: *Qui nescit dissimulare, nescit imperare*; ait enim Thucydides: *κατὰ δουλεύειν τοὺς δοκούντας ἀρξέειν*. Flumen, cujus frigore interiit, ab aliis dicitur *Serra*. Idem esse fertur cum *Cidno*, in quo post æstum Alexander Magnus, se lavans vix periculum mortis vitavit. In urbe Tyro cadaver Frederici sepultum. Tyrum post duodecim obsidionis annos expugnavit, delevitque Nabuchodonosor. Postea flammis Alexander consumpsit, alio tamen situ post expugnationem regis Assyriorum ædificatam. Vide cap. xxvi Ezechielis.

concordia; ac Fredericus ad sacram expeditionem contra Saladinum profectus, anno 1190 in amne, cui *Ferri* nomen in Cilicia sive Caramania, die 10 junii nimium fugiens calorem, mortifero extinctus est frigore.

Eodem anno 1190 imperium auspicatus est *Henricus VI*, Frederici et Beatricis filius. Coronatus est anno proximo a Calisto III. Is devicta Sicilia, aut veneno, aut vi frigoris attracti inter venandum, apud gelidissimum fontem cubando, periit Messanæ, anno 1197, die 28 septembris, invisus magnopere Siculis.

Ab hoc tempore usque ad annum 1208, incertus fuit Occidentis imperator; in duas enim partes divisi Germaniæ proceres, alii elegerunt *Philippum*, ejusdem Henrici fratrem, alii vero *Othonem*, filium ducis Saxonie. At prædicto anno 1208 Philippus Bambergæ ab Othone Palatino de Witelspach pugione per insidias confossus est; atque ex eo tempore solus imperavit *Otho*, qui est hujus nominis IV.

In Oriente *Alexius Comnenus* imperium administravit usque ad an. 1118. Deinde usque ad annum 1143 Alexis filius, *Joannes Comnenus*. Tum ad annum 1180 *Manuel*, Joannis filius. Postmodum *Alexius* a Manuele genitus, puer annorum duodecim, ab Andronico illius tutore anno 1183 crudelissime trucidatus. Post Alexium imperium biennio tenuit ipse parricida *Andronicus*, anno 1185 a furente plebe affectus ignominia, excruciatu et cæsus. Salutatus tunc imperator *Isaacius Angelus*, decimo post anno, nempe 1195 a proprio fratre Alexio Angelo excæcatus et coniectus in carcerem. *Alexius Angelus* anno 1203 a nepote suo Alexio Juniore, filio Isaaci Angeli, depositus est et e throno dejectus.

Præter S. Bernardum abbatem claravallensem ac Doctorem mellifluum, alii ejusdem nominis sanctitate conspicui claruerunt, maxime S. *Bernardus* Florentinus, ex nobili Ubertorum gente, septimus monachorum Vallisumbrosæ generalis, primus abbas cœnobii S. Salvii prope Florentiam, S. R. E. cardinalis et parmensis episcopus; et *Bernardus* Tironensis in Gallia celtica abbas, regibus atque optimatibus acceptissimus, et

magnæ sanctitatis fama in Aquitania, in Burgundia et in Anglia. In sanctorum autem episcoporum cœtu connumerantur *Anselmus* Cantuariensis, *Gothofridus* Ambianensis, *Otho* Bambergensis, apostolus Pomeraniæ, *Anthelmus* Belicensis in Sabaudia, *Bruno* Signinus in Latio, *Albertus* Leodicensis, *Hugo* Lindunensis in Anglia, *Beno* Misnensis in Saxonia, *Petrus* institutor congregationis cellensis, episcopus Palæocastri, *Bertradius* episcopus Convenarum in Vasconia, *Laurentius* archiepiscopus dublinensis, *Petrus* Tarantasiæ in Sabaudia, seu Fori-Claudii, et *Galdinus* Mediolanensis.

E monasticæ vero et eremiticæ vitæ asperitate ad cœlestia gaudia transierunt *Stephanus* Grandemontensis, familiæ parens, *Malachias* monachus et primas Hiberniæ, *Famianus* Cisterciensis, *Gulielmus IX* dux Aquitaniæ, eremi cultor rigidissimus, *Gulielmus* alter institutor Gullielmitarum¹, *Hugo* Cluniacensis, *Gerardus* frater S. Bernardi, *Gilbertus* et *Godricus* natione Angli, aliique complures. Nec prætermittendi sunt viri principes virtute magis, quam sanguinis claritudine celebrandi, *Henricus* nempe rex Sueciæ, *Leopoldus* Pius, Austriæ dominus, *Canutus* alter, rex Daniæ, et *Ida* Gothofredi Bullionis parens sanctissima. Addamus martyribus tres pueros a Judæis enecatos, nempe *Gulielmum* anno 1146 affixum cruci in Anglia, *Richardum* anno 1179 in Galliis eodem affectum supplicio, et *Robertum* anno 1181, item in Galliis a proprio patre suffocatum. Addamus ex fœmineo sexu Hombelinam S. Bernardi sororem, atque ex laicorum numero cremonensem civem *Homobonum*.

¹ Hi *Gulielmi* imperite a pluribus confunduntur. Quem augustinenses colunt IV idus februarias, decessisse historici ejusdem ordinis, aliique tradunt anno vulgaris æræ 1187. Locus dormitionis ejus in horrida senensis ditionis solitudine, olim *Stabulum Rhodis*, nunc *Sancti Gulielmi* appellatur eremus. Fama est sylvam etiam incoluisse non procul ab Ausure et a Fano Herculis, Etruriæ oppido. De S. *Norberto* episcopo magdeburgensi, seq. capite vi. S. *Galganus* civis senensis obiit anno 1187.

CAPUT VI.

HUIUS SÆCULI DOGMATA ET DISCIPLINA.

Nullam esse *in re* distinctionem inter Deum et deitatis substantiam, adeo perspicuum est ex ipsa divinitatis idea, ut non percipiam quomodo oppositum in mentem Giberti venire poterit. Graduum discrimen in ipsa deitatis natura tribus communi personis, si affirmavit Abælardus, hujus dogma prædamnaverat in arianis, sibi que semper constans, recte iterum damnavit Ecclesia. Christus *Filium hominis* sese appellavit, natum ex muliere et factum *ex semine David*, tradit Apostolus; et qui proprie non esse dicendum hominem autumarunt, ab Ecclesiæ incunabulis Joannes appellavit antichristos, eosque merito XII sæculo execrabatur S. Bernardus. Contrahi ab omnibus qui carnali generatione procreantur ex Adam originale peccatum, hujusque reatum solvi sacramento baptismatis, ut quinto sæculo, ita duodecimo declaravit Ecclesia. Atque idem statuit de gratia, sine qua liberum arbitrium vitare nequit peccata. Dari ignorantiae peccata, quæ sibi non imputari orabat S. David, romanam Ecclesiam fidei servasse depositum, cunctaque ejus dogmata, ut singula verbo comprehendam, firmissima esse, apostolica atque divina, suadet etiam atque etiam damnatio hæreseon, quas tertio capite memoravimus.

Frequentes fuerunt hoc sæculo episcoporum recursus ad apostolicam Sedem; nam adversus investituras ad Paschalem II accessere Otho Bambergensis, Anselmus Cantuariensis et Ivo Carnotensis. Ab Innocentio II pallium petiit S. Malachias, archiepiscopus armachanus. Ad Eugenii III judicium delatus fuit error Gilberti Porretani. Lucio II Alphonsus rex Lusitanie regnum suum reddidit vectigale. Coloniensis et moguntini archiepiscoporum causa apud Eugenium III fuit actitata, et Alexandro III Parisios proficiscenti, pedes osculatus est rex Ludovicus; eidem Venetiis subiecit se imperator Fredericus, ad eundem confugit ob ecclesiasticam libertatem tuendam contra Henricum II, regem Angliæ, S. Thomas Cantuariensis. Habuit

itaque inter tanta discrimina et schismata romanus pontifex debitam a principibus et a præsulibus venerationem.

Canonizationes sanctorum ampliori quam antea solemnitate fuerunt peractæ, Conradi Constantiensis a Callisto II; Gothardi Saxonis, et Hugonis Gratianopolitani ab Innocentio II; Henrici imperatoris, Eduardi Anglorum regis, Thomæ episcopi et martyris, et Bernardi abbatis, neonon Theobaldi eremitæ vicetini, ab Alexandro III; Stephani Grandemontensis et Othonis Bambergensis a Clemente III; Petri episcopi Tarantasie, Ubaldi Eugubini, Joannis Gualberti abbatis, Ladislai regis aliorumque a Cælestino III; Homoboni Cremonensis et Cunegundis imperatricis ab Innocentio III. Canonizationem Caroli Magni factam a Paschali III pseudopontifice, nunquam approbavit romana Ecclesia, ut diximus sæculo IX, cap. v. Colitur enim tantummodo inter beatos.

Fuerunt nonnulli qui cœperunt aquam vino admiscere ante missæ initium ob controversiam hoc sæculo exortam, an aqua immediate in vinum, an in Christi sanguinem convertatur; in qua priorem sententiam propugnant thomistæ; in alteram propendere videtur Innocentius III de celebratione missarum. Quidam putant opinionem hanc postremam comprobari miraculo, quod ad annum 1192 referunt Baronius ac Pagius. Qui aquam in vinum verti negant et solam adstruunt liquidorum permixtionem, non admodum quæstionibus hujusmodi commoventur. De baptismo autem, quod agareni ad abigendum fetorem et dæmones expellendos conferri infantibus suis petebant a presbyteris orthodoxis, quidquid Græci in synodo C. P. statuerint, tenendum est, modo baptizantes evangelicis verbis illud contulerint, ratum fuisse, nec repetendum, quamvis recta non fuerit intentio parentum. Secus dicendum de baptismo Turcarum, administrato absque formula in Evangelio præscripta. Vide ad annum 1148 Venerabilem Baronium.

Incrementa habuit hoc XII sæculo monastica disciplina. Institutus enim fuit anno 1120 ordo Canonicorum præmonstratensium a S. Norberto¹; anno 1152 congregatio monachorum

¹ Obiit S. Norbertus anno 1134.

Montis Virginis in regno neapolitano a S. Gullielmo Vercellensi; anno 1155 congregatio Gullielmitarum; anno 1197 ordo SS. Trinitatis redemptionis captivorum a S. Joanne de Matha et a S. Felice de Valois, ejus instituti fratres in Gallia *Mathurini* appellantur¹. Plures enim instituti fuerunt equitum ordines, inter quos Jerosolymitani S. Joannis Eleemosynarii anno 1104, Templarii ann. 1118 aut sequenti, Calatravæ in Hispania anno 1138, Teutonici in Alemannia anno 1191, Sancti Spiritus Agathopolis seu Montis Pessuli anno 1198. Templariorum ordo in concilio viennensi anno 1311 sub Clemente V extinctus fuit. Jerosolymitani² S. Joannis, expugnatis anno 1187 a Saladino Jerosolymis, Marathon Syriæ, deinde Acam, olim Ptolomaidem Phœnicæ urbem migrarunt, hinc autem an. 1290 Amathum, seu Limissum, civitatem Cypri maritimam; insulam Rhodon anno 1310 occuparunt. Hinc discedentes anno 1523 Viterbii a Clemente VII fuerunt recepti. Melitensem, maris Africi insulam, ab imperatore Carolo V, anno 1530, acceperunt.

APPENDIX.

EXTERNARUM RERUM SYNOPSIS.

Vita functo anno 1108 Philippo I, Galliarum rege, successit patri *Ludovicus VI*, cognomento *Crassus*. Huic extincto anno 1137 suffectus est *Ludovicus VII*. Quo e vivis sublato anno 1180, regnavit usque ad annum 1223 *Philippus II* cognominatus *Augustus*.

Post obitum Alphonsi VI, Castellæ regnum ab anno 1109 administravit usque ad annum 1122 *Urraca* ejus filia; tum usque ad annum 1157 *Urracæ* filius *Alphonsus VII*. Tum *Sanc-*

¹ *Theodorus Balsamon*, de quo supra capite iv, commemorat monachos *rasophoros*. Etenim inter Opera Theodori edita gr. lat. a Cotelerio, extat tom. III, *Epistola ad Theodosium abbatem de monachis rasophoris*. Ita dicti sunt, quoniam panno raso, non hirta aut villosa tunica induebantur.

² Confirmati fuerunt ab Honorio II anno 1124, et primus ordinis magister fuit *Raymundus Podius*. Florentinus dicitur a quibusdam historicis. Lucensem fuisse puto. Lucæ enim etiamnum viget Podiorum gens nobilissima.

tius III ad annum usque 1158, uno nempe anno dumtaxat. Postea *Alphonsus VIII* usque ad annum 1214. In regno autem Legionensi regnavit *Ferdinandus II* usque ad annum 1188, cui successit filius *Alphonsus IX*, qui sceptrum tenuit usque ad annum 1231. In Navarra post Petrum, filium Sanctii V¹, regnaverunt sæculo XII *Alphonsus*, *Garsias VI*, *Sanctius VII*, *Sanctius VIII*; atque in Aragonia, post Petrum I, filium Sanctii I, *Alphonsus I*, idem ac rex Navarrae, *Ramirus II*, *Petronilla*, *Alphonsus II* et *Petrus II*².

Gothofredus, primus rex Jerosolymorum, subacta Lycaonia, Cilicia, Cappadocia, Mesopotamia, atque ditione sua ad Arabiam usque protracta, decessit cum omnium mœrore anno 1100. Ei in regno successit *Balduinus* frater³, qui anno 1104 potitus est Ptolemaidis, auxilium ferentibus Genuensium triremibus. Anno autem 1109 et sequenti, idem *Balduinus* expugnavit Byblum, Tripolim, Berythum et Sidona. Fatis *Balduinus* cessit anno 1118, eique suffectus est *Balduinus II de Burgo*, illius affinis et comes Edessæ. Cæsus anno 1119 a Saracenis *Rogarius*, prætor antiochenus. At rex *Balduinus* hanc cædem ultus est die proxima, hostes Antiochia expulit et principatum antiochenum conjunxit regno jerosolymitano. Veneti, insequenti anno 1120, Saracenorum classem superarunt. Verum *Balduinus* a sultano *Barac*, Solimani nepote, prælio superatus et captus, aretissimis constrictus est vinculis. Liberatus est anno proximo, quo 3,000 christianorum fuderunt exercitum Saracenorum 60,000. Opportune superveniens Veneta classis, Saracenos e portu Joppe, nunc Zafæ, anno 1123 fugavit; anno autem sequenti Tyrum, amplissimam olim et munitissimam urbem, ®

¹ Vide appendicem superioris sæculi XI.

² In Anglia an. 1135 obiit *Henricus I*. Anno 1154 *Stephanus*. Anno 1189 *Henricus II*. Anno 1199 *Richardus I*. Regnavit tum *Joannes* nuncupatus *Senzaterra*. Decessit in Polonia an. 1139 *Boleslaus II*. 1146 *Ladislaus II*. 1173 *Boleslaus III*. Anno 1192 *Micislaus*. *Casimirus* 1194.

³ *Balduinus I* dono misit Genuensibus pretiosam patinam, in qua fertur Dominus postremum Pascha celebrasse. A quodam Syro aut Græco magno pretio a Balduino redemptam aiunt. At deceptum regem fraude venditoris, post Joannem Baptistam Labat ord. Prædicat. *Moshemius* aliique tradunt.

Montis Virginis in regno neapolitano a S. Gullielmo Vercellensi; anno 1155 congregatio Gullielmitarum; anno 1197 ordo SS. Trinitatis redemptionis captivorum a S. Joanne de Matha et a S. Felice de Valois, ejus instituti fratres in Gallia *Mathurini* appellantur¹. Plures enim instituti fuerunt equitum ordines, inter quos Jerosolymitani S. Joannis Eleemosynarii anno 1104, Templarii ann. 1118 aut sequenti, Calatravæ in Hispania anno 1138, Teutonici in Alemannia anno 1191, Sancti Spiritus Agathopolis seu Montis Pessuli anno 1198. Templariorum ordo in concilio viennensi anno 1311 sub Clemente V extinctus fuit. Jerosolymitani² S. Joannis, expugnatis anno 1187 a Saladino Jerosolymis, Marathon Syriæ, deinde Acam, olim Ptolomaidem Phœnicæ urbem migrarunt, hinc autem an. 1290 Amathum, seu Limissum, civitatem Cypri maritimam; insulam Rhodon anno 1310 occuparunt. Hinc discedentes anno 1523 Viterbii a Clemente VII fuerunt recepti. Melitensem, maris Africi insulam, ab imperatore Carolo V, anno 1530, acceperunt.

APPENDIX.

EXTERNARUM RERUM SYNOPSIS.

Vita functo anno 1108 Philippo I, Galliarum rege, successit patri *Ludovicus VI*, cognomento *Crassus*. Huic extincto anno 1137 suffectus est *Ludovicus VII*. Quo e vivis sublato anno 1180, regnavit usque ad annum 1223 *Philippus II* cognominatus *Augustus*.

Post obitum Alphonsi VI, Castellæ regnum ab anno 1109 administravit usque ad annum 1122 *Urraca* ejus filia; tum usque ad annum 1157 *Urracæ* filius *Alphonsus VII*. Tum *Sanc-*

¹ *Theodorus Balsamon*, de quo supra capite iv, commemorat monachos *rasophoros*. Etenim inter Opera Theodori edita gr. lat. a Cotelerio, extat tom. III, *Epistola ad Theodosium abbatem de monachis rasophoris*. Ita dicti sunt, quoniam panno raso, non hirta aut villosa tunica induebantur.

² Confirmati fuerunt ab Honorio II anno 1124, et primus ordinis magister fuit *Raymundus Podius*. Florentinus dicitur a quibusdam historicis. Lucensem fuisse puto. Lucæ enim etiamnum viget Podiorum gens nobilissima.

tius III ad annum usque 1158, uno nempe anno dumtaxat. Postea *Alphonsus VIII* usque ad annum 1214. In regno autem Legionensi regnavit *Ferdinandus II* usque ad annum 1188, cui successit filius *Alphonsus IX*, qui sceptrum tenuit usque ad annum 1231. In Navarra post Petrum, filium Sanctii V¹, regnaverunt sæculo XII *Alphonsus*, *Garsias VI*, *Sanctius VII*, *Sanctius VIII*; atque in Aragonia, post Petrum I, filium Sanctii I, *Alphonsus I*, idem ac rex Navarrae, *Ramirus II*, *Petronilla*, *Alphonsus II* et *Petrus II*².

Gothofredus, primus rex Jerosolymorum, subacta Lycaonia, Cilicia, Cappadocia, Mesopotamia, atque ditione sua ad Arabiam usque protracta, decessit cum omnium mœrore anno 1100. Ei in regno successit *Balduinus* frater³, qui anno 1104 potitus est Ptolemaidis, auxilium ferentibus Genuensium tremeribus. Anno autem 1109 et sequenti, idem *Balduinus* expugnavit Byblum, Tripolim, Berythum et Sidona. Fatis *Balduinus* cessit anno 1118, eique suffectus est *Balduinus II de Burgo*, illius affinis et comes Edessæ. Cæsus anno 1119 a Saracenis *Rogarius*, prætor antiochenus. At rex *Balduinus* hanc cædem ultus est die proxima, hostes Antiochia expulit et principatum antiochenum conjunxit regno jerosolymitano. Veneti, insequenti anno 1120, Saracenorum classem superarunt. Verum *Balduinus* a sultano *Barac*, Solimani nepote, prælio superatus et captus, aretissimis constrictus est vinculis. Liberatus est anno proximo, quo 3,000 christianorum fuderunt exercitum Saracenorum 60,000. Opportune superveniens Veneta classis, Saracenos e portu Joppe, nunc Zafæ, anno 1123 fugavit; anno autem sequenti Tyrum, amplissimam olim et munitissimam urbem, ®

¹ Vide appendixem superioris sæculi XI.

² In Anglia an. 1135 obiit *Henricus I*. Anno 1154 *Stephanus*. Anno 1189 *Henricus II*. Anno 1199 *Richardus I*. Regnavit tum *Joannes* nuncupatus *Senzaterra*. Decessit in Polonia an. 1139 *Boleslaus II*. 1146 *Ladislaus II*. 1173 *Boleslaus III*. Anno 1192 *Micislaus*. *Casimirus* 1194.

³ *Balduinus I* dono misit Genuensibus pretiosam patinam, in qua fertur Dominus postremum Pascha celebrasse. A quodam Syro aut Græco magno pretio a Balduino redemptam aiunt. At deceptum regem fraude venditoris, post Joannem Baptistam Labat ord. Prædicat. *Moshemius* aliique tradunt.

expugnarunt Veneti, atque ad Jerapolim, nunc Aleppum, Josccllinus superavit et occidit *Balac*, Turcarum regem. Apameam anno 1126 Balduinus in suam redegit potestatem, aliisque onustus victoriis, cessit fato anno 1131, et illi successit *Fulco* Andegavensis. Is obiit anno 1142, succedente patri *Balduino III*, cum matre sua Melisenda. Duce *Sanguigno*, Aleppi principe et Armenii cujusdam prodicione, Turcæ anno 1144 juxta Baronium, et Pagium 45, Edessam, nunc Orfam, ceperunt ingenti christianorum numero trucidato. *Balduinus* vero obsedit anno 1153 et subegit Ascalonem. Eidem regi mortuo, juxta Vossium et Pagium anno 1163, juxta alios 1165, suffectus est frater illius *Almericus*, qui anno 1167 Alexandriam et Damiatam expugnavit; decessit vero anno 1173, relicto regno *Balduino IV*, filio suo adolescentulo annorum 13. Huic anno 1184 in regno jerosolymitano successit, tanquam administrator et tutor, levir ejus *Guido Lusinianus*, maritus *Sibyllæ*, ipsius Balduini sororis, corona tamen imposita *Balduino V*, filio *Sibyllæ*, nato annos dumtaxat quinque¹. Puer anno proximo acerbo demersus est funere, vi, ut aliqui tradunt, veneni. Ita *Guido* regnum indeptus est, cum magna christianorum principum indignatione. Quare ortis inter istos dissidiis, ingens Saracenorum numerus, duce *Saladino*, in Palæstinam anno 1187 irrupit, fuditque una die universorum christianorum exercitum; *Guido* rex abductus est captivus, Rinaldus, strenuus princeps, ejus-

¹ Extant etiamnum in jerosolymitano templo ad sepulcrum Domini Gothofredi, Balduini I et Balduini V epitaphia. Prioris regis epitaphium incipit :

Francorum gentes Sion loca sancta petentes,
Mirificum sidus dux hic recubat Gothofridus, etc.

Alterius regis :

Rex Baldovinus, Judas alter Machabæus,
Spes patriæ, vigor Ecclesiæ, virtus utriusque, etc.

Balduini V :

Septimus in tumulo puer isto rex tumultatus
Est, Baldovini regum de sanguine natus,
Quem tulit e mundo sors primæ conditionis,
Et paradisi loca possidet regionis.

dem Saladini dextera confossus interiit, Raymundus comes tripolitanus et proditor Christi fidem negavit; Equites Jerosolymitani et Templarii fere cuncti perierunt. Captæ Ptolemais, Ascalon, Laodicæa, aliæ urbes, et quædam certis deditæ conditionibus, inter quas libertas *Guidonis* regis, aliorumque principum quindecim. Capta demum eodem anno, die 2 octobris, Jerusalem, id est, anno 88, ex quo in potestatem venerat christianorum. Anno 1191 ab exercitu cruciferorum non semel Saraceni fuerunt devicti, et *Richardus* rex Angliæ Cypri potitus est, quam insulam vendidit Guidoni Lusiniano. Hujus idcirco posteri per annos præter 300 in Cypro regnarunt. Verum rursus discordia res christianas pessundedit; *Saladino Richardus*, turpiter e Palæstina pedem referens, reliquit pugnandi et vincendi facilitatem. Eidem *Saladino* vita functo anno 1193, aut sequenti, suffectus est frater *Sphadinus*¹. Hoc principe anno 1198, captam Joppen solo adæquarunt. Atque in Oriente hæc omnia evenerunt.

Plura etiam in Occidente contigerunt non oblitteranda. Etenim Pisani anno 1114, in Mediterraneis insulis Balearibus gloriose contra hostes pugnarunt. Sequenti anno Bondeni, in ducatu ferrariensi, decessit comitissa Mathilde, cujus magna erat potentia et auctoritas, et quæ semper romani pontificis adhæserat partibus. Tumulata fuit in æde S. Benedicti prope Padum; sed anno 1635, sedente Urbano VIII, Romam ejus ossa fuerunt translata. Pisani eodem anno 1115 occuparunt Majoricam, Balearem nempe majorem, et Pisas adducta regina christianam amplexata est religionem². Anno 1128 obiit senex annorum 361 Joannes nomine, qui militarem secutus fuerat

¹ Sphadinus ut regnaret, novem filios Saladini fratris necavit, uno tantum ab amicis subtracto patri furori.

² Epitaphium illi appositum :

Regia me proles genuit, Pisæ rapuerunt;
His ego cum nato bellica præda fui.
Majoricæ regnum tenui, nunc cõdita saxo,
Quod cernis, jaceo sine potita meo.
Quisquis es ergo, tuæ memor sis conditionis,
Atque pia pro me mente precare Deum.

vitam Carolo Magno imperante¹. Anilis diceretur fabula nisi fulciretur plurimorum historicorum testimonio. Pisani anno 1135 Neapolim liberaturi, captam superiori anno a Rogerio Siciliae rege, expugnarunt Amalphim, civitatem Picentinorum, ibique inventæ fuerunt Pandectæ, quæ ideo pisanæ et postea dictæ sunt florentinæ. Irnerius JC. eas recta disposuit methodo, suadente imperatore Lothario². Fredericus imperator anno 1155 Derthonam, anno 1158 Mediolanum, anno 1160 Cremam expugnavit. Rursus anno 1162 Mediolanum ei subicitur. Hoc vel superiori anno Saraceni ædificarunt ad fretum Herculeum et montem Calpem arcem munitam Gibaltariam, dictam a Mauro duce *Gibal-Tarif*, vulgo *Gibilterram*. Vehementi terræmotu anno 1184 concussa Calabria, parietum macerie oppressus fuit Rufus, consentinus episcopus. Parmenses et Placentini anno 1199 pro Fidentia Julia, quam vulgo appellant Burgum Sancti Donnini, belli simulacro, in quo multorum effusus est sanguis, hastis concurrentes hostili furore certarunt³.

Reliquum est, ut scriptores addamus nonnullos. Iis qui dicuntur ecclesiastici, quamplurimi monachorum, ut cap. IV præmonui, accessere. Videsis Vossium *De hist. lat.* lib. II, c. XLVIII et seq. Scripserunt præterea de rebus gestis regum Britanniae circa annum 1150 *Carodocus*, et de regibus Anglo-Saxonum *Joannes Marciamus*. Chiliades 13 variarum historiarum conscripsit *Joannes Tzetzes*, grammaticus præstantissimus, qui etiam edidit scholia in Hesiodum et in Homerum. Floruit hoc sæculo *Averroes*⁴ philosophus arabs, secta mahumetanus. In

¹ Appellatus *Joannes de Temporibus*; de illo Naucerus, Cromerus, Christianus Matthiæ in *Lothario II* et alii. Eodem Lothario imperante, uno anno 1132, tres in Anglia occisi sunt reges, Ericus, Canutus et Nicolaus.

² Irnerius dictus fuit *Lucerna Juris*, docuitque Bononiæ.

³ Alia contigerunt memorabilia. Ingens per universam Syriam terræmotus anno 1114. Veronæ itidem et in Insubria an. 1117. Dira per Germaniam pestilentia, famesque anno 1124. Exundatio maris, quo absorpti sunt in Sicilia hominum fere duodecim millia an. 1163. Ibidem eversa funditus terræmotu Catania an. 1169, die 4 februarii, extinctis hominum 15,000.

⁴ Sive Abea-Roes, educatus in Africa, deinde medicus cordubensis,

Ægypto scholam erexit Rabbi *Moses Maimonides*¹, in Hispania Rab. *David Kinchi* et Rab. *Aben-Ezra*, Judæorum doctissimi. De sæculi hujus poetis, quoniam non videntur admodum celebres, adeat qui plura expetit Lilius Gyraldus dialogo V, et Gerardus, Joannem Vossium (*De poetis latinis*), cap. VI.

edidit in omnes libros Aristotelis commentaria; unde in scholas philosophorum barbaries. Æmulus fuit Avicennæ et floruit circa annum D. 1149.

¹ Maimonidem hoc in loco iterum laudamus propter historicos asserentes floruisse illum hoc sæculo XII. Rejiciendum arbitror in sæculum præcedens; tametsi potuit ad istud vitam protrahere. Addi hic potest R. Salomon Jarchi, qui scripsit tabulas astronomicas et ephemerides, natus in Galliis anno 1150, hæbraici computi 4911. Eustathius, thessalonicensis episcopus, qui edidit Commentaria in Homerum, floruit hoc sæculo.

DECIMUM TERTIUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

SUMMORUM PONTIFICUM SERIES CONTEXITUR.

Innocentio III humanis rebus exempto anno 1216, romanæ et apostolicæ præfuerunt Ecclesiæ, tertio decimo sæculo, *Honorius III, Gregorius IX, Cælestinus IV, Innocentius IV, Alexander IV, Urbanus IV, Clemens IV, Gregorius X, Innocentius V, Hadrianus V, Joannes XXI, Nicolaus III, Martinus IV, Honorius IV, Nicolaus IV, Cælestinus V* et *Bonifacius VIII*.

CLXXVII. Honorius e nobilissima gente Sabellorum, Cincius antea vocatus, a die XV ante kal. augusti anno 1216, usque ad diem XV kalendarum aprilium anno 1227, per annos nempe 10 et menses 8 romanam gubernavit Ecclesiam. Perusiæ electus, et Romæ summa civium exceptus gratulatione, ad opprimendam hæresim albigensium solemnem nudis pedibus habuit supplicationem. Coronavit Corteniacum, imperatorem Græcorum, et Fredericum II, imperatorem Occidentis. Pro Cruce signatore expeditione maximam gessit sollicitudinem. Genuensibus partem cessit insulæ Corsicæ. Cardinalium cœtum magnopere decoravit. In eorumdem cardinalium conclavi primum omnium fuisse electum, falso quidam scripsere; id enim ante Gregorium X non fuit in usu receptum. Ab hujus pontificis anno quarto, cœpisse fertur vicecancellariatus R. E. dignitas, præcipua post apostolicæ Sedis auctoritatem¹.

¹ Honorii, et ab eo confirmati ordinis Minorum S. Francisci meminit quoque cantu XI *De Paradiso* Dantes Aligherius. Extat in V Decretalium, tit. XXXIII, cap. XXVIII, Honorii constitutio, lata anno 1220, qua inhibetur lectio studiumque juris civilis, Parisiis, et in aliis locis vicinis, propterea quod « in Francia et nonnullis provinciis laici imperatorum legibus non utuntur. »

CLXXVIII. Suffectus Honorio *Gregorius IX*. Antea Ugolinus dicebatur, cardinalis et ostiensis episcopus. Curavit, ut per S. Raymundum de Pennafortio in unum corpus redigerentur decessorum suorum responsa, vulgavitque anno 1234 quinque Decretalium libros. Fredericum II compulit ad sacram, quam voverat, expeditionem, ac turpem cum sultano pacem cum pactus foret, diris devovit¹. Indixerat concilium, quando partim captis, partim submersis ab Entio, Frederici notho, et a Pisano- rum² classe episcopis, qui Genuensium ratibus profecturi ad concilium vehebantur, mœrore confectus occubuit, anno 1241, XII kal. septembris, annis 14 et mensibus 5 in apostolico exactis regimine.

CLXXIX. Post Gregorium Ecclesiæ præfuit diebus tantum 17 *Cælestinus IV* Mediolanensis, antea Gaufridus Castilionæus, extinctus anno nuper citato, VIII idus octobr.

CLXXX. Post interpontificium mensium ferme viginti, inauguratus est pontifex anno 1243, VIII kal. julias, Sinibaldus Fliscus, Genuensis, *Innocentii IV* nomine adscito. Fertur omnium primus rosam auream solemniter benedixisse. Verum id ante annum 1400 non obtinuisse, Pagius, aliique contendunt. Fuit canonum scientissimus, ut ejus scripta declarant. Præfuit lugdunensi I concilio œcumenico, eiecitque a fidelium communi- one Conradum, filium Frederici II, affectantem imperium. Diem obiit Neapoli anno 1254, die 7 decembris, in cathedrali

¹ Gregorius legatos misit ad S. Ludovicum Galliarum regem, Jacobum et Othonem, cardinales, belli sacri causa, qui in reditu capti sunt temeritate Obriaci Genuensis. Contentione orta inter Biturigum et Burdigalæ archiepiscopos, uter utri subesset, Gregorius Simplicium metropolitanum constituit.

² Pisani anno 1296 absolutionem impetrarunt, et quotannis suam commemorant expiationem, idibus novembris. De Gregorio IX ejusque cum Frederico II dissidiis, legendus Ricordanus, historicus florentinus cæteris hac in parte accuratior. Eundem Gregorium ostendendo capita SS. apostolorum Petri et Pauli avertisse Romanorum animos a Frederico, Fulgosus et Papius scripsere. Obiisse an. 1239 ait idem Papius, repugnantibus aliis. Idem Papius appellat Cælestinum IV *decem et octo dierum pontificem*. Burius mortuum ait *ante consecrationem*, quod et affirmat cum aliis Sandinus.

ecclesia sepultus, post annos 11, menses 5, diesque 15 pontificatus.

CLXXXI. Huic, pridie idus decembris, suffectus est Neapoli Raynaldus, episcopus ostiensis et Veliternus, *Alexandri IV* nomine assumpto. Patria illi Hernicorum caput Anagnia. Regularium ordines in pretio habuit, urbemque Patavium eripuit immanissimo tyranno Eccelino. Compulit ad obsequia Bononienses, gymnasium illis et sacra interdicens. Viterbii celebrato concilio, ut Genuenses Venetosque conciliaret, ibidem obiit, cum sexennium et menses quinque episcopatus exegisset, anno 1261, VIII kalendas junias.

CLXXXII. Pontificatum deinde consecutus est *Urbanus IV*, Augustæ Treccarum, in Gallia celtica natus; qui cum esset patriarcha jerosolymitanus, Jacobus Pantaleon nuncupatus, et forte de rebus palæstinis acturus Romam venisset, a cardinalibus inter se Viterbii dissidentibus, præter spem creatus est. Corporis Christi solemne festum instituit, et post triennium ac mensem naturæ concessit Perusiæ, VI nonas octobris, anno 1264.

CLXXXIII. Triennio et mensibus novem post Urbanum, romanam rexit Ecclesiam *Clemens IV*, Gallus item ac Narbonensis, juris peritissimus, vir tantæ probitatis et tam a propinquis alienus, ut nulli horum permiserit ad Urbem accedere, et duæ, quas ante sacerdotium susceperat, filiæ, non potuerint nubere ob dotis tenuitatem. Singulare in summo præsule exemplum! Extinctus est Viterbii an. 1268, novembri mense exeunte, humili sepulcro sibi in ecclesia FF. Prædicatorum designato.

CLXXXIV. Dissidentibus tum cardinalibus, horumque comitiis prorogatis in annum tertium, electus est tandem *B. Gregorius X*, antea Thebaldus Placentinus et archidiaconus leodicensis, ob res præclare gestas in Syria plurimum commendatus. Hinc de inauguratione ista vulgatum est distichon:

Papatus munus tulit archidiaconus unus,
Quem patrem patrum fecit discordia fratrum.

Ne ad tantæ dignitatis fastigium eveheretur, S. Philippus Be-

nitius, ordinis Servorum propagator, decusque Florentinorum, diu apud Luniatum montem delituit. Gregorius Syriæ rebus et sacre expeditioni prospexit; lugdunensem II synodum celebravit, Guelphorum et Gibellinorum factiones studuit extinguere, recuperavit Romandiolam et exarchatum Ravennæ, et decessit Aretii, IV idus januarii, an. 1276.

CLXXXV. Quatuor deinde romani pontifices brevissimo temporis intervallo sederunt, *Innocentius V*,

CLXXXVI. Hadrianus V,

CLXXXVII. Joannes XXI,

CLXXXVIII. Atque *Nicolaus III*. Innocentius V, ex] familia Prædicatorum assumptus, ortusque Tarantasiæ, civitas est Allobrogum in Sabaudia, Pisanos conciliavit Lucensibus, et plura facturus illustrior, post quintum pontificatus mensem, XI kal. julias decubuit. *Hadrianus* vero, antea Ortobonus Fliscus, Genuensis, XV kal. sept., quæ dies fuit 37 ab illius electione, nec sacra ordinatione aut consecratione suscepta, decessit. *Joannes XXI*, genere Lusitanus, octavo mense episcopatus nondum exacto, idibus maii, cameræ ruina percussus interiit, anno 1277. Joannes iste dicitur XXI, cum revera sit XX, non propter Joannam papissam, ut putat Ciaconius, sed quia in pontificum catalogos irrepererunt quoque nonnulla pseudo-pontificum nomina, ut Benedicti X¹, Bonifacii VII, Joannis XVI et Leonis VII. Arbitror Joannem intrusum esse illum, de quo diximus sæculo X, num. 142, quo catalogis inserto, Joannes, de quo nunc agimus, erit XXI. *Nicolaus* autem III, Romanus, Ursina natus gente, tranquillitatis Ecclesiæ, probatissimorumque virorum promotor, anno 1280, XI kal. septembris, regiminis sui anno altero et nono fluente mense, diem obiit extremam². Simonia redarguitur a Dante cantu *Inf.* XIX.

CLXXXIX. Post Nicolaum sedit ultra annos quatuor ac men-

¹ Benedictum X verum fuisse pontificem evincere studet vir cl. Stephanus Borgia.

² Nicolai III obitum præcessit tanta Tibridis exundatio, ut ad Pantheon quatuor supergrederetur pedes. Præsagium ejusdem obitus putarunt nonnulli, ut olim Julii Cæsaris illuvio Padi.

sem, *Martinus IV*¹, antea Simon de Bria, angusta Galliarum provincia. Michaellem Palæologum se a romana segregantem Ecclesia, anathemate perstrinxit, damnavitque pariter auctores conjurationis quæ *Vesperis Siculis* nomen dedit, necnon Petrum, Aragoniæ regem, invadentem Siciliam. Vita functus est Perusiæ, IV kal. aprilis, anno 1285.

CXC. Sedit deinde biennio et extinctus est anno 1287, III nonas aprilis, *Honorius IV*, ex nobilissima romana gente Sabella, auctor, ut exoticæ linguæ Parisiis traderentur ad faciliorem orthodoxæ fidei propagationem.

CXCI. Huic suffectus est *Nicolaus IV* ex Minorum familia, patria Asculanus ad Truentum fluvium; quo auctore Tartari christiana fide fuerunt imbuti, Veneti quæsitorum fidei exceperere, et instauratæ fuere romanæ urbis basilicæ; eoque sedente, Nazarethana Deiparæ domus fertur Tersactum², apud Dalmatas, fuisse divinitus transvecta VIII idus maias anno 1291, quo anno Saladinus, rex Babylonæ, Jerosolymam expugnavit. Nicolaus autem fati cessit proximo anno 1292 inchoato, pontificatus sui quinto, die aprilis IV.

CXCII. S. Cælestinus V, cognominatus antea a monte Aprutii, in quo agebat vitæ genus asperrimum, Petrus de Murrone et Cælestinorum institutor, tanta præditus fuit humilitate, ut ad summam dignitatem evector, in cardinalium discordia, quæ ultra biennium suo romanam Ecclesiam destituerat pastore, anno 1294, die 5 julii, fessus dumtaxat precibus, invitusque delatum honorem suscepit, Aquilam Vestinorum caput adierit vectus asello, ad frena Siliciæ et Hungariæ regibus præeuntibus, et post mensem V, diemque octavam, eodem an. 1294, die 13 decembris, sese summo sacerdotio abdicaverit. De quo maximæ virtutis exemplo haud recte sentire videtur Dantes Aligherius in *Inferno* cantu III, quamquam aut de Esau, aut de

¹ Appellatus est *Martinus IV*, quoniam S. *Martinus I* inauguratus est pontifex anno 749; *Martinus* autem II idem est, ac *Marinus I*, electus an. 882, et *Martinus III*, idem cum *Marino II*, ad summum pontificatum evector, anno 942.

² Hinc vero in agrum Lauretanum translata, IV idus decembris, anno 1294, sedente S. Cælestino V.

aliis poetam fuisse locutum post Benvenutum Imolensem Victorellus, Barcellinius, alique contendunt. Sed legito Christophori Landini Commentarium pag. 20, 2, necnon S. Antoninum 3 p. Chron., tit. xx, cap. viii. Sane Cælestinus a Bonifacio VIII in arcem Fumonis inclusus, illic anno proximo 1295, XIV kal. junias, obdormivit in Domino.

CXCIII. Quid de *Bonifacio* Cælestini successore senserint ætati ejus proximiores, constat ex prælaudato florentino poeta, *Inferni*, cant. XIX et XXVII, et Comment. Landini et Velutelli¹. Idem *Bonifacius*, hujus nominis VIII, Anagniam Latii urbem patriam habuit, primum illi nomen Benedictus Cajetanus; infensissimus fuit Columnensibus, Romanorum potentissimis. Libris quinque Decretalium Gregorii IX addidit *Sextum*, seditque annis 8, m. 9, d. 48, extinctus an. 1303, V idus octobris.

PATRIARCHARUM NOMINA.

Occupata C. P. a Latinis anno 1204, sederunt ibidem usque ad annum 1261, quo civitas recuperata fuit a Michaelle Palæologo, patriarchæ latini, *Thomas* Maurocenus, *Matthæus*, *Nicolaus* et *Pantaleon* Justinianus. In concilio lateranensi an. 1215 post romanam patriarchatus honor sedi C. P. collatus fuit. E Græcis vero sederunt *Germanus* Adrianopolitanus an. 1261, intrusus a Michaelle, post ipsum vero *Joseph*, monachus, *Joannes Vecchus*, *Georgius* Cyprius, schismaticus, *Anasthasius* et *Joannes Sozopolites*, monachus, qui obiit an. 1300 Sederunt Antiochiæ post Radulphum II, *Petrus*, *Petrus* alter, *Raynerius*, *Albertus* Regiensis, *Christianus*, etc. Jerosolymis autem post Monachum, *Albertus*, *Rodulphus*, *Lotharius*, *Gerondus*, *Jacobus* de Vitriaco, *Robertus*, *Jacobus*, *Pantaleo*, *Gullielmus*, *Thomas*, *Thomas* alter, *Joannes* Vercellensis, *Elias* et *Nicolaus* de Anapiis, atque *Rodulphus* de Grandivilla, episcopali exutus honore a Bonifacio VIII.

¹ Quantum Bonifacius oderit Gibellinos, et quæ protulerit verba sacros imponens cineres Procheto Genuensium pontifici, videsis apud Petrum Crinitum *De honesta disciplina*, lib. VII, cap. XIII. Italicum de Bonifacio VIII proverbium, et illud quidem dedecoris et infamiæ, refert P. Pompeius Venturi S. J. in suis adnot. in *Purgat.* Dantis, cant. XX, XC.

CAPUT II.

DE CONCILIIS SÆCULO XIII CELEBRATIS.

Inter sæculi hujus concilia principem tenent locum tria generalia sive œcumenica, nempe *lateranense IV*, *lugdunense I* et *lugdunense II*, quamvis alia plura cum ad hæreses profligandas, tum ad ecclesiasticam disciplinam instaurandam fuerint indicta.

Ac primo lateranense IV inter œcumenica XII, convocatum fuit ab Innocentio III an. 1215. Congregatum fuit, ut albigen- sium hæresis, erroresque Joachimi abbatis et Almarici damna- rentur, atque ut ageretur de Palæstina recuperanda. Epis- copi 412¹, inter quos patriarchæ constantinopolitanus et jerosolymitanus, oratores christianorum principum, necnon supra octingentos cœnobiarchæ huic concilio interfuerunt. Statutum can. III, ut hæretici magistratibus civilibus puniendi tradantur; in v post romanam Ecclesiam locus nobilior con- ceditur constantinopolitanæ, quæ illum a concilio constanti- nopolitano I an. 381, ut alibi diximus, usurpaverat. Vicesimo autem primo fidelibus cunctis præcipitur, ut saltem semel in anno, recurrente Paschate, proprio sacerdoti peccata confessi, sacrum Domini Corpus accipiant. Decretum quoque, ut Judæi et Saraceni inter christianos commorantes, aliquo indumenti genere ab iis secernantur; præter quæ alia complura fuerunt saluberrime constituta.

Concilium vero *lugdunense I* seu œcumenicum XIII indixit Innocentius IV, an. 1245. Huic adfuere cum ipso Innocentio episcopi 140 plus minus, præter S. R. E. cardinales et patriar- chas C. P., antiochenum et aquileiensem, necnon Balduinum II imperatorem, aliorumque principum oratores. Conditi ibidem

¹ In tabulis subjectis vol. II *Rationarii Temp.* Petavii legitur adfuisse Patres 1283, inter quos episcopi erant 673. Joachimus, abbas cisterciensis, genere Calaber, florebat sæc. XIII ineunte. Permulti tanquam insignem prophetam eum habuerunt, præsertim rex Angliæ Richardus, in Sicilia agens. Aiebat natum jam Antichristum, aliaque hujus furfuris nugabatur. Edidit futurorum pontificum vaticinia. De illo rursus infra c. IV.

canones XVII, quorum XII a Bonifacio VIII inserti fuerunt VI Decretalium, cum pertractent de judiciis ecclesiasticis; reliqui spectant ad subsidia mittenda cruce signatis et Latinorum imperio in Oriente periclitanti, arcendosque a christianorum finibus Tartaros. Concessus in eodem concilio cardinalibus pileus rubeus. Quod legitur apud Baronium ad annum 996, § 64, nonnullos asserere in hoc ipso concilio Septemviris collatum jus eligendi imperatorem, opponitur iis quæ dicuntur de Gregorio V. Relege dicta sæculo X, cap. II.

Alterum generale concilium *lugdunense II* celebratum fuit sub Gregorio X, an. 1274. Interfuere episcopi 500, abbates 70, prælati alii 1,000. Præfuit quidem Gregorius, sed cuncta eodem jubente pontifice directa sunt a S. Bonaventura. Definita est processio Spiritus sancti a Patre et a Filio, ac rursus Græci in communionem recepti sunt; statuta auxilia christianis bellum in Syria gerentibus, pluraque constituta canonibus xxx regimini Ecclesiarum perutilia.

Præter hæc vero concilia œcumenica ad hæreses extirpandas habita sunt anno 1201 *parisiense*, in quo damnatus est Euran- dus miles, infectus hæresi Bulgarorum, qui et publice exustus est. In altero *parisiensi* concilio, anno 1209, Almericus Carno- tensis, atque in altero anno 1223 Bartholomæus quidam anti- papa albigenium damnatus est. Iidem albigenes una cum Raymundo, comite tolosano, ipsorum fautore, synodali sen- tentia proscripti fuerunt *Narbonæ* anno 1207, *Avenione* 1209 et 1210, *Tolosæ* et *Arelate* eodem anno, *Vauri* et *Mureti* in Occitania, parva Galliæ Narbonensis provincia, anno 1213, *Montispeleensis*, aut Maglone, an. 1214, *Tarracone* item an. 1242, adstante Raymundo de Pennafort, ibique rursus an. 1244 dam- nati fuere cum omnibus fautoribus suis valdenses, qui irrupe- rant in Aragoniam. Expungimus nos constantinopolitanum concilium an. 1185, in quo adstantibus imp. Andronico Palæo- logo, cunctisque magnatibus, disputatum est de processione Spiritus sancti a Filio, et Vecchus pridem patriarcha Latinis adherens, iterum in carcerem injectus est; de qua synodo plura apud Pachimerem, lib. VII *Hist.*, et Leonem Allatum,

lib. II *De Cons. orient. et occident. Eccl.*, cap. II. Conciliis ad disciplinam spectantibus J. Cabassut. in *Notitia ecclesiast.*, accenset *tolosanum* 1229, quo post revocatum ad frugem Raymundum comitem editi fuere canones XLV; *narbonense* anni 1235, in quo certæ quædam leges inquisitoribus fidei fuerunt præscriptæ; *turonense* anni 1236, quo advocatorum muneri, conversorum nuper ad fidem institutioni et hospitalitatis consuetudini provisum est; *londinense* an. 1268, in quo restituta fuit collapsa sacrerum rituum, morumque sanctorum ratio; *avenoniense* an. 1270, in quo pertractatum est de bonis Ecclesiarum non alienandis et de puniendis clericis qui episcopum sibi præpositos læserint, et *regiense* 1285, in quo preces pro christianorum principum pace, 40 dierum additis indulgentiis, clero, ac populo fuerunt indictæ. His vir eruditus addidit S. Ludovici, Francorum regis, statuta XXV, edita Parisiis anno 1254, ejusdemque regis pragmaticam sanctionem¹. Sed plura etiam concilia recenseri possent, cum historici, circa 36, sæculo, in quo versamur, commemorent², imo Cavæus in *Sæculo scholastico* enumeret 158³, et quædam addat tom. III *Concil. Hisp.* card. de Aguirre; at ejusmodi non sunt momenti, ut singula necessum sit numerare.

CAPUT III.

HERESEON SÆCULI XIII RECENSIO.

Albigenses, quos nonnulli exortos aiunt sub hujus sæculi initia, et Innocentio III sedente, cum valdensibus dogmata habuisse communia diximus superiori sæculo, cap. III. Appellati sunt autem albigenses ab albigensi civitate, seu Albia, aut Albiga provinciæ Narbonensis in Occitania, ubi plurimum invaluerunt, regnantibus Philippo Augusto et Ludovico VIII, sæc. XIII adolescente⁴. Albigensium factorem fuisse, et non

¹ Pragmatica sanctio est *regium rescriptum*, de quo Calv. Lex. Jurid. Meminit et Aug. Collat. III, et conc. chalced., act. V.

² Indice tom. II *Rat. Temp.* Petavii, edit. Ven., pag. 632.

³ Cave tom. II, edit. Basil., pag. 342, etc.

⁴ Apud Raynaldum, ad ann. 1223, legitur albigenses in finibus Bul-

semel damnatum Raymundum, Tolosæ comitem, dictum est paulo supra. Is tamen sæpe armis profligatus, an. 1226, ad pedes legati rom. pontif. cardin. S. Angeli, ac præsentis S. Ludovico IX, Francorum rege, hæresim ejuravit, eamque insectari et contere jurejurando spondit. Tradunt aliqui ad valdensium deliramenta manichæorum et gnosticorum dogmatibus valde affinia, albigensium nonnullos adeo turpia et probrosa addidisse, ut veriti non sint concubitum cum sorore vel matre fornicationi cum alia qualibet fœmina comparare, et quod horrent audire christianorum aures, intemeratam castissimamque Deiparam vocare scortum.

Meminimus paulo supra *Almarici*. Is Carnunti¹ in Gallia celtica ortus et dialecticæ peritiæ tumidus commentus est, nullam futuram fore generationem, sexusque discrimen, si Adam in innocentia stetisset; nullam aliam esse inferorum pœnam præter conscientiæ vermem, quem omnis peccator gerit in corde, cessasse jam cum lege Moysis potestatem Patris, et ipsius Almarici ætate legem Christi, vigere autem modo legem Spiritus sancti, per quam sacramentis, cunctisque exterioris cultus sublatis officiis, unusquisque sola interiori gratia salvetur. Hos vero aliosque Almarici articulos refert tom. IV *Anecd.* Etmundus Martene, et Fleury ad an. 1210, num. 59. Obiit Almaricus præ animi tristitia, atque post obitum exhumatus fuit atque in sterquilinum projectus.

Post Almarici obitum quidam ejus discipuli dilatantes pomeria, præter recensitos errores dogmatizarunt in Eucharistia nil præter substantiam panis adinveniri, Romam esse Babylonem et romanum pontificem Antichristum, sanctorum cultum esse idololatriam, eodemque pacto loquutum fuisse Deum ore Augustini ac ore Ovidii Nasonis. Ex his Willelmus Augustoritii², Bernardus quidam subdiaconus, Gullielmus faber aurarius, hujus sectæ propheta, Stephanus parochus

garorum, Croatiae et Dalmatiæ creasse sibi pseudopontificem Bartholomæum nomine, et producuntur verba Parisii id in *Hist. Anglorum* asserentis.

¹ Chartres. — ² Poitiers.

Corboli, seu Josedi, Dudon Almarici clericus, Elimandus acolythus, Guarinus presbyter et quidam alii, anno 1210, die 20 decembris, in campo extra Parisii mœnia fuerunt combusti.

Contra Prædicatorum, Fratrumque Minorum ordines, cæterosque in religiosa paupertate viventes, verbis scriptisque insiliit Gullielmus de S. Amore, ita ab oppido comitatus Burgundiæ cognominatus. Huic nonnulli Academiae parisiensis adhaesere, accessitque postmodum Laurentius Anglus, Gullielmo in eadem Academia succedaneus. In libro inscripto, *De periculis novissimorum temporum adversus mendicantes ordines*, qui etiamnum legitur inter ejus Opera, in lucem edita anno 1632, tradidit religiosis nefas esse vivere ex eleemosynis, docere laicos, prædicare, adscribi magistrorum collegiis et excipere sæcularium confessiones sacramentales. At Gullielmi liber ab Alexandro IV, anno 1256 damnatus, flammisque adjudicatus est; quin auctor proximo anno 1257 Parisiis ac toto Galliae regno discedere, et in posterum a docendo et scribendo abstinere jussus, extorris vixit, despectus ac miserrimus, obiitque post paucos annos.

Erupit per idem tempus secta *fraticellorum* seu *bizochorum*, auctore Hermanno Pongiluppo, Ferrariensi. *Bizochos* dictos arbitror a bisaccio, quod manticis victum ostiatim emendicarent; unde illorum nomenclatura, quomodo et *Pinsocherorum* apud Bocaccium quoque, vulgaremque sermonem, etiamnum permanent. *Bizzocco* apud Bocaccium legimus nov. 24, *Pinzochère* nov. 27. Parum his absimiles *beguini*, de quibus proximo sæculo. Fraticelli autem, qui sectabantur Hermannum, hypocrisi et falsa pietate orbem deludebant, pessime de romana sentientes Ecclesia, quam apud se tantummodo servari autumabant. In abditis locis perpetrabant turpia et nefanda¹. Her-

¹ His tamen longe turpior secta *Gullielminæ* Bohemæ, a Bossio et Puricelio descriptæ. Hujus sectæ viri ac mulieres, non solum conventibus antelucanis cum presbyterorum indumentis post quasdam preces, sub modio lumine abscondito, ad fortuitos concubitus gradiebantur, ut Spondanus refert ad annum 1360, sed Gullielminam quoque asserebant esse Spiritum

manni autem ossa post mortem exhumata et igni tradita fuere.

Proscriptus insuper fuit hoc sæculo XIII ab Alexandro IV liber blasphema dogmata continens, cui titulus *Evangelium æternum*¹. Combustus Gerardus Segarellus, Parmensis, de cujus erroribus agendum est rursus sæculo proximo.

Permulta itidem quorundam scholasticorum absurda damnarunt archiepiscopi parisienses, Gullielmus et Stephanus Le Tempier. Idem fatum quibusdam Aristotelis lucubrationibus, proscriptis in synodo parisiensi anno 1209, propter quorundam scholasticorum abusum. Vide hujus synodi Acta tom. II *Conc.*, p. I, pag. 49. Ulterius David quidam Dinantius Belga et ditionis leodiensis, auditor olim Almarici, de quo supra, adeo delirus fuit, ut assereret Deum esse materiam primam. *Stadingi* (ita appellantur populi siti in finibus Frisiæ et Saxoniae, inviis paludibus fluviisque circumdati) eo immanitatis propudiique devenerunt, ut sacros omnes ministros crudelissime necarent, sacra mysteria polluerent, promiscuam exercerent libidinem, et Christi corpus in Paschate tantum e manu sacerdotis recipientes, in latrinam horrendissimo sacrilegio expuent. Judæi demum hoc sæculo ob execrabilem avaritiam et aliquos christianos pueros circumcisos, aliquos vero affixos cruci, adeo exosi, infamesque evaserunt, ut anno 1290 ejecti fuerint ex Anglia, anno 1296 e Galliis, et anno 1298 ex nonnullis Germaniæ urbibus.

sanctum fœmineo sexu incarnatum, aliaque absurdissima effutiebant deliramenta. Obiit hypocrita et insana mulier anno 1281, et anno 1300 exhumata fuit et combusta. Vide Joan. Mabillon *Musæi ital.*, p. 1, 20.

¹ Hujus libri auctor Joannes de Parma minorita. Labente item hoc sæculo edidit *Postillam* in Apocalypsim F. Petrus Joannes Oliva, ejusdem ordinis provinciæ Provinciæ. Dogmatizavit Ecclesiam catholicam esse Babylonem et rom. pontificem Antichristum. Legi apud Baluzium auctorem vixisse circa annum 1300, sed alibi mortuum inveni an. 1297. Articuli autem ejus LX censura notati et proscripti fuerunt an. 1318, sedente Joanne XXII.

CAPUT IV.

SCRIPTORES QUI TERTIO DECIMO SÆCULO FLORUERUNT.

Theologiam scholasticam, quam superiore sæculo ad certam methodum Magister Sententiarum perduxerat, plures iique clarissimi viri illustrarunt, quorum præcipuos, servato temporis ordine, recensebo. Claruit itaque initio hujus sæculi et Commentaria edidit in quatuor libros *Sent.*¹ *Gullielmus* e Seilliniaco, Burgundiæ oppido, doctor parisiensis Academiae, deinde episcopus antissiodorensis, ac tandem parisiensis archiepiscopus, qui obiit anno 1223, eodemque tempore *Gullielmus* alter, item Gallus, similia Commentaria exornavit; qui tamen de justificatione, quam videtur repetere potius a fide quam a charitate, non censetur accurate pertractasse, nisi tamen illius scripta, ut putat Possevinus, fuerunt depravata. Sequitur *Alexander de Hales*, natione Anglus, ordinis Minorum, appellatus *Doctor irrefragabilis*, cujus præter sacrorum librorum interpretationes, aliaque scripta, habentur Commentaria in IV *Sent.* libros, et *Summa universæ theologiæ* distributa in partes quatuor. Obiit autem Alexander Parisiis anno 1245. Floruit item hoc sæculo nunquam satis laudandus *S. Thomas Aquinas*, regio ortus sanguine, puer eruditus a monachis casinensibus, sed postea FF. Prædicatorum institutum professus, merito *Doctor angelicus* nuncupatus. Nam ut libros ejus plurimos prætermittam, tum philosophicos, tum exegeticos, præclarum illud nomen Thomæ comparavit multiplex de re Theologica lucubratio, Commentaria in IV *Sent.*, *Summa contra gentiles*, et Opuscula LXXIII ad theologiam singula spectantia, maxime vero digna cedro, et *Aurea summa* in partes tres divisa, in qua continentur quæst. 512 et art. 2654. Migravit ad superos S. Thomas nonas martii anno 1274, in cœnobio Fossæ Novæ²,

¹ Potius *Summam theologicam*, editam Parisiis, anno 1500. Caveus duos istos Gullielmos distinguit.

² Ordinis cisterciensis. Dies S. Thomæ emortualis non. martii. Quidam scripsere S. Thomæ propinatum fuisse venenum a medico Caroli II, Siciliæ regis. Vide Dantis *Purgat.*, cant. xx.

non procul a Tarracina, cum rogatus a Gregorio X, Lugdunum versus ad synodum œcumenicam iter arripuisset.

Eodem anno 1274 idibus julii decessit *S. Bonaventura*¹ Balneoregiensis, appellatus *Doctor seraphicus*, ord. Min. cardinalis et albanensis episcopus. Et ipse scripsit in quatuor *Sententiarum* libros, opuscula theologica et ascetica LXXIII, præter expositiones divinorum librorum, sermonesque sacros complures. Florebat item circa annum 1260 *Albertus Magnus*, ord. Præd., cui memoria ingeniumque beneficio Deiparæ collatum fertur, ablatumque triennio ante mortem, quæ contigit anno 1280. Ejus opera XXI amplissimis voluminibus comprehenduntur, et per omnem philosophicam, sacramque eruditionem, quo sæculi hujus genio, expatiantur. Discipulus Alberti Magni fuit *Ulricus* de Argentina, et ipse de theologia, prout in scholis traditur, optime meritus. Referendus ad eamdem ætatem *Henricus* Gandavensis, seu Mudanus a patria, et Doctor *solemnis* a parisiensi Academia appellatus, qui et in IV *Sententiarum* libros et *Summam theologiæ* conscripsit, obiit Tornaci in Belgio anno 1293.

In eremitana quoque S. P. Augustini familia claruerunt cum doctrina, tum sanctimonia, morumque integritate *Augustinus Triumphus* et *Ægidius* Romanus. Quorum primus Anconitanus patria *Summam* edidit *De potestate ecclesiastica*, et inedita plura, inter quæ extat opus in IV *Sententiarum* libros. Interfuit autem Triumphus anno 1274 concilio lugdunensi, tametsi vitam protraxit usque ad annum 1328, ætatis suæ 85. At *Ægidius* ex Columnensium familia, Bituricensium archiepiscopus, Aquitanæ primas, necnon S. R. E. cardinalis, ut demonstrat Lud. Dattichius *Hist. card.* tom. I, pag. 372, naturæ concessit Avenione anno 1316, cum ageret ætatis suæ annum 69, posteaquam et in *Sententias*, et singillatim in varias theologiæ partes, et in sacras litteras Commentaria exornaverat, necnon philosophicos et politicos libros conscripserat, atque adversus Gullielmum Lamerensem, ord. Min. professorem

¹ Joannes in baptismate nuncupatus, *Bonaventura* autem puerulus dictus a S. Francisco, FF. Minorum parente.

Oxonïæ, doctrinam S. Thomæ strenue vindicaverat. Quare *Doctor fundatissimus* dici meruit Ægidius, atque Cayeo etiam testante vol. II, pag. 340, *theologorum princeps*.

Præterivi autem brevitatis causa alios permultos in theologicis disputationibus egregie versatos, quemadmodum et sanctissimos viros, Dominicum, Franciscum et Antonium Patavinum, qui licet in scriptorum recensiti albo, magis tamen ob sanctitatem, quam ob litteras celebrantur; missis pariter romanis pontificibus doctrinæ laude præclaris, Innocentio IV, Clemente IV, Gregorio X et Bonifacio VIII, scriptoribus item adnumeratis; istorum quippe meminimus cap. I, neque modo fas est cæteros, saltem præstantiores, penitus prætermittere.

Claruerunt itaque hoc vertente sæculo *Joachimus* Calaber, abbas cisterciensis, haud ignobilis Scripturarum divinarum interpret et prophetiæ fama clarus¹, qui obiit anno 1215; *Rodericus Ximenius*, archiepiscopus toletanus, de historia hispanica, romana, Ostrogothorum, Hunnorum, Arabumque bene meritus, qui decessit anno 1245; *Helinandus*, monachus cisterciensis, auctor Chronici ab orbe condito usque ad annum 1204, qui naturæ concessit anno 1227; *Conradus*, præmonstratensis, scriptor alterius Chronici a Belo rege Assyriorum usque ad annum Christi 1229; *Jacobus* de Vitriaco, cardinalis et episcopus tusculanus, scriptor Historiæ orientalis et occidentalis, a Mahumedis tempore ad suam usque ætatem, anno 1244 migravit e vita; *Gallielmus*, Arvernus, archiepiscopus parisiensis, cujus obitus contigit anno 1249, præter exegetica quædam scripta, variosque sermones, conscripsit de theologicis quæstionibus libros seu tractatus xxv. Excelluit in historia, præsertim anglicana, quam scriptis exornavit *Matthæus Paris*, Anglus, monachus S. Benedicti, cujus obitus consignatur anno 1259. Speculum unum historicum, alterum doctrinale edidit *Vincentius*, Bellovacensis, ex ord. Præd., qui e vivis excessit anno 1256, aliis 1264, deditque operam per idem temporis exemplis rebusque similibus colligendis, scribendisque orationibus, etiam ad funera celebranda, *Joannes* a S. Geminiano,

¹ Vide tamen superiori sæculo cap. III.

ejusdem ordinis. *Hugonis* de S. Caro ejusdem familiæ, vita functi anno 1260, est elaboratissimum Opus concordantiarum latinorum bibliorum. Accedunt prælaudati instituti *Raimundus Martini*, qui edidit *Pugionem fidei* contra Judæos, scripsitque contra Saracenos, hortatu S. Raymundi de Pennafortio, sacre illius familiæ magistri; idem *S. Raymundus* collector librorum V Decretalium, ad superos evocatus centenarius anno 1275, et *Martinus* Polonus, scriptor Chronici, quod vocant *Martiniannum*, a Christo usque ad annum 1277, defunctus Bononiæ anno sequenti 1278. Diem obiit an. 1284 *Rogerus Baconus*, Anglus, ord. Min., vir omni scientia, præsertim philosophica exornatus et *Doctoris mirabilis* nomen adeptus, de magia insimulatus, et eam ob rem, jubente Nicolao IV, conjectus in carcerem¹. Supremus fuit annus 1298 *Jacobi* de Voragine apud Ligures, ord. Præd. Chronici Januensis et legendæ *aureæ* de Vitis sanctorum, sermonum autem plurimorum, pius, sed fortassis nimium credulus, concinnator. Omitto cum quibusdam aliis *Richardum* de Mediavilla minoritam, qui floruit sæculo desinente, et appellatus fuit *Doctor solidus et auctoratus*, ne græcorum scriptorum, quorum nullum hactenus commemoravi, videar oblitus.

Inter Græcos itaque oratoria enituit arte *Michael Coniata*, atque in historia frater ejus *Nicetas*, sæculo XIII ineunte. Claruerunt circa annum 1255 *Theodorus Lascaris* et *Nicephorus Blemmida*, quorum tamen unus in quæstione de origine Spiritus sancti a Filio, quam theologi *processionem* vocant, scripsit contra Latinos; alter aliquando pro Latinis pugnavit, ideoque a Leone Allatio orthodoxæ Græciæ scriptoribus, et ab Oderico Raynaldo ecclesiasticis annalibus istius scripta

¹ *Rogerus Baconus*, ord. Min. philosophus acutissimus, tanquam præstigiator et magus denunciatus Clementi IV, et a proprio quoque generali damnatus et conjectus in carcerem, per calumniam tamen nescientium arcana naturæ, objectum sibi crimen consortii cum malignis spiritibus exsufflavit, anno 1266 et 1278. Obiitque Oxonii anno 1284. Vindicarunt virum doctissimum Wadingus et Spondanus ad præd. annum 1278, necnon *Naudæus* in *Annalibus*, et *Caveus*, etsi hæsitanter, in *Sæculo scholastico*. Plura in *Diction. Petri Bayle*.

inseruntur. *Gregorius Acropolites*, quem vocat Ephremius, ἀρχοντα πάντων καὶ πρύθρον¹, constantinopolitanam seu byzantinam historiam condidit ab anno captæ per Latinos urbis 1203 usque ad recuperatam a Michaele Palæologo, nempe ad annum 1261. Joannes autem Vecchus, invictus pro Latinorum *De Spiritu sancto* dogmate athleta, cum ea de causa edidisset scripta, collecta citato in loco ab Allatio, veritus ne discerneretur a commota in ipsum plebe, relicta C. P. sede, quam octennio Michaeli imperatori acceptissimus occupaverat, eo e vivis sublato confugit ad monasterium Panachranti, quod contigit anno 1283, atque inde relegatus fuit ad radices montis Olympi, postmodum in Bithyniam, ibique inedia ærumnisque confectus interiit.

CAPUT V.

QUINAM IMPERII CORONA, CÆLITUMQUE GLORIA FUERINT DECORATI.

Otho igitur hujus nominis IV, extincto Philippo, imperium accepit anno 1208, atque proximo anno 1209 eidem Innocentius III augustalia contulit insignia. At spreto jurejurando invadentem romanæ Ecclesiæ provincias idem pontifex a communione fidelium amovit; eundem anno 1214 *Philippus Augustus*, Galliarum rex, apud Bovinum in Gallia belgica ingenti clade prostravit; qua devictus etiam imperio dejectus est, tametsi vitam protraxerit ad annum 1218, quo pœnitens et absolutus ab episcopo hildeshemiensi² diem obiit.

Transiere interea temporis ad cœleste regnum *Gullielmus*, abbas in Dania, VIII idus aprilis anno 1203, relatus inter sanctos ab Honorio III; anno 1224 *Petrus* a Castronovo, primus contra albigenses quæsitore fidei, martyrio affectus, jubente comite tolosano Raymundo; anno 1208 *Felix* de Valois et *Joannes* de Matha, institutores ordinis SS. Trinitatis, redemptionis captivorum, quorum primus obiit an. 1212, XII kal. decem., alter anno 1213, XII kal. januarias, et anno 1214, die 14 sep-

¹ Omnium principem, primique subsellii.

² Hildesheim in Saxonia inferiori.

tembris, martyr occubuit *Albertus*, patriarcha jerosolymitanus, ordinis carmelitici propugnator.

Prædicto an. 1214, post exauctoratum Othonem, imperium assecutus est *Fredericus II*, filius Henrici VI et Constantiæ, filiæ Rogerii, regis Siciliae. Hæc illum edidit in tentoriis prati Panormitani, ad omnem veri partus suspicionem amovendam, quoniam, ut inquit Hospinianus, ad decrepitam pervenerat senectutem. *Fredericus* ab Honorio III coronam accepit; at Ecclesiam vexando et iniqua perpetrando, non semel subiit anathema. Ab eodem Honorio propter dejectos et injuria affectos episcopos, a Gregorio IX ob non susceptam, quam pollicitus fuerat, expeditionem in Palæstinam, et post simulate susceptam et pacem contumeliose initam cum sultano, rursus ab eodem pontifice ob Italiæ regiones incendio et cæde vastatas, atque ab Innocentio IV, ob pervicaciam in bonis ecclesiasticis retinendis, excommunicatione mulctatus est. Privatus quoque fuit imperio in I lugdunensi concilio, an. 1245, et derelictus a suis obiit an. 1250 in arce Apuliæ, aut Panormi; non enim consentiunt historici¹. Quorum etiam alii veneno peremptum aiunt, alii suffocatum a filio suo notho, alii gravissimo morbo correptum. Instituit Academiam neapolitanam et juxta scriptores aliquos viennensem, quam tamen institutam alii tradunt ab Alberto III, archiduce Austriæ, anno 1365. Post mortem *Frederici* diuturnum fuit interregnum usque ad annum 1273, quamvis enim alii principes ad imperii coronam aspiraverint,

¹ Puto decessisse in Apulia in arce, quæ *Florentina* dicebatur. Aiunt semper vitasse urbem Florentiam, quod ei fuisset prænuntiatum, moriturum in florentino castro. Nothus ejus filius, qui dicitur patrem injecto in os decumbentis pulvino præfocasse, fuit *Manfredus*, honore ducatus Tarentini insignitus, ægre ferens quod ei pater prætulisset filium alium nothum *Hensium* regem Sardiniae, qui postea Bononiæ captivus obiit an. 1271. Fertur *Manfredum* ad amovendam a se paternæ mortis suspicionem *Frederici* cadaver adsportasse Panormum, ibique sepulcro porphyretico condidisse. Quidam id factum aiunt ab archiepiscopo panormitano. *Melanchton* et hæretici alii celebrant illud epitaphium:

Si probitas, sensus, virtutis gloria, census,
Nobilitas orti, possent obsistere morti,
Non foret extinctus *Fredericus*, qui jacet intus.

Sed nunquam viris principibus defuerunt assentatores.

maxime *Henricus* Thuringiæ landgravius, *Gulielmus* Brabantiae comes, *Richardus* comes Cornubiæ in Anglia meridionali, et *Alphonsus X* rex Castellæ; attamen nec coronam imperii consecuti fuerunt, nec ejusdem imperii administrationem auctoritatemque potiti.

Interim ad beatorum translati sunt sedes septem fratres ord. Minorum, martyrio coronati apud Marochium, Africae civitatem, anno 1220; contigit et martyrium *Angeli* carmelitæ eodem anno in Sicilia interfecti, aliorumque sanctorum septem martyrum minoritarum Exilissæ (Ceutam vulgo dicunt), Mauritaniae Tingitanæ urbis, interfectorum insequenti anno 1221, quo item anno Bononiæ decessit *S. Dominicus*, pridie nonas augusti, qui anno 1216¹ inclytum Prædicatorum ordinem instituerat, albigenis oppugnaverat hæresim, et anno 1234 a Gregorio IX sanctorum catalogo fuit adscriptus. Idem autem Gregorius fastis sanctorum adscripserat seraphicum patriarcham *Franciscum* anno 1228, qui fratribus suis regulam tradiderat anno 1209², in Arvenia Etruriæ monte receperat Crucifixi stigmata anno 1224, atque e vita migraverat anno 1226, IV nonas octobris. Superiori anno 1225, VII idus novembris, pro ecclesiastica libertate martyrium subierat sanctus coloniensis episcopus *Engelbertus*. Decessere anno 1231 *Antonius* Olyssiponensis, a loco dormitionis appellatus *de Padua*, idibus junii, virtutibus signisque conspicuus, anno sequenti a Gregorio IX canonizatus, ac *Elisabeth* vidua, filia Andreae Hungarorum regis, cujus natalis colitur XIII kal. decembris, sanctorum fastis ab eodem Gregorio anno 1235 adscripta fuit. *Hedwigem* Polonorum reginam, cælum terris rapuit anno 1243, idibus octobris, retulitque inter sanctos anno 1267 Clemens papa IV³. Diem obiit anno 1250 beatus *Simon Stock* carmelita,

¹ Aut 1217, an. enim 1216 confirmatus fuit, ut dicam proximo capite. Fuerat canonicus regularis oxomensis, ejusque nobilissimam ex Gusmanorum gente prosapiam vindicavit Antonius Bremond, ordinis Prædicatorum magister.

² Juxta alios an. præcedenti. Primum ipsius nomen *Joannes*.

³ Anno 1249 obiit *B. Joannes* Bonus Mantuanus, ord. Eremit. S. P. Aug. propagator. *S. Albertus* Collensis ad superos migrasse dicitur an. 1202.

at non hujus ordinis habitusque, ut quidam autumant, institutor. Ab hæreticis anno 1248 trucidatus est *Marcellinus* Albertgotti, episcopus aretinus, et anno 1252 occisus est *Petrus* martyr veronensis, ordinis Prædicatorum, cujus memoria recolitur III kal. maias. Innocentius IV proximo anno 1253 sanctorum numero illum adscripsit, eumque generalem fidei inquisitorem in ditione mediolanensi anno 1232 constituerat Gregorius IX. *Clara* S. Francisci concivis, ex hac vita decessit anno 1253, et anno 1255 ab Alexandro IV inter sanctas relata fuit. Colitur ejus memoria pridie idus augusti. Instituerat vero pauperum sanctimonialium ordinem, vulgo *Clarissarum* nuncupatum, anno 1212. Obdormivit in Domino in nocte vigiliæ Nativ. Domini *S. Petrus Nolascus* Carcassonensis, anni 1256, qui una cum *S. Raymundo* de Pennafort et Jacobo I rege Aragoniæ instituerat anno 1218 ordinem Beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum¹; *Hyacinthi* Poloni, ord. FF. Prædicat., beata mors contigit anno 1257, XVIII kal. sept., et a Clemente VIII adscriptus fuit sanctorum catalogo anno 1594². Anno denique 1267 (nam de Ecclesiæ doctoribus Thoma et Bonaventura vita functis anno 1273 egimus præcedenti capite) migravit in cælum *S. Sylvester* abbas, VI kal. decembris, Fabriani in Piceno, a quo congregatio monachorum sylvestrinorum anno 1231 fuerat instituta. At ad annum 1273, quo diuturnum augustorum principum cessavit interregnum, redeundum est tandem.

Igitur anno 1273, pridie kal. octobris, inauguratus est imperator *Rodolphus Magnus* comes Auspurgi, conditor imperii austriaci et landgravius Alsatiae. A cultu SS. Eucharistiæ repetitur imperii ejus auspicia. Commendatur quoque ipsius pietas, quoniam pro cæsareis insignibus crucem arripuit. Ottocarum Bohemiæ regem, implorato Deiparæ nomine, ingenti

¹ *Humiliana* de Cerchiis florentiana obiit an. 1246. *Verdiana* virgo reclusa an. 1231. *Ubaldesca* monialis pisana an. 1206. *Benignus* abbas Valisumbrosæ an. 1236.

² *S. Raynerius* Pisanæ civitatis patronus, obiit an. 1261, die 17 junii, qua die colitur etiam in Martyrologio romano. *S. Peregrinus* Foroliviensis, ord. Servorum B. M. Virg., decessit an. 1284.

clade superavit, accessitque victori quasi præmium certaminis Austria, quam Alberto filio suo regendam commisit. Hinc austriacæ gentis origo, quam Alciatus accessit ex Aventino; alii repetunt ex vetustissimis regibus Austrasiæ. Felici etiam Marte cum Othone Burgundiæ regulo, cum Thuringiæ populis, aliisque hostibus decertavit, atque universa pacata Germania, obiit princeps piissimus atque invictissimus anno 1291, kalendis augusti.

Postquam vero imperium tenuit septennio, scilicet usque ad annum 1298, *Adolphus* comes Nasaviæ, atque is ob avaritiam, crudelitatem, libidinem, aliaque flagitia proceribus cunctis visus est indignissimus principatu, electus est Rodulphi et Annæ filius *Albertus* Austriacus. *Monoculum* dixere, quoniam oculum amiserat ex propinato sibi veneno, quamquam, ut olim Annibal, altero oculo amisso, ferocius irruit in hostes, et *Adolphum*, non procul a Vormatia, superioris Germaniæ urbe, illustri prælio fregit et vulneravit, *Triumphatoris* cognomen adeptus. Pugione tamen a conjuratorum manu confossus est ac trucidatus an. 1308. Auctor conjurationis Joannes fratris filius¹, cum quo lis erat de hæreditate paterna; atque ille stipatus Ulrico, Valtero et Rodulpho proceribus, in parricidii consortium adscitis, primus omnium Alberti jugulum pugione petivit. Patratum facinus kalendis maii.

In hac autem sæculi XIII postrema parte oppetierunt mortem anno 1275, die 23 januarii, *Raymundus* Barcinonensis, de quo supra cap. IV, in sanctorum album relatus anno 1601 a Clem. VIII. Anno 1285 *Philippus Benicius* Florentinus, cujus item mentionem fecimus cap. I, in Gregorio X. Hunc quidam institutorem faciunt ordinis Servorum B. M. V., quum tamen hic ordo incæperit anno 1233, auctoribus 7 beatis viris, Bonfilio Monaldio, Bonajuncta Manetti, Manetto Antellensi, Amideo de Amideis, Uguc-

¹ Quidam Joannem dicunt Alberti patrum, sed falluntur. Joannes enim filius fuit Rodulphi ducis Sæviæ, quo extincto Albertus egit nepotis tutelam, unde seminarium dissidii. Joannes tamen in Pisano Augustinensium cœnobio, in monachum attensus, pœnitentia signisque clarus vita illic functus est an. 1313.

cione Uguccionio, Sosteneo de Sosteneis et Alexio de Falconeriis. Fuit itaque S. Philippus ejusdem ordinis propagator et v. generalis, non institutor, ejusdemque festum diem recolimus X kal. septembris. Anno 1222 *Albertus* carmelita, Siculus, qui obiit Messanæ, VII idus augusti, et anno 1295 *S. Petrus Cælestinus*, de quo item cap. I. *Margarita* itidem, Cortonensis vocata a dormitionis suæ loco et cognominata Etruriæ, ac seraphici ordinis Magdalena, obdormivit VIII kalendas martias anno 1297; eodemque anno relatus est inter sanctos *Ludovicus IX*, rex Galliarum, qui anno 1270, die 25 augusti, inita contra Sarcenos expeditione, pestilentia decessit. Ipsomet anno 1297 ad cœlos migravit *S. Ludovicus* episcopus tolosanus, ord. Min., hujusque nomen Martyrologio rom. inscriptum legitur XIV kal. septembris. Postremo denique anno, scilicet 1300 ad aram peracto sacro a mahumetanis trucidatus est episcopus Giennii, seu Oningiis, in Andalusia, *Petrus Paschalis*.

Reliquum est, ut imperatorum Orientis subjiciamus chronologiam. Dejecto e throno anno 1203 Alexio Angelo ab Alexio Juniore, nepote suo, is anno sequenti 1204 vita imperioque excessit. Successit Alexius Ducas, cognomento *Murtzulphus*, seu *Myrtilus*, a conjunctis superciliis, qui propriis manibus Alexii fauces laqueo confregit; at idem scelestissimus parricida eodem anno extremo supplicio affectus est a Latinis, qui Constantinopolis potiti sunt, et omnium fœderatorum consensu imperatorem Orientis crearunt Balduinum, Flandriæ comitem. Græci vero imperii sedem laceratam atque divisam transtulerunt Trapezum Cappadociæ, Nicæam Bithyniæ et Adrianopolim, Thraciæ urbem. Quare usque ad annum 1261, quo anno Michael Palæologus recuperavit C. P., regnarunt Adrianopoli et Nicææ *Theodorus Lascaris*, filius Alexii Angeli, *Joannes Ducas Vatacius*, illius gener, *Theodorus Lascaris Junior*, Joannis filius ac prioris Theodori nepos, atque *Joannes* filius Theodori Junioris, quem an. 1260 Michael Palæologus excæcavit, atque Nicææ ipse Michael arripuit imperium. Trapezi vero (*Trabisundam* vulgo dicunt) imperarunt ab an. 1204 *Comneni*, ab Alexio filio Emmanuelis, et nepote Andronici imp., usque ad *Davidem*

Comnenum, qui anno 1462 coactus est Trapezuntinum imperium cedere Mahumeti II.

Postquam igitur C. P. imperium tenuerat ex Latinis *Balduinus* anno tantum uno, captus et occisus anno 1205 a Joannicio rege Bulgarorum, *Henricus*, Balduini frater, inauguratus anno 1206, et vita functus anno 1216. *Petrus* comes antissiodorensis, gente *Cortiniacus*, extinctus proximo anno 1217. *Rupertus*, Petri filius, occisus anno 1228. *Balduinus II*, Ruperti filius, qui capta 1261 a Michaele Palæologo C. P., fuga elapsus mortem evasit; Michael constantinopolitana urbe recuperata, ibique pulsus Latinis, restituit imperium Græcorum, et illud administravit usque ad an. 1280, eique successit *Andronicus* Palæologus, ipsius filius, sive *Andronicus II* ab Andronico Juniore nepote suo dejectus et carceri mancipatus an. 1327.

CAPUT VI.

QUENAM SÆCULO XIII IN ECCLESIA DOCTRINA ET DISCIPLINA
VIGUERINT.

Prava hæreticorum dogmata descripta superiori cap. III hujus sæculi conciliis pariter enarratis II cap. fuerunt proscripta. Quare confirmata fuere quæ de fide Trinitatis et dominicæ œconomix, seu, ut aiunt, *Inarnationis*, tradidere majores. Corroborata est ecclesiastica hierarchia, romani pontificis auctoritas, sacerdotalis ordinis dignitas ac potestas. Intemerata item Deiparæ virginitas, cultus sanctis exhibendus, sacrarum usus imaginum, psalmodiæ, rituum, precumque vetusta consuetudo, atque sanctarum indulgentiarum concessio, aliaque tradita a magistra veritatis romana Ecclesia, fuerunt iterum stabilita. Definitum est insuper non pugnare cum evangelica paupertate ex quæstu vivere, etiam christianis fas esse gubernare rempublicam, ac præter conscientix synderesim manere reprobis sempiterna inferorum supplicia. Quæ omnia ex præcit. cap. III et seq. perspicua sunt.

Annux paschalis communionis ad fideles ab infidelibus discernendos, revocandosque ad frugem improbos, cum a Christo

et ab apostolis fuerit indicta perceptio, tempus recte novimus esse præscriptum. Recitandi Rosarii B. V. devotio utique, sive orationum qualitas, sive contemplanda mysteria attendantur, summopere commendanda, usus promulgatus est a S. Dominico, quem illius auctorem esse, quidquid obganniant nonnulli, declararunt romani pontifices Leo X, Pius V, Gregorius XIII et Sixtus V. Fertur primus omnium Innocentius IV rosam auream musco et balsamo permixtam solemnem cæremoniam benedixisse, quod alii referunt ad Leonem IX, alii ad Urbanum II, alii rejiciunt post annum 1400. Sed hæc et consimiles quæstiones obscuræ facili negotio solvuntur, si antiqua dicatur institutio, hujus ævi benedictionis solemnitas, posterioris formula in ordine romano præscripta. Fratribus mendicantibus et nominatim ord. Prædicat. facultatem excipiendi confessiones sacramentales indulget Gregorius IX. Festum Corporis Christi, quod anno 1208 celebrari cœperat in diœcesi leodiensi ab Urbano IV, anno 1264, præscriptum fuit universæ Ecclesiæ, una cum officio edito a S. Thoma Aquinate. Obtinuerunt hoc sæculo hymnus *Stabat Mater*, et antiphona *Salve, Regina*, necnon sequentia *Veni, sancte Spiritus*. De auctoribus hæsitatur. Quidam enim *hymnum* illum seu rhythmum compositum a beato Jacopono, quidam vero ab Innocentio III editum affirmarunt; *antiphonam* alii S. Bernardo, alii Hermero, episcopo podiensi, alii Petro Compostellano, alii Hermanno Contracto, monacho benedictino, de quo sæculo IX, adscripsere; *equentiam* Innocentio III prælaudato. Inclusio cardinalium in conclavi ad eligendum summum pontificem cœpit an. 1276, in electione Innocentii V ex præscripto constitutionis latæ a prædecessore Gregorio X, cujus extat decretum in VI cap. *Ubi periculum*, 3 *De elect.* Annus jubilæi, cujus quædam imago præcesserat in veteri lege, Levit. cap. xxv, institutus est a Bonifacio VIII, ac primo celebratus anno 1300. Extat Bonifacii decretum cap. *Antiquorum*, Extravag. Comm. lib. III.

Præc. capite commemorans viros sanctissimos, mentionem feci ordinum religiosorum ab illis institutorum. Æquum est, ut etiam cæteros, atque singulorum recenseam approbationem,

Comnenum, qui anno 1462 coactus est Trapezuntinum imperium cedere Mahumeti II.

Postquam igitur C. P. imperium tenuerat ex Latinis *Balduinus* anno tantum uno, captus et occisus anno 1205 a Joannicio rege Bulgarorum, *Henricus*, Balduini frater, inauguratus anno 1206, et vita functus anno 1216. *Petrus* comes antissiodorensis, gente *Cortiniacus*, extinctus proximo anno 1217. *Rupertus*, Petri filius, occisus anno 1228. *Balduinus II*, Ruperti filius, qui capta 1261 a Michaele Palæologo C. P., fuga elapsus mortem evasit; Michael constantinopolitana urbe recuperata, ibique pulsus Latinis, restituit imperium Græcorum, et illud administravit usque ad an. 1280, eique successit *Andronicus* Palæologus, ipsius filius, sive *Andronicus II* ab Andronico Juniore nepote suo dejectus et carceri mancipatus an. 1327.

CAPUT VI.

QUENAM SÆCULO XIII IN ECCLESIA DOCTRINA ET DISCIPLINA
VIGUERINT.

Prava hæreticorum dogmata descripta superiori cap. in hujus sæculi conciliis pariter enarratis in cap. fuerunt proscripta. Quare confirmata fuere quæ de fide Trinitatis et dominicæ œconomiae, seu, ut aiunt, *Incarnationis*, tradidere majores. Corroborata est ecclesiastica hierarchia, romani pontificis auctoritas, sacerdotalis ordinis dignitas ac potestas. Intemerata item Deiparæ virginitas, cultus sanctis exhibendus, sacrarum usus imaginum, psalmodiæ, rituum, precumque vetusta consuetudo, atque sanctarum indulgentiarum concessio, aliaque tradita a magistra veritatis romana Ecclesia, fuerunt iterum stabilita. Definitum est insuper non pugnare cum evangelica paupertate ex quæstu vivere, etiam christianis fas esse gubernare rempublicam, ac præter conscientiae synderesim manere reprobis sempiterna inferorum supplicia. Quæ omnia ex præcit. cap. in et seq. perspicua sunt.

Annuae paschalis communionis ad fideles ab infidelibus discernendos, revocandosque ad frugem improbos, cum a Christo

et ab apostolis fuerit indicta perceptio, tempus recte novimus esse præscriptum. Recitandi Rosarii B. V. devotio utique, sive orationum qualitas, sive contemplanda mysteria attendantur, summopere commendanda, usus promulgatus est a S. Dominico, quem illius auctorem esse, quidquid obganniant nonnulli, declararunt romani pontifices Leo X, Pius V, Gregorius XIII et Sixtus V. Fertur primus omnium Innocentius IV rosam auream musco et balsamo permixtam solemnem cæremoniam benedixisse, quod alii referunt ad Leonem IX, alii ad Urbanum II, alii rejiciunt post annum 1400. Sed hæc et consimiles quæstiones obscuræ facili negotio solvuntur, si antiqua dicatur institutio, hujus ævi benedictionis solemnitas, posterioris formula in ordine romano præscripta. Fratribus mendicantibus et nominatim ord. Prædicat. facultatem excipiendi confessiones sacramentales indulsit Gregorius IX. Festum Corporis Christi, quod anno 1208 celebrari cœperat in diœcesi leodiensi ab Urbano IV, anno 1264, præscriptum fuit universæ Ecclesiæ, una cum officio edito a S. Thoma Aquinate. Obtinuerunt hoc sæculo hymnus *Stabat Mater*, et antiphona *Salve, Regina*, necnon sequentia *Veni, sancte Spiritus*. De auctoribus hæsitatur. Quidam enim *hymnum* illum seu rhythmum compositum a beato Jacopono, quidam vero ab Innocentio III editum affirmarunt; *antiphonam* alii S. Bernardo, alii Hermero, episcopo podiensi, alii Petro Compostellano, alii Hermanno Contracto, monacho benedictino, de quo sæculo IX, adscripsere; *equentiam* Innocentio III prælaudato. Inclusio cardinalium in conclavi ad eligendum summum pontificem cœpit an. 1276, in electione Innocentii V ex præscripto constitutionis latæ a prædecessore Gregorio X, cujus extat decretum in vi cap. *Ubi periculum*, 3 *De elect.* Annus jubilæi, cujus quædam imago præcesserat in veteri lege, Levit. cap. xxv, institutus est a Bonifacio VIII, ac primo celebratus anno 1300. Extat Bonifacii decretum cap. *Antiquorum*, Extravag. Comm. lib. III.

Præc. capite commemorans viros sanctissimos, mentionem feci ordinum religiosorum ab illis institutorum. Æquum est, ut etiam cæteros, atque singulorum recenseam approbationem,

Sacer itaque ordo Prædicatorum confirmatus fuit anno 1216 ab Honorio III. Idem Honorius confirmavit ordinem FF. Minorum, quem tamen oraculo vivæ vocis approbaverat Innocentius III, anno 1209, Regulam quoque Carmelitis, traditam ab Alberto Jerosolymitano, idem Honorius confirmavit, quam tamen postea mitigavit Innocentius IV. Unionem Eremitarum in unum Augustinensium cœtum ratam habuit, probavitque Alexander IV anno 1257¹. Hi sunt quatuor ordines *mendicantium*. A Gregorio autem IX adprobatus fuit ordo Beatæ Mariæ de Mercede anno 1235. Ab Innocentio IV ordo Servorum B. M. V. et monachorum sylvestrinorum an. 1247. Cælestinorum institutum a Cælestino V ante 1294 nomen traxit ac firmitudinem. Instituit anno 1215 B. Eusebius, archiepiscopus strigoniensis, ordinem Eremitarum S. Pauli, primi cultoris eremi, sed confirmatus tantum fuit a Joanne XXII anno 1328. Prætermittimus quarundam congregationum, ordinumque equestrium institutionem ad hoc sæculum referendam².

EXTERNARUM RERUM ACCESSIO.

Administraverunt Galliarum regnum post Philippum Augustum, extinctum anno 1223, *Ludovicus VIII*, qui decessit anno 1226. Deinde *S. Ludovicus IX*, vita functus anno 1270, de quo etiam supra cap. v, inter sanctos relatus anno 1297 a Bonifacio VIII. Regnavit postmodum *Philippus III*, cognomento *Audax*, usque ad annum 1285; deinde *Philippus IV*, a formæ elegantia dictus *Pulcher*, ad annum usque 1314.

Regnum vero Castellæ post Alphonsum VIII, vita functum 1214, tenuerunt *Henricus I*, qui obiit anno 1217³. *Ferdinandus III*, rex etiam Legionis, qui sancte decessit anno 1252.

¹ Ordo Eremitarum S. P. Augustini unionem istam præcessit; nam concilium II lugdunense, celebratum an. 1274, declaravit eundem ordinem connumerandum non esse inter recentiores tunc institutos, eo quod ille, sicut et carmeliticus, præcesserit generale conc. lateranense IV, celebratum an. 1215. Vid. caput *Religionum*, de relig. Dom., in vi.

² Primo hujus sæculi anno, id est 1201, institutus ordo S. Spiritus in *Saxia* Romæ.

³ *Alphonsus IX* mortuus an. 1231, rex Legionis.

Alphonsus X, cognomento *Sapiens*¹, a filio Sanctio pulsus e throno anno 1284. Idem *Sanctius* hujus nominis IV, qui cessit e vita anno 1295, et *Ferdinandus IV*, qui regnavit usque ad annum 1312. Inter ea temporis regnarunt in Navarra *Sanctius VIII*, *Theobaldus*, *Theobaldus II*, *Henricus* et *Joanna*, quæ decessit anno 1204. In Aragonia vero post Petrum II, defunctum anno 1213, *Jacobus I*, *Petrus III*, *Alphonsus III* et *Jacobus II*, qui obiit anno 1327. Atque in Lusitania, cujus regnum incepit superiori sæculo XII, in quo ab anno 1139 usque ad annum 1212 regnaverant *Alphonsus I* et *Sanctius I*; post Sanctium regno potiti sunt *Alphonsus II* et *Sanctius II*, *Alphonsus III* et *Dionysius*, qui naturæ concessit an. 1325². Quæ in Oriente contigerunt hoc sæculo, ista præsertim sunt. In Syria anno 1202, ingenti terræmotu, quem consecutæ sunt pestilentia et fames, concidit Tyrus, omnesque urbes maritimæ concussæ sunt. Occupata a Latinis anno 1204 C. P., anno autem proximo pactæ ab iis ad sexenium cum Saracenis induciæ. Themiatem, vulgo *Damiatam*, apud Pelusium in Ægypto, christiani anno 1219 expugnarunt. Reddiderunt tamen anno sequenti, incensis a Saracenorum exercitu navibus illorum 750 et Nili hærentes paludibus. Theodorus Angelus anno 1221 occidit ad Dyrraquium³, Macedoniae urbem, latinum imperatorem Petrum Cortiniacum juxta Vossianam historiæ Epitomen; quod tamen anno 1217 evenisse putamus. Aulicus, qui anno 1228 interfecit Rupertum imp. orientis, imperatrici, cujus nuptias consequi non poterat, nares abscidit. Fredericus II imperator anno 1229 cum sultano Babylonie iniit fœdus, eique partem aliquam Jerosolymæ adeptus, templum arcemque reliquit.

¹ Anno 1252 *Alphonsus*, rex Hispaniarum, fixit æram suam kal. junii, feria 7, et motuum cœlestium tabulas, quas appellant *alphonsinas*, conquestis astronomorum exercitatissimis, expenditque eam in rem quater centena millia aureorum.

² In Anglia rex *Joannes*, anno 1216, *Henricus III* 1273, *Eduardus* 1308. In Polonia autem *Micislaus* anno 1202 restitutus, *Lescus* 1226, *Boleslaus IV* 1279, *Lescus II* 1289, *Primislaus* 1296, *Wenceslaus* anno 1395 fati cesserunt.

³ Vulgo *Durazzo*.

Tartari anno 1244 ex Hungaria et Perside pulsi, sese in christianos commorantes in Syria effuderunt, instigante sultano, a quo in suam ditionem redacta Jerusalem, templique supellex in Mahumetis ædem translata fuit. S. Ludovicus, Galliarum rex, anno 1249 Tamiathem recuperavit, quæ tamen sequenti anno diruta est, cæsis christianis quamplurimis. Tartari christianam amplexi religionem anno 1258 occupavere Babylonem, receptusque anno 1261 Michael Palæologus C. P., ut dictum est alibi. Benedocdar sultani dux anno 1288 expugnavit Antiochiam, cæsis christianorum 17,000 et 100,000 in captivitatem abductis. Anno 1289 sultanus cepit evertitque Tripolim; expugnavit deinde Tyrum, Sidona et Berytum, ac Ptolemaidem quoque anno 1291 excidit¹, deletumque est regnum christianorum in Syria. Sequenti tamen anno sultanus cum invadere meditaretur Cyprum, trucidatus fuit a suis. Palæstina, quam anno 1294 recuperavit Cassanus, rex Tartarorum factus christianus, rursus anno 1300 prodicione præfecti Damasceni rediit ad Saraenos. Hoc anno, sæculi XIII postremo, fertur Othmen, vulgo *Othomanum*, præfectum Ciliciæ, creatum fuisse mortuo Aladino sultano et othomanicam condidisse familiam; quod alii ad annum 1298 retulerunt, alii ad annum 1302, seu 1303.

Videamus, an feliciora in Occidente contigerint. Philippum imperatorem anno 1208 parricidio necatum, dictum est supra.

¹ Ptolemais, seu *Aera*, dicta a nostratibus civitas S. Joannis, quod fuerit olim sedes Equitum S. Joannis jerosolymitanorum, ut diximus præced. sæculo, cap. vi, *Colonia Claudia* appellatur a Plinio. Olim *Acam* ab Aco, Ptolomæi regis Ægypti fratre, dictum volunt. Expugnaverat illam ante adventum Domini Tigranes, Armeniæ rex. Coloniam constituit Claudius Cæsar. A Tigrae dirutam instauraverat Pompeius. Occupatam anno 1104 a Balduino diximus in appendice sæculi XII. Rursus illam post quinquennium tenuerunt christiani. Rediit ergo an. 1291, die 3 maii, ad Saraenorum tyrannidem. Perierunt tum gladio fidelium 25,000, in captivitatem abducti 20,000. Nil modo, si percommodum portum excipias, vestigium pristinae amplitudinis illic apparet. In cruce signatorum expeditione, quæ cœpit anno 1095, suadente Petro Eremita, a Græcis appellato *Coucopetro*, usque ad annum 1291 perierunt fidelium militum circa 2,000,000, atque divisione principatum, christianorumque principum dissensione, victoria in luctum pertransit; quæ enim pepererat christiana charitas et crucis humilitas, ea sustulit atrox discordia et turpis ambitio.

Germani, duce Andrea Hungariæ rege, anno 1216 in Palæstinam expeditionem instituerunt. Fredericus II an. 1234 Hungaros superavit; addiditque imperio Viennam Austriæ. Idem Fredericus anno 1249 Parmam occupavit; Gullielmus acclamatus imperator anno 1256, interfectus in Frisia¹; Manfredus apud Beneventum anno 1265 et Conradinus in Marsis anno 1268 a Carolo Andegavensi, Siciliæ regnum incepto, fuerunt devicti. *Vesperæ siculae*, in quibus omnes Galli, quoquot in insula erant, interfecti fuerunt, consignantur anno 1282, III kal. augusti². Prælium ad Spiram, quo Albertus Austriacus interfecit Adolphum Nassavium imp., contigit postridie kal. julias, anno 1298. Ultimo hujus sæculi anno, id est, 1300, exortæ fuerunt Pistorii factiones, quas Nigrorum, Blancorumque dixerunt.

Ad litterarum incrementa plurimum contulerunt institutæ hoc sæculo Academiæ, nempe sæculi initio salmanticensis, patavina anno 1222, tolosana anno 1233, neapolitana an. 1239, aboensis in Suecia anno 1240, cantabrigensis anno 1280, monepsulana anno 1289 et olyssiponensis an. 1290. Inter scriptores vero, præter ecclesiasticos commemoratos cap. iv, aliosque præstantissimos, causa brevitatis prætermisissos, cujusmodi fuerunt Stephanus Langtonus, Lucas Tudensis, Robertus Grosthead seu Capito, Manuel Ephesinus, Joannes Castor, Remigius Florentinus, alique complures, honestissimum sibi compararunt nomen in historia quidem Joannes de Oxonio, qui res anglicas scripto tradidit, Conradus cognomento Philosophus, cujus est Chronicon inscriptum *Ἀπόγραφον*, Joannes alter Anglus,

¹ Superiori anno 1248, *Victoriam*, ligneam urbem, quam Fredericus in obsidione civitatis Parmæ construxerat, Parmenses expugnarunt, affixis illic in edito et conspicuo loco hisce versibus :

Per te, rex alme, cessit Victoria Parmæ.
Antiphrasi dicta cessit Victoria victa.

² Comes Hugolinus de Gherardesca, anno 1288, Pisis ob patriæ prodicionem in turre cum filiis fame necatus fuit. Historiam tamen a Joanne Villani, lib. VII, cap. cxx et cxxvii descriptam, pluribus scaterere erroribus, iisdemque implicari viros clarissimos, qui commentaria ediderunt in Dantem Aligherium *Inf. cant. xxxiii*, ex authenticis monumentis demonstrat vir præstantissimus Flaminius de Burgo, eques, et JC. Pisanus, in patrio Lyceo professor publicus.

et patria Eboracensis, vulgo *Holifax*, appellatus *De Sacro Bosco*, qui librum condidit de sphaera mundi, Rodolphus Niger, a quo item duplex chronicon editum fuit usque ad annum 1213 deductum, Sozomenus, presbyter pistoriensis, et Vincentius Cadluecus, Polonus, historici; atque de temporibus carmine, pro genio sæculi haud ineleganti, scripsit Justinus Lippiensis, ac de bello trojano, segregatis ab historia fabulis, Josephus Devonius Iscanus libros sex, quorum est initium,

Illiadum lacrymas, concessaque Pergama fatis.

Adde poetis Philippum Gualterum Castellionium, ab episcopatu *Magalonensem* appellant, qui carmine condidit *Alexandreida*, id est libros IX *De rebus gestis ab Alexandro Magno*; extatque illius epitaphium apud Vossium, *De poetis latinis*, cap. VI:

Insula me genuit, rapuit Castellionomen,
Perstrepueritque modis Gallia tota meis.

Excelluit demum in utroque jure Franciscus Accursius, Florentinus¹, Acæonis quondam auditor et glossatorum veterum coryphæus, quem Cujacius præferendum esse putabat cunctis latinisque legum interpretibus.

¹ Obiit Bononiæ anno 1229 *Accursius* ejus pater; distinguendi sunt enim. Is filiam habuit, quæ jus civile Bononiæ publice docuit. Vide Pancirol. lib. II, cap. XXIX. Francisci Accursii frater *Cervotius*, cujus Glossæ *Cervotianæ*, ineptæ, a paternis dissitæ et passim rejectæ. De Petro Vineâ Campano et optimarum epistolarum scriptore, ejusque infelici exitu. Ricordanus in *Historia hetrusca*, Dantes *Inferni* cantu XIII, Landinus et Velutellus ibidem, et Joan. Villani, lib. VI, cap. III.

DECIMUM QUARTUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

QUI SÆCULO XIV SEDERUNT IN PETRI CATHEDRA.

Anno 1303, V idus octobris, extinctum Bonifacium VIII, dictum est supra. Post obitum autem Bonifacii Ecclesiæ præfuerunt catholicæ *B. Benedictus XI, Clemens V, Joannes XXII, Benedictus XII, Clemens VI, Innocentius VI, Urbanus V, Gregorius XI, Urbanus VI* et *Bonifacius IX*.

CXCIV. Benedictus XI, antea Nicolaus Boccasini, Tarvisinus, supremum ordinis Prædicatorum magistratum indeptus, et a Bonifacio VIII purpura vaticana exornatus, decima ab hujus obitu die inauguratus est pontifex, sedemque romanam tenuit mensibus 8, e vivis sublatus anno 1304, die 6 jul. Ferunt extinctum veneno ei in ficibus propinato Perusiæ. Quo auctore non constat. Virtutes omnes mirifice coluit, pacis studium præsertim et humilitatem, adeo ut parentem suam non nisi vili indutam habitu exceperit. Sanctorum fastis illius insertum est nomen.

CXCV. Sedit postea *Clemens V*, pridem Bertrandus archiepiscopus burdigalensis, electus die 21 julii Perusiæ¹, et coronatus Lugduni die 14 novemb., anno 1305, in Galliarum regem beneficentissimus, Sedem apostolicam transtulit Avenionem², Templarios extinxit, viennense concilium celebravit,

¹ Bertrandus cognomento *Gothus* suæ electionis nuncium accepit, dum visitaret prioratum de Lisinhaco in diocesi pictaviensi.

² Inter pontifices qui Avenione sederunt, plures vitæ extiterunt integerrimæ, et mendacii redarguendi sunt, qui cum Petro *Giannone* scripsere, propter ipsorum pontificum improbitatem dici a Petro Joanne Olivi ord. Min. *Comment. in Apoc.* Ecclesiam avenionensem *Babylonem*. Iste enim auctor

et patria Eboracensis, vulgo *Holifax*, appellatus *De Sacro Bosco*, qui librum condidit de sphaera mundi, Rodulphus Niger, a quo item duplex chronicon editum fuit usque ad annum 1213 deductum, Sozomenus, presbyter pistoriensis, et Vincentius Cadluceus, Polonus, historici; atque de temporibus carmine, pro genio sæculi haud ineleganti, scripsit Justinus Lippiensis, ac de bello trojano, segregatis ab historia fabulis, Josephus Devonius Iscanus libros sex, quorum est initium,

Illiadum lacrymas, concessaque Pergama fatis.

Adde poetis Philippum Gualterum Castellionium, ab episcopatu *Magalonensem* appellant, qui carmine condidit *Alexandreida*, id est libros IX *De rebus gestis ab Alexandro Magno*; extatque illius epitaphium apud Vossium, *De poetis latinis*, cap. VI:

Insula me genuit, rapuit Castellionomen,
Perstrepuisque modis Gallia tota meis.

Excelluit demum in utroque jure Franciscus Accursius, Florentinus¹, Acæonis quondam auditor et glossatorum veterum coryphæus, quem Cujacius præferendum esse putabat cunctis latinisque legum interpretibus.

¹ Obiit Bononiæ anno 1229 *Accursius* ejus pater; distinguendi sunt enim. Is filiam habuit, quæ jus civile Bononiæ publice docuit. Vide Pancirol. lib. II, cap. XXIX. Francisci Accursii frater *Cervotius*, cujus Glossæ *Cervotianæ*, ineptæ, a paternis dissitæ et passim rejectæ. De Petro Vineâ Campano et optimarum epistolarum scriptore, ejusque infelici exitu. Ricordanus in *Historia hetrusca*, Dantes *Inferni* cantu XIII, Landinus et Velutellus ibidem, et Joan. Villani, lib. VI, cap. III.

DECIMUM QUARTUM ECCLESIAE SÆCULUM.

CAPUT PRIMUM.

QUI SÆCULO XIV SEDERUNT IN PETRI CATHEDRA.

Anno 1303, V idus octobris, extinctum Bonifacium VIII, dictum est supra. Post obitum autem Bonifacii Ecclesiæ præfuerunt catholicae *B. Benedictus XI, Clemens V, Joannes XXII, Benedictus XII, Clemens VI, Innocentius VI, Urbanus V, Gregorius XI, Urbanus VI* et *Bonifacius IX*.

CXCIV. Benedictus XI, antea Nicolaus Boccasini, Tarvisinus, supremum ordinis Prædicatorum magistratum indeptus, et a Bonifacio VIII purpura vaticana exornatus, decima ab hujus obitu die inauguratus est pontifex, sedemque romanam tenuit mensibus 8, e vivis sublatus anno 1304, die 6 jul. Ferunt extinctum veneno ei in ficibus propinato Perusiæ. Quo auctore non constat. Virtutes omnes mirifice coluit, pacis studium præsertim et humilitatem, adeo ut parentem suam non nisi vili indutam habitu exceperit. Sanctorum fastis illius insertum est nomen.

CXCV. Sedit postea *Clemens V*, pridem Bertrandus archiepiscopus burdigalensis, electus die 21 julii Perusiæ¹, et coronatus Lugduni die 14 novemb., anno 1305, in Galliarum regem beneficentissimus, Sedem apostolicam transtulit Avenionem², Templarios extinxit, viennense concilium celebravit,

¹ Bertrandus cognomento *Gothus* suæ electionis nuncium accepit, dum visitaret prioratum de Lisinhaco in diocesi pictaviensi.

² Inter pontifices qui Avenione sederunt, plures vitæ extiterunt integerrimæ, et mendacii redarguendi sunt, qui cum Petro *Giannone* scripsere, propter ipsorum pontificum improbitatem dici a Petro Joanne Olivi ord. Min. *Comment. in Apoc.* Ecclesiam avenionensem *Babylonem*. Iste enim auctor

Clementinas in unum volumen cœgit, Henricum VII imperatorem, aliosque invadentes regnum neapolitanum diris coercuit, S. Petrum Cælestinum adscripsit sanctorum catalogo, obiitque non procul ab Avenione *Roquemaure* anno 1314, die 20 aprilis. Vitia ei complura exprobrat Joannes Villani, lib. LX, cap. LVIII, ambitionem præsertim, avaritiam, simoniacam labem, incestuosam consuetudinem, artemque magicam; nec dissentit III *Hist. S. Antoninus*; sed has criminationes Henricus Spondanus, Raynaldus, alique diluerunt.

CXCVI. Post diuturnum interpontificium ob cardinalium dissidia, anno 1316, die 7 augusti, electus est *Joannes XXII*, antea Jacobus Eusius, card. episcopus portuensis. Non ille semetipsum, ut quidam scripsere, nominavit, sed pleno electus est cardinalium suffragio¹. Exortum eo sedente schisma *Petri de Corbaria* ordin. Minorum², erupitque secta profanorum hominum, quos *bequinos* et *fraticellos* dixere. Petrus Aprutinus opera Ludovici Bavari intrusus, anno 1330 pontificis personam deposuit, pœnitentiam egit, ac post tres annos ac mensem Avenione decessit. At Joannes Cleri avaritiam ambitionemque compescuit, Marsilii Patavini et Joannis Gandavensis proscripsit assertam, pro sanctorum præsentis gloria quæstionem, in qua erroneam partem falso dicitur sequutus, agitari curavit, *Clementinas* constitutiones vulgavit, addiditque *Extravagantes*, atque e vivis excessit Avenione, die 4 decembris, anno 1334, exacto pontificatus sui anno 18³.

CXCVII. Successit Joanni XXII *Benedictus XII*, antea Joannes Furnarius, cardinalis S. Priscæ ordinis cisterciensis, a cujus ordinis habitu albo Blancus appellabatur. Electus est die 20 de-

obiit an. 1297, et ante Clementem V. Vide sæc. præc., cap. III, not. Clementis V thesaurus expilatus fuit, ac Bertrandus illius nepos, sustulisse dicitur florenos 300,000 ad sacrum bellum comparatos. V. *Fleury*, libro XCII, num. 11.

¹ Cardinales, qui elegerunt Joannem XXII, fuerunt num. 23. Oldoinus 19 enumeravit.

² Petrus antipapa *Nicolai V* nomen assumpsit.

³ Qui Joannem XXII tabernarii filium dixere, illius egregia celebrant merita, quibus ex infimo genere ad supremam adscenderit dignitatem.

cembris, anno 1334, obiitque die 23 aprilis, anno 1342, octavo pontificatus sui. Beneficia ecclesiastica sapientibus probisque tantum contulit; reditus ad Ecclesiæ commoda reservavit, sanguine conjunctis nil contulit, neptemque suam nulli viro nobili ac prædiviti, sed mercatori tantummodo nubere indulsit, solitus dicere, pontificem debere esse, sicut Melchisedech, sine patre, sine matre, sine genealogia, atque interdum ea verba repetere Ps. xviii: *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero*¹.

CXCVIII. Post Benedictum XII sedit *Clemens VI*, ordin. S. Benedict., antea Petrus Rogerius, electus die 7 maii, anno 1342, et vita functus anno 1352, die 6 decembris; tenacis memoriæ atque in nepotes liberalissimus fuit. In parricidas Andree regis neapolitani, in Nicolaum Laurentium in urbe Roma nimia libertate abutentem, atque in flagellantium sectam edidit constitutiones. Annum remissionis ad quinquagesimum coarctavit. Egit cum Joanne Cantacuzeno de unione Græcorum; in Ecclesiæ ditionem anno 1347 redegit Avenionem, et grassante eo temporis pestilentia, impendit fidelibus spiritualia ac temporalia remedia².

CXCIX. Inauguratus deinde Stephanus Aubertus, card. et episcopus ostiensis, electus anno 1352, die 18 decemb., et sublatus e vivis anno 1362, die 12 sept., *Innocentii VI* nomen assumpsit. Commendatur autem ob morum simplicitatem, peritiam canonum et beneficentiam in pauperes. Vide tamen *Revel. S. Birgittæ*, lib. I, cap. xli, et *Not. Consalvi Durandi*.

CC. Successit *Urbanus V*, qui sedit a postrema die octobris

¹ *Benedictum XII* omnes laudant, etiam nuperus auctor operis inscripti *Les Vies des Papes* aut *Histoire des Papes*. Apud Baluzium tamen n. 8 habetur hujus pontificis vita, cujus scriptor illum iniquissime insimulat, tanquam scurram, immanem, impurum, atque ebriosum, proferens nefarium distichon:

Iste fuit Nero, mors laicis, vipera Clero,
Deviis a vero, cupa repleta mero.

Vide, quo progreditur temeritas calumniantium.

² Ad *Clementem VI* iniquissimam epistolam, nomine *Diaboli*, homines quidam nefarii scripsere. De hac epist. plura apud *Fleury*, libro LVI, n. 9, et *Vies des Papes*, tom. III, pag. 461.

anni 1362 usque ad diem 19 decemb. an. 1370. Appellabatur antea Gullielmus Grimoaldus, abbas S. Victoris Massiliensis, ordinis cluniacensis. Venit in Italiam anno 1367, rediitque anno 1370 Avenionem, S. Birgittæ, cujus tamen ordinem in oppido Montis Falisei approbavit, spreto consilio. Sedavit Viterbiensium et Bononiensium tumultus, vicecomitum pacato dissidio, Græcorumque imperatoris Joannis Palæologi abjurationem schismatis, anno 1369 excepit, festa die Lucæ evangelistæ recurrente.

CCI. Rexit deinde Ecclesiam *Gregorius XI*, nepos Clementis VI, electus exeunte decembri, anno 1370, et vita functus die 27 martii, anno 1378 Romæ, in quam urbem reduxit sedem, Avenione discedens die 13 septemb., anno 1376, hortante S. Catharina Senensi, Romamque pervenit die 17 januarii, anno 1377. Damnavit eodem anno Joannem Wiclefum.

CCII. Ubi fatis cessit Gregorius, inauguratus est pontifex *Urbanus VI*, seu Bartolomæus de Prignano, Neapolitanus et archiepiscopus barensis, anno 1378, die 9 aprilis, ingenti clamore minisque papam romanum, aut saltem italum populo postulante. Illius tamen electionem, cessante quoque tumultu, cardinales probarunt, id Leonardo Aretino, Flavio Blondo, Platina, aliisque licet liberioris calami attestantibus. Quare Urbanum esse legitimum pontificem, nequit in dubium verti. Nonnulli tamen cardinales, inter quos tres itali, quamvis Romæ Urbano VI post electionem omnem exhibuissent honorem, numero 16 Fundis in Campania eodem anno 1378, die 19 sept., elegerunt antipapam Robertum Gebennensem cardinalem, imposito ei nomine *Clementis VII*. Hæc atrocissimi schismatis origo fuit. Cum magno fidelium scandalo bullis, excommunicationibus, armisque Urbanus et Pseudo-Clemens invicem pugnarunt. Huic Galliarum, Castellæ et Siciliæ reges adhæsere; cæteri fere omnes Urbano, qui pluribus discrimibus superatis decessit Romæ, non absque sumpti veneni suspitione, die 15 oct., anno 1389. At Clemens VII naturæ concessit Avenione, an. 1394, die 16 sept., correptus apoplexia.

CCIII. Post Urbani obitum Romæ electus est eodem anno 1389,

die 2 nov., *Bonifacius IX*, id est, card. Petrus Tomacelli, Neapolitanus, qui decessit an. 1403, kal. octobris. Post mortem etiam pseudopontificis Clementis VII Avenione an. 1394, die 28 septembris, electus est *Benedictus XIII*, antipapa, scilicet Petrus de Luna cardinalis aragonensis, cui suprema dies fuit prima junii, anno 1424. Frustra pro schismatis extirpatione adlaboratum est. Dicitur Bonifacius IX instituisse reditus, quos vocant *annatas*, vindicans apostolicæ Sedi episcopatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum proventus unius anni. Id contigit anno 1398. Exemplum tamen præcesserat anno 1306 in Clemente V, et anno 1319 in Joanne XXII. Decessit Bonifacius, ut inquit, ne pudicitiam labefactaret, *λιθιασι*, seu calculorum morbo alii tradunt extinctum.

PATRIARCHARUM NOMINA.

Constantinopoli, quæ anno 1261 a Michaele Palæologo fuerat recuperata, post Joannem Soropalitem vita functum an. 1300 sederunt *Nipho*, antea metropolita Cyzicenus, *Joannes XII Glycys* dictus, *Gerasinus* monachus, *Esaias* item monachus, *Joannes XIII*, *Calistus*, *Philotheus* et *Antonius IV*. Is e vita migravit anno 1403; Jerosolymis vero post Rodolphum a Bonifacio VIII exauctoratum, patriarchali functi sunt munere ab an. 1305 *Antonius* Dunelmensis, *Petrus* episcopus Ruthenus, *Raymundus* et *Petrus de Palude*, ord. Prædicatorum. Post Petrum autem vita functum anno 1340, qui consecuti sunt patriarchæ, hanc dignitatem solo nomine ac titulo obtinuerunt.

CAPUT II.

CONCILIA SÆCULI XIV RECENSENTUR.

Unicum est hujus sæculi generale concilium, nempe *vienne*, Viennæ Allobrogum ad Rhodanum, celebratum; indictum quidem anno 1307 a Clemente V, sed habitum anno 1311. Interfuere huic concilio patriarchæ Alexandrinus et Antiochenus, episcopi 114, juxta Joannem Villanum 300, et aliorum prælatorum ingens numerus. Actum in ea synodo de recuperatione Terræ sanctæ, extinctus est ordo Templariorum, cujus

nimia erat potestas et affluentia divitiarum, his ordini S. Joannis Jerosolymitani addictis, ob ipsorum Templariorum flagitia, adeo nefaria, ut Christum abnegarent, turpissimasque exercerent libidines¹, non, ut quidam scripsere, opera Philippi Pulchri Galliarum regis, illorum opibus inhiantis. Damnati item fuerunt in viennensi concilio beguardi et beguinæ, fraticelli ac dulcinistæ, de quibus infra; latum decretum de festo Corporis Christi quotannis celebrando feria 5, post octavam Pentecostes; indictumque, suadente Raymundo Lullo, ut in oxoniensi, parisiensi, aliisque Academiis, hebraica, chaldæa et arabica lingua traderentur. De Templariis actum fuerat in synodo salmanticensi præcedenti anno 1310, ut refert Mariana lib. XV, cap. XI, et in conciliis Hisp. cardinalis de Aguirre, necnon eodem anno Ravennæ et Moguntiæ, ut liquet ex volumine XI *Conciliarum*².

Ad statuendam reformandamque ecclesiasticam disciplinam plures habitæ fuerunt synodi: apud Italos *romana* sub Bonifacio VIII, anno 1302, et *ravennatenses* quinque sub archiepiscopo Raynaldo; atque in priori de obedientia romano præstanda pontifici actum est; in aliis anno 1307, 10, 11, 14 et 17 coactis, de divino cultu reparando.

Celebravit et Hispania synodos plures, præter salmanticensem paulo supra commemoratam, nimirum *Pintia* vulgo *Pennafiel*, Castellæ oppido, anno 1302; *Vallisoleti* 1322; *Toleti* 1323, 24, 39, 55; *Compluti* 1326 et 79; *Palentia* 1388. Hæ pariter synodi ob Dei cultum, moresque, maxime clericorum, celebratæ fuerunt. Omittimus synodum *salmanticensem* anni 1381 et *barcinonensem* anni 1387, in quibus præside Petro de Luna,

¹ Inter *Templariorum* flagitia quidam recensent, sacra peregrisse rejecto Crucis vexillo, suum profitentes institutum initiatos ad simulacrum, cui superinduxerint hominis cutem, et pro oculis infixerint carbunculos duos; morientium cadavera in cineres redegeisse, et cæteris in potum propinasse; subjecto igne torrefecisse natos ex Templarii virginisque conjugio, fœdissimoque masculorum amore exarsisse.

² In conciliis Hispaniæ, causa Templariorum habitis, nihil adversus eos inveniri potuit; liberi ergo dimissi sunt. (*Continuatoris adnotatio.*)

Clemens VII antipapa, non autem Urbanus VI declaratus fuit verus pontifex.

Accessere synodi Galliarum, *compendiense* in Gallia belgica, sive in regione Vallesia, initio sæculi, et rursus anno 1303 celebrata; *auscitana* in Armeniacis anno 1308; *senonensis* in Gallia lugdunensi anno 1320; *rothomagensis* in *Normandia* an. 1330; *andevagensis* in Gallia celtica anno 1336; *narbonensis* anno 1374, aliæque in *Collect. conciliarum* tom. XI apud Baluzium, in *Conc. Galliæ narbonensis*, Gravesonium in *Hist.* hujus sæculi colloquio IV, et Natalem Alex., cap. VI, art. 47 et seq. Egerunt synodi istæ de ecclesiastica jurisdictione et immunitate, de clericorum et monachorum moribus, de ecclesiasticis jejuniis, de sacramentis et casuum reservatione, de congrua parochorum portione et aliis pluribus ad ecclesiarum regimen pertinentibus. Expungendus est conventus ecclesiastico-politicus parisiensis anni 1303, in quo Bonifacius VIII simoniæ, hæresis et homicidii iniquam subiit insimulationem, de qua decreta Ecclesiæ gallicanæ, Puteani fratres, de Marca et Caveus.

Adversus hæreses, præter viennense concilium, celebratum est anno 1341 *constantinopolitanum* contra monachos thessalonicenses montis Athi: de quorum errore Niceph. Gregoras lib. XI *Hist.*, Justellus ad calcem Nomocanonis Photii, ac Dionysius Petavius lib. I *Theolog. dogmatum*, cap. XII, et Natal. Alex., cit. in loco art. 14; sed vide proximo capite quæ dicentur de Palamitis. In collectione conciliar. Britannicæ et in antiquitatibus britannicis extant duo concilia *londinensia* anni 1382 et 1396, indicta a Gulielmo de Courtenay, archiepiscopo cantuariensi, in quibus articuli Joannis Wiclefi tanquam hæretici fuerunt proscripti.

CAPUT III.

DE HÆRESIBUS SÆCULI XIV.

Meminimus superiori sæculo sectæ *fraticellorum*, quos *begardos* et *beguinos*, necnon *fratres spirituales* nuncuparunt.

Qui ex ordine FF. Minorum apostatæ, damnati anno 1297 a Bonifacio VIII, in Siciliam se receperunt, regulam S. Francisci specie tenus a se observari jactantes, duas fingebant Ecclesias, unam virtute decoram et paupertate succinctam apud se comorantem, carnalem alteram et affluentem deliciis, cujus romani pontifices dominarentur; pleraque e valdensium venenato fonte haurientes, sacerdotes crimine pollutos jurisdictione et potestate excidisse, advenisse Antichristum, aliaque garrientes divulgabant, partim hæretica, partim insana, partim fabulosa. Henricum de Ceva schismatica suæ congregationi præfecerunt, eandemque sectam in Galliis propagavit F. Petrus Joannes Olivi Biterrensis ejusdem ordinis¹. Hos itaque Joannes XXII anno 1318, const. *Gloriosam Ecclesiam*, post Bonifacium VIII et Clementem V damnavit.

Verum cum idem Joannes XXII edita Extravaganti *Cum inter nullos*, anno 1323, tanquam hæreticam proscripsisset sententiam asserentium Christum et apostolos nihil in communi, vel in particulari possedissee, *Michael de Cæsana*, ord. Min. generalis minister, necnon Vilelmus Ochamus, doctor insignis, aliaque ejusdem ordinis plures oppositum, tanquam a Nicolao III definitum, propugnarunt. Michael anno 1328 suam coram pontifice opinionem Avenione defendit et anathemate cum Ochamo percussus ac depositus, a Joannis sententia ad Ecclesiam catholicam et ad futurum concilium appellavit. Vide ad cit. annum Vadingum et Raynaldum. Michael idcirco an. 1329 damnatus est tanquam hæresiarcha et schismaticus, et in capitulo generali Parisiis congregato, omnibus ordinis sui muneribus exspoliatus. Suam Michael an. 1330 Monachii edidit apologiam. Sed nihilominus damnatus est etiam in generalibus ordinis sui comitiis anno 1331 Perpiniæ, pluribus ei oppositis

¹ *Fraticellorum* non unam fuisse sectam putamus, neque credimus omnes illicito concubitu fuisse pollutos. Indutos quosdam habitu tertii ordinis S. Francisci tradunt ad annum 1317 Raynaldus et Bzovius. Haud dissentit Alvarus Pelagius, lib. II *De planctu Eccl.*, cap. LII. Adversus Bzovium extat apud Vadingum tom. III *Annalium*, *Nitela Franciscanorum*. Non sunt Minoritis adtribuenda turpia quæ innotuerunt in not. ad cap. III sæculi præcedentis.

erroribus, præsertim quod imperator et clerus romanus possint deponere papam, et huic exhibere obedientiam idem sit ac animam damnare et se hæreticum profiteri. Adesis Odoricum Raynaldum ad annum 1331, n. 45. Michael tamen obiit Monachii pœnitens anno 1343.

Flagellantes, quorum cruenta pœnitentia eruperat in Italia circa annum 1260, cœperunt et hoc sæculo in hæresim et superstitionem degenerare. Aiebant enim neminem, nisi suæ sectæ nomen dedisset, absolvi posse a peccatis, quæ sibi invicem, etsi laicis, confitebantur. De his scriptores agunt ad annum 1349, quo anno 200 Spiræ magno honore fuerunt recepti; 400 alii ad ipsos illuc accesserunt, Argentorati 1,000 numerabantur. Damnavit illos eodem anno Universitas parisiensis, vetuitque Philippus rex, ne sub vitæ discrimine Gallias pervaderent. Anathemate pariter eos percussit Clemens VI. Refutati fuerunt a Joanne Gersone. Illorum conscripserunt historiam Albertus Argentinensis et Schottgen.

Combustum diximus supra *Geraldum Segarellum*, Parmensem; quod contigit Parmæ anno 1300, die 17 julii. Illius errores propagabat anno 1308 ejus discipulus *Dulcinus* Novariensis. Dogmatizabat romanam Ecclesiam post Sylvestrum defecisse; inde pontifices omnes, excepto S. Petro Cælestino, fuisse seductores. Ordines regulares esse fidei catholicæ detrimentum, laicos ad solvendas Ecclesiæ decimas non teneri, perinde esse in sacra æde et in stabulis Deum orare. Et ipse Dulcinus cum scorto, cui Margaritæ nomen, sociisque, anno 1308 membratim cæsus et igne crematus fuit.

In Austria anno 1315 exorta est hæresis *lolhardorum*, auctore quodam¹ Lolhardo; de qua hæresi Trithemius, Spondanus, Fleury, Luciferum et apostatas angelos commendabant. Michaellem et sanctos angelos omni afficiebant injuria. Salutem nomine diaboli apprecabantur. Deiparam Virginem hominem peperisse negabant; sacramenta, omnesque Ecclesiæ ritus spernebant; negabant Deum agnoscere patrata sub terram peccata, rejiciebantque jejunia, sacrificium missæ, invocationem

¹ Ei proprium nomen *Valterus*.

cultumque sanctorum. Lolhardorum unus flammis Viennæ in Austria damnatus, in Bohemia ac Thuringia plusquam 8,000 horum hæreticorum adinveniri, affirmavit¹. Lolhardi etiam wiclefistæ dicuntur.

Marsilius de Padua et *Joannes de Jandun* Gandavensis, potestatem ecclesiasticam subjicientes, temporali docuerunt penes imperatorem esse pontifices instituere, deponere, punire, et sede vacante regere Ecclesiam, addentes Christum ex debito persolvisse didrachma, Petri aliorumque apostolorum parem esse auctoritatem, et Ecclesiam bona temporalia possidere non posse, omnia demum in hierarchia ad nutum imperatoris peragenda esse; quæ asserta proseripsit anno 1324 Joannes XXII.

Turlupini, hoc appellati nomine, quod deserta loca colerent ad instar luporum, quamvis hanc etymologiam rejiciat Beausobre, nudi incedentes palam detegebant verenda et exercebant concubitus, Deumque sola mente orandum esse tradebant. Confundi solent cum manichæis bulgaris, aut cum valdensibus. Forte melius cum adamitis. Horum turlupinorum quinquaginta, sedente Gregorio XI, anno 1373, partim combusti sunt, partim viventes defossi. De his Du Cange in Glossario, Beausobre de adamitis, et ad præcitatum annum Raynaldus et Fleurius.

Nec omittendi sunt commemorati superiori capite *palamitæ* qui in monte Atho prope Thessalonicam, duce Gregorio Palama, jactabant se conspiciere divinum lumen ab æternitate diffusum, illud idem, quod refulsit in monte Thabor in Transfiguratione Christi. *Quiescentes* hi monachi appellabantur, ac refutati fuere a Barlaamo, qui imperante Andronico Juniore e Calabria adierunt Constantinopolim, a Gregorio Acindino et a Joanne Crysolora, et damnati in concilio constantinopolitano, de quo supra.

Restat hæresis *Joannes Wiclefi*. Complures enim alii qui errores hoc sæculo disseminarunt, ut Arnaldus de Villanova, Joannes de Mercuria, Raymundus Lullus, Echardus Guido, Milicius, vulga *Millecci*, et alii a Nat. Alex. descripti peculiarem

¹ Lenfant, lib. II, *Hist. de la Guerre des Hussites*.

sectam non constituerunt. Joannes itaque Wiclefi ortus in Anglia circa annum 1324, anno vero 1367 expulsus a præfectura collegii cantuariensis Oxonii, cœpit regnante Eduardo III venenata dogmata spargere anno 1375. Marsilii Patavini et Janduni adversus ecclesiasticam potestatem adoptavit errores, substantiam panis et vini in sacramento permanere cum accidentibus tradidit, romanam Ecclesiam appellavit Satanæ synagogam, Decretalium auctoritatem, studiumque damnavit. Monachorum institutionem, vota et mendicitatem reprehendit, tanquam diabolo suadente adinventa. Omnia docuit ex necessitate contingere. Avaritiæ præsulum deputandum esse ait, quod sibimet confirmandi et consecrandi Ecclesias, atque ordines conferendi reservaverint facultatem. Donationem Constantini et dotes Ecclesiarum censuit deputanda esse peccato¹. Decem et novem hujus generis articulos proseripsit anno 1377 Gregorius XI. Quadraginta quinque proximo sæculo, id est, anno 1415 synodus constantiensis. Patrocinia Joannis Lancastriæ ducis, et Henrici de Perci, castrorum præfecti, Wiclefum reddiderunt pervicaciorem. Extinctus est anno 1387, kalendis januarii².

CAPUT IV.

THEOLOGI SÆCULI XIV, ALIQUE SCRIPTORES ECCLESIASTICI CELEBRIORES.

Ex ingenti scriptorum numero qui sæculo XIV floruerunt, de re theologica optime meritis est *Joannes Duns Scotus*, ordinis Minorum, discipulus Gullielmi Varronis, omnium ætatis suæ theologorum facile princeps, utriusque juris peritissimus, ®

¹ Eruditus editor *Doctrinalis fidei catholicæ*, Thomæ Valdensis, n. 2, Præf., ait sectam Wiclefi appellatam fuisse *lollardicam*, ejusque sectatores *lollardos*, quoniam vox anglica *lolard* idem sonat, ac latina seminator *lolii*; eandemque sectam erupisse affirmat anno 1378, eosque omnes, qui Wiclefo dexteram porrexerunt, Lanchastrium, Ballæum, cæterosque recenset. Vide Thomæ Valdensis *Doctrinale*, Venetis typis an. 1757 pro-cusum.

² Anno 1383, die 29 decembris, dum concionaretur in parœcia de *Lutervorth*, correptus est apoplexia, qua post biennium occubuit.

cultumque sanctorum. Lolhardorum unus flammis Viennæ in Austria damnatus, in Bohemia ac Thuringia plusquam 8,000 horum hæreticorum adinveniri, affirmavit¹. Lolhardi etiam wiclefistæ dicuntur.

Marsilius de Padua et *Joannes de Jandun* Gandavensis, potestatem ecclesiasticam subjicientes, temporali docuerunt penes imperatorem esse pontifices instituere, deponere, punire, et sede vacante regere Ecclesiam, addentes Christum ex debito persolvisse didrachma, Petri aliorumque apostolorum parem esse auctoritatem, et Ecclesiam bona temporalia possidere non posse, omnia demum in hierarchia ad nutum imperatoris peragenda esse; quæ asserta proseripsit anno 1324 Joannes XXII.

Turlupini, hoc appellati nomine, quod deserta loca colerent ad instar luporum, quamvis hanc etymologiam rejiciat Beausobre, nudi incedentes palam detegebant verenda et exercebant concubitus, Deumque sola mente orandum esse tradebant. Confundi solent cum manichæis bulgaris, aut cum valdensibus. Forte melius cum adamitis. Horum turlupinorum quinquaginta, sedente Gregorio XI, anno 1373, partim combusti sunt, partim viventes defossi. De his Du Cange in Glossario, Beausobre de adamitis, et ad præcitatum annum Raynaldus et Fleurius.

Nec omittendi sunt commemorati superiori capite *palamitæ* qui in monte Atho prope Thessalonicam, duce Gregorio Palama, jactabant se conspiciere divinum lumen ab æternitate diffusum, illud idem, quod refulsit in monte Thabor in Transfiguratione Christi. *Quiescentes* hi monachi appellabantur, ac refutati fuere a Barlaamo, qui imperante Andronico Juniore e Calabria adierunt Constantinopolim, a Gregorio Acindino et a Joanne Crysolora, et damnati in concilio constantinopolitano, de quo supra.

Restat hæresis *Joannes Wiclefi*. Complures enim alii qui errores hoc sæculo disseminarunt, ut Arnaldus de Villanova, Joannes de Mercuria, Raymundus Lullus, Echardus Guido, Milicius, vulga *Millecci*, et alii a Nat. Alex. descripti peculiarem

¹ Lenfant, lib. II, *Hist. de la Guerre des Hussites*.

sectam non constituerunt. Joannes itaque Wiclefi ortus in Anglia circa annum 1324, anno vero 1367 expulsus a præfectura collegii cantuariensis Oxonii, cœpit regnante Eduardo III venenata dogmata spargere anno 1375. Marsilii Patavini et Janduni adversus ecclesiasticam potestatem adoptavit errores, substantiam panis et vini in sacramento permanere cum accidentibus tradidit, romanam Ecclesiam appellavit Satanæ synagogam, Decretalium auctoritatem, studiumque damnavit. Monachorum institutionem, vota et mendicitatem reprehendit, tanquam diabolo suadente adinventa. Omnia docuit ex necessitate contingere. Avaritiæ præsulorum deputandum esse ait, quod sibimet confirmandi et consecrandi Ecclesias, atque ordines conferendi reservaverint facultatem. Donationem Constantini et dotes Ecclesiarum censuit deputanda esse peccato¹. Decem et novem hujus generis articulos proseripsit anno 1377 Gregorius XI. Quadraginta quinque proximo sæculo, id est, anno 1415 synodus constantiensis. Patrocinia Joannis Lancastriæ ducis, et Henrici de Perci, castrorum præfecti, Wiclefum reddiderunt pervicaciorem. Extinctus est anno 1387, kalendis januarii².

CAPUT IV.

THEOLOGI SÆCULI XIV, ALIQUE SCRIPTORES ECCLESIASTICI
CELEBRIORES.

Ex ingenti scriptorum numero qui sæculo XIV floruerunt, de re theologica optime meritis est *Joannes Duns Scotus*, ordinis Minorum, discipulus Gullielmi Varronis, omnium ætatis suæ theologorum facile princeps, utriusque juris peritissimus, ®

¹ Eruditus editor *Doctrinalis fidei catholicæ*, Thomæ Valdensis, n. 2, Præf., ait sectam Wiclefi appellatam fuisse *lollardicam*, ejusque sectatores *lollardos*, quoniam vox anglica *lolard* idem sonat, ac latina seminator *lolii*; eandemque sectam erupisse affirmat anno 1378, eosque omnes, qui Wiclefo dexteram porrexerunt, Lanchastrium, Ballæum, cæterosque recenset. Vide Thomæ Valdensis *Doctrinale*, Venetis typis an. 1757 pro-cusum.

² Anno 1383, die 29 decembris, dum concionaretur in parœcia de *Lutervorth*, correptus est apoplexia, qua post biennium occubuit.

qui florente adhuc ætate obiit Coloniae anno 1308, die 8 novembris, festinato nimis, ut inquit, elatus funere. Floruerunt in eodem Minorum ordine *Petrus Aureolus*, archiepiscopus aquensis, vita functus die 27 aprilis anno 1322; *Antonius* item Aragonius, qui obiisse fertur anno 1320; *Franciscus Mayronis* Gallus, extinctus Placentiæ anno 1325; *Gullielmus Ochamus* Anglus, nimium ardens appellatus a Bellarmino, quod Ludovico Bayaro contra Joannem XXII adhæserit, quem ferunt decessisse Monachii, anno 1347, die 10 april.; *Pelagius Alvarus*, qui in apologia, libroque *De planctu Ecclesiæ* prædictum Ochamum confutavit, et naturæ concessit episcopus sylvensis post annum 1340, sepultus Hispali apud Clarissas, et *Thomas Braduardinus*, qui edidit præclarum opus *De causa Dei* contra Pelagium; claruit autem in Anglia circa annum 1350. Hunc a Vadingo prætermissum *Ambrosius* de Altamura Dominicanis accenset, *griseis vestibus*, ut inquit Supplem. in Bellarminum Philippus Labbe, in albas mutatis.

At non eget alieno splendore clarissimus ordo Prædicatorum, in quo hoc eodem sæculo claruerunt theologi præstantissimi, nimirum *Nicolaus Trivet* Anglus, circa an. 1307. Hunc a Theophilo Raynaudo lacessitum Vincentius Baronius, Casalas et Graveson vindicarunt. Laudantur præterea *Joannes* de S. Geminiano, *Bertrandus* de Trilla, *Durandus* a S. Portiano, et magister ordinis *Herveus Britto* Aremoricus, quorum primus vivebat anno 1310, alter hujus sæculi initio, tertius florebat anno 1320, quartus autem obiit Narbonæ anno 1323. His accesserunt *Petrus Paludanus* Burgundus, *Bartholomæus Albitius* Pisanus, *Henricus Suso* Suevus, *Rupertus Kolkot* Anglus, *Joannes Schadland* Germanus, *Joannes Tambacensis*, aliique quamplurimi.

Florentissima quoque germina protulit augustiniana familia: ne etenim exscribamus *Elsium*, *Pamphilum*, *Herreram*, in solo III volumine *Oper.* Ven. Bellarmini postremæ Venetæ editionis, enumerantur *Jacobus Viterbiensis*, archiepiscopus neapolitanus, pag. 465; *Augustinus Triumphus*, de quo superiori sæculo, pag. 466; *Alexander* de S. Elpidio, pag. 471; *Henricus*

de Urimania Germanus, pag. 482; *Simeon Fidatus* a Cassia, pag. 484; *Jacobus Tolosanus*, pag. 487; *Thomas de Argentina*, prior generalis, pag. 489; *Bartholomæus* Urbinas ead. pagina; *Gregorius Ariminensis* itidem generalis, pag. 490¹; *Alphonsus Vargas*, Toletanus, archiepiscopus Hispalensis, pag. 492; *Petrus* de Paternis, pag. 493; *Jordanus* de Saxonia, pag. 495; *Hugolinus* Urbevetanus, pagina 498; *Augustinus* Asculanus, pag. 502, et *Simon* Cremonensis eadem pagina, columna 2. Hi quanta præditi fuerint theologiæ scientia facile ex locis, quæ indigitavimus, erui potest.

Si autem vacaret per alias vagari religiosorum virorum familias, quot nobis occurrerent theologi sapientissimi? Exhiberet sacer Carmelitarum ordo *Cidonem* Catalanum, qui de omnibus hæresibus pertractavit circa annum 1330; *Joannem Baconem* Anglum, qui obiit Londini anno 1346; *Philippum Ribotum*, qui decessit anno 1391; *Joannem Angrianum*, cognomento *Incognitum*, vita functum Bononiæ anno 1396, et *Joannem Tolosanum* agnomine *Grossum*, labente sæculo electum generalem ordinis moderatorem. *Clementem* Florentinum celebrat cum Servorum B. M. Virg. Annalibus Possevinus in apparatu. Quid monachorum congregationes? Benedictini *Gullielmum* de Nangiaco, *Matthæum* Westmonasteriensem, *Durandum* Normannum, *Hervæum* Canomānensem, *Bernardum*, abbatem cassinensem et S. romanæ Eccl. cardinalem, *Richardum* Cestrensem, *Ranulphum* Hidgen, *Petrum* Berchorium; cistercienses *Petrum*, monachum Clarævallensem, *Galum*, abbatem aulæ regiæ in Bohemia; carthusiani *Ludolphum* Bambergensem, *Henricum de Hassia*, et canonici regulares *Joannem Rysbrokium* Belgam, et *Raymundum Jordanum* cognomento *Idiotam*, jure meritoque commendant. Atque hi omnes cum theologiæ studio sacram eruditionem sollertissime

¹ *Thomas Argentinas* et *Gregorius Ariminensis*, uterque augustinianæ familiæ, priores generales, summique theologi eodem Viennæ Austriæ conduntur tumulo, obiitque unus anno 1359, alter anno proximo. Cardinalis *Bonaventura Perageus*, Patavinus, occisus an. 1389. *Albertus* item Patavinus floruit hoc sæculo. *Joannes Dunck* de Saxonia, etiam astronomus celeberrimus, qui anno 1331 condidit canones tabularum *Alphonsi* regis.

copularunt, præsertim sacrarum litterarum, canonum, historiarum peritiam. Quamquam in sacris exponendis litteris videntur diligentiore operam *Idiota* et *Incognitus* nuper laudati, *Nicolaus Lyranus* ex Judæo christianus, et regulæ Minorum professor, qui cessit e vita anno 1349; *Henricus* item de Hassia, nuperrime laudatus, et *Nicolaus* de Gorham Anglus, ord. Prædicatorum, de quo vide Bellarminum *De script. Eccl.* ad annum 1350. Canonum vero exposuerunt doctrinam in *Summa aurea*, *Monaldus* Justinopolitanus, Dalmata, martyrio coronatus a Saracenis an. 1332¹; *Joannes Andreas* Bononiensis J. C. doctissimus, qui scripsit Commentaria in V libros Decretalium, in VI et in Clementinas, periitque pestilentia anno 1348; *Albericus* Bergomensis, coævus Bartoli, et *Baldus Ubaldu* Perusinus, Bartoli auditor² et J. C. clarissimus, qui, præter ea quæ spectant ad jus civile, edidit etiam commentaria in libros Decretalium, obiitque Ticini anno juxta Trithemium 1323, juxta alios 1320. Ecclesiasticam historiam illustrarunt ex Latinis *Siffridus*, presbyter misnensis, in Epitome ab anno 458 usque ad annum 1307; *Eberardus* Ratisponensis, archidiaconus, in Chronico ab anno 1273 usque ad annum 1305; *Joannes Beleth*, Parisiensis (qui scripsit etiam de divinis officiis), in Chronologia scriptorum ecclesiasticorum; *Albertinus Mussatus* Patavinus, defunctus Clodii exul an. 1329; *Ptolomæus* Lucensis, ord. Prædicatorum, episcopus torcellensis, in Annalibus impressis Lugduni, ab anno 1060 usque ad annum 1303, atque in XXIV libris *Hist. Eccl. mss.*, asservatis in bibliotheca vaticana, cod. 3766. Protrahitur hæc historia usque ad annum 1341. Demum (neque enim plures illos memorare fas est, qui historias condiderunt peculiare) Annales conscripsit *Henricus*, mona-

¹ Fuit ord. Min. et archiep. Beneventanus, nisi potius *Monaldus*, archiepiscopus a *Monaldo* martyre, et a *Monaldo*, auctore *Summæ* sit secernendus.

² Ipsius tamen Bartoli præceptoris sui nomen ob æmulationem, magno ingrati animi vitio 43 annis, quibus superstes fuit, semper deprimere et obscurare Baldus curavit. De illo quidam cecinit:

Qui Baldum juri negat accendisse lucernam,
Ille potest medio sole negare diem.

chus rebdofensis, Germanus, ab an. 1295 usque ad an. 1372.

Dixi ex Latinis; nimium enim prolixus forem, si etiam Græcorum facienda esset mentio. Celebriorum dumtaxat recensenda sunt nomina. Sunt ii *Nicephorus*, Callisti filius, *Nicephorus Gregoras*, *Gregorius Pachymeres*, *Joannes Cantacuzenus*, imperator; adde, qui de variis theologiæ dogmatibus scripsere, *Theophanem*, archiepiscopum nicænum, *Nilum Cabasilam* Thessalonicensem¹, *Gregorium Acyndinum* *Nicolaum Cabasilam*, Nili nepotem et in archiepiscopatu Nicææ successorem, *Matthæum Blastarem*, *Manuelem Calecam* et *Joannem Cyparissiotam*.

Plures utique, at non omnes, hujus sæculi scriptores, enumeravimus, nam et fœminæ doctrina et virtutibus claruerunt. Eminent has inter *Birgitta* vidua et *Catharina* Senensis. Illa Suecorum princeps, regulam pro instituto a se ordine, librosque octo *Revelationum* conscripsit. Obdormivit Romæ, die 23 julii, anno 1373, eamque inter sanctas retulit Bonifacius IX, anno 1391. Catharina vero ord. Præd., epistolas cccxliv vernacula lingua et dialogos sex litteris tradidit. In schismate ferventi studio adhæsit Urbano VI, impulitque Gregorium XI, ut Romam sedem Avenione referret. Romæ et ipsa decessit die 29 aprilis, anno 1380. Sanctis eam adscripsit anno 1461 Pius II.

CAPUT V.

UTRIUSQUE IMPERII RECTORES.

Albertus cognomento *Monoculus*, anno 1308, kal. maii, pugione ictus interiit, ut dictum est alibi. Quo perempto ad imperatoriam dignitatem eVectus est eodem anno, kalendis nov. *Henricus VII* Luxemburgensis, approbante Clemente V, ea conditione, ut Romam veniens, coronam acciperet ab apostolicæ Sedis legatis. Id anno 1312 peractum est, quum antea Mediolani ferream Langobardorum coronam accepisset. Hujus urbis regimen vicecomitibus commisit, Gibellinis adhærens,

¹ Nilus et *Nicolaus Cabasilas* fuerunt schismatici, hostesque Latinorum.

Guelphis infensus. Eam ob rem Cremonæ muros disjecit, Florentiam cinxit obsidione, Rupertum regem Neapolitanorum throno deturbare tentavit. Peperit id Henrico cum pontifice Clemente V simultatem. Occubuit septimo anno imperii sui 1313 *Bonconventi*, duodecimo a Senis lapide. Bernardum Politianum, ord. Prædic., illi in die Assumpt. B. M. V., in sacrosancta Eucharistia porrexisset venenum, quidam aperto affirmarunt mendacio. Non tantum illius ordinis scriptores, sed etiam Raynaldus et Fleury ad præcitatum annum hanc exsufflarunt calumniam¹.

Duo post Henrici mortem constituti sunt imperatores, dissentientibus electoribus, *Ludovicus Bavarus* et *Fredericus Austriacus*; V illum, hunc III designant numismata. *Ludovicus Aquisgrani* coronatus est, atque anno 1322 Fredericum superavit et in carcerem conjecit. Post triennium juri suo cadentem, liberum dimisit in Austriam. Ludovicus anno 1347, die 11 octobris, inter venandum præcipitatus ex equo; suprema Frederico dies decima tertia januarii, an. 1330. Sunt qui Ludovicum ex Augustorum albo dispungunt, quod adprobatum non fuerit a romano pontifice, imo a Joanne XXII et a Clemente VI communiōne privatus. Redarguit enim anno 1324 Joannem, tanquam pacis inimicum, dissensiones foventem inter principes, hæreticum et evangelicæ paupertati adversantem. Ecclesiastica beneficia contulit nullo habito personarum delectu, et a pontifice collata cassavit. Eundem pontificem anno 1328 deponere ausus est, constituitque antipapam *Petrum de Corbaria*. Recondita cap. 1. Clemens vero VI diu monitum et obtemperare obtrectantem, anno 1346, die 13 aprilis, imperiali dignitate exspoliatum esse declaravit, deditque operam, ut in regem Romanorum eligeretur *Carolus*, major natu Joannis Luxem-

¹ *Naucerus* general. 44 auctor Chronici Usperg. alique tradunt revera Henricum VII periisse veneno et monachum id ausum Florentinorum instigatione; ei ut abiret Henricum morti proximum præcepisse, at postea captum, excoriatum fuisse vivum. Henrici cadaver post biennium, anno scilicet 1315, Pisas delatum majori in æde reconditum fuit in monumento cum inscriptione: *Hoc in sarcophago Henrici olim lucelburgensis comitis, et post septimi hujus nominis Romanorum imperatoris, ossa continentur, etc.*

burgensis, regis Bohemorum, per id temporis Avenione commorantis. Quidam propterea ab anno emortuali Henrici VII, usque ad annum 1346, thronum imperii vacasse tradunt, negantibus aliis, qui augustalem principatum nolunt ab apostolica auctoritate pendere.

Itaque *Carolus*, hujus nominis IV, renunciatus Romanorum rex anno 1346, die 11 julii, apud confluentes, nempe inter Mosellam et Rhenum (*Helenopolis* enim seu *Francfurtum* parebat *Ludovico Bavaro*) proximo anno 1347 imperare cœpit post obitum Ludovici, quamquam electores quidam *Francfurti* convenientes, primo regem Angliæ *Eduardum*, deinde *Fredericum* landgravium Thuringiæ, cæsarem nominassent. Verum iis renuentibus, sese turbis hisce immiscere, omnes demum in electionem *Caroli* conspirarunt. Is in romanum pontificem obsequentissimus fuit, et in clericos liberalis; coronam acceperat Romæ an. 1346, die 25 novembris, posteaquam declaratus fuerat rex Romanorum, et ibidem imperii diadema suscepit an. 1355, die 5 aprilis. Anno 1365 Avenionem adiit *Urbanum V* salutaturus. Cessit autem fati die 19 novembris, anno 1378, Pragæ, in æde S. *Vincelai* tumulatus.

Ediderat *Carolus IV* anno 1356 in comitiis norimbergicis, die 10 januarii, pragmaticam sanctionem de eligendo imperatore et de præ eminentia electorum, quam a sigilli forma *Bullam auream* appellant. Præscripta ibidem ratione peracta est ab eo tempore electio cæsarum. At successor *Caroli Vincelais*, illius filius, qui vivente patre, an. 1377, die 12 junii, declaratus fuerat rex Romanorum, nulla alia adhibita cæremonia, genitore defuncto, cœpit Bohemiæ regnum imperiumque administrare, electoratu brandeburgensi *Sigismundo* fratri suo demandato. *Vincelais* autem iste, qui initio regni 17 agebat ætatis annum, adeo vino, voluptati, cunctisque vitiis se dedit, ut illi *Inertis* et *Ignavi* accesserit cognomentum¹. Reipu-

¹ *Vincelais* etiam *Margites*, *Thersites*, *Sardanapalus* et hominis monstrum ludibrii causa appellabatur. Eodem modo, quo *Constantinus Copronymus*, sacri fontis aquam fœdavit. Norimbergensibus quatuor vini Rhenani plaustris vendidit immunitates, membranasque sigillo munitas, in quibus

blicæ idcirco interesse arbitrati sunt imperii proceres, si a regimine ineptissimum hominem amoverent, quod præstitere an. 1400, die augusti vicesima.

Substitutus in locum Wincelai *Rupertus* Palatinus, dux Baviaræ, cognomine *Parvus*. *Fredericus* enim Brunsvicensis, quem initio imperatorem designaverant electores, dum in Hassia domum peteret, fuerat ab hostibus trucidatus. Colonia *Rupertus* electus fuit anno cit. 1400, mense septembri, ibique coronatus anno 1401, die 6 januarii. Neque enim aut electio Francofurti, aut coronatio Aquisgrani, juxta consuetudinem fieri potuit, renuentibus civibus, qui Wincelaum adhuc viventem observabant. Is enim supervixit Ruperto, nam apoplexia peremptus est anno 1418, die 16 augusti, et imperator *Rupertus* decessit Oppenheimii an. 1410, die 21 maii¹. Hactenus de imperatoribus Occidentis.

Antequam in Orientem nostra progrediatur narratio, celebriores latinæ Ecclesiæ sanctos commemoremus oportet. Ut a sanctis mulieribus exordiamur, laudavimus superiori capite *Birgittam* et *Catharinam* Senensem. Addendæ *Angela* de Fulginio, *Agnes* de Montepolitiano, *Elisabeth*, Lusitanæ regina, et *Catharina*, filia prælaudatæ *Birgittæ*. Obiit *B. Angela* anno 1309, *Agnes* anno 1317, *Elisabeth* anno 1336, *Catharina* anno 1381. Sanctissimi quoque viri ad cælestem gloriam migrarunt nempe *S. Ivo* presbyter britannus, an. 1303²; *Nicolaus* Tolentinas, ord. S. Aug. thaumaturgus, an. 1309³, *Conradus* eremita anno 1351; *Petrus Thomas* carmelita, anno 1366; *Andreas* Corsinius, ejusdem ordinis, anno 1373. Apud Indos a Saracenis,

posset quisque pro suo lubitu privilegia describere, soluto pretio distribuit.

¹ Scribunt quidam decessisse die 18 maii et sepultum fuisse Heildelbergæ.

² *B. Clara* de Monte Falco, ord. Erem. S. Aug., obiit anno 1308, *Humilitas*, sanctimonialis ordin. Vallisumbrosæ, anno 1310, *Michael* Aretinus, ejusdem ord., anno 1370, eodem anno decessit *Hugolinus* Cortonensis, augustinianus.

³ Sunt qui *Nicolaum* ad superos migrasse tradunt anno 1305; *B. Fredericus* Ratisponensis ejusdem instituti anno 1329 decessit.

anno 1322, martyrium perpessi sunt quatuor fratres ord. Minorum, scilicet, *Thomas* Tolentinas, *Jacobus* Patavinus, *Petrus* Senensis et *Demetrius* laicus. Horum martyrium *Vadingus* narrat ad annum 1321. Quidam referunt ad an. 1319.

Nunc de imperatoribus Orientis. Parricidii scelere, quo avum suum *Andronicum*, *Michaelis* Palæologi filium dejecit, arreptum imperium, *Andronicus III* rexit usque ad an. 1341, quo obiit die 15 junii. Deinde imperavit *Joannes Palæologus*, ejusdem *Andronici* filius, dictus a pulchritudine oris *Calo-Joannes*, sub tutela (erit enim novennis) *Joannis Cantacuzeni*. Is autem ex tutore imperii arripuit statim insignia, et ulterius bis diadema solemniter suscepit Adrianopoli anno 1346, die 21 maii, et C. P. anno 1347, die 13 ejusdem mensis. Hujus usurpationis causas proferebat plurimas, ætatem præsertim principis, imperiique discrimina. Unionis Græcorum cum Latinis cupidissimus videbatur, uti et *Joannes Palæologus*, qui anno 1369 Romam ad *Urbanum V* venit, auxilia adversus Turcarum aggressionem imploraturus. At *Cantacuzenus* assumptum imperium, an. 1355 deposuerat, indutus monachum totusque litteris deditus. *Joannes* autem *Palæologus* exinde regnavit usque ad annum 1321, quo anno, quinquagesimo a morte patris, migravit e vita.

Ei successit filius *Emmanuel*, cujus imperium *Bajazethes*, Turcarum sultanus, armis vexavit, cincta quoque regia C. P. urbe largiori obsidione, donec *Themirlanc*, sive, ut vulgo dicitur, *Tamerlan*, in *Bajazethis* ditionem irrumpens, hujus in se arma convertit. *Emmanuel* cognita rerum humanarum calamitate, biennio ante mortem, quæ contigit anno 1425, ad instar monachi vitam egit, litterasque magnopere excoluit.

CAPUT VI.

SÆCULI XIV DOCTRINA AC DISCIPLINA.

Hæreseon, quas cap. III memoravimus, condemnatio servatum in Ecclesia demonstrat perpetuum fidei depositum. Sacramentorum numerus et virtus est comprobata; in Eucharistia

præsentia dominici Corporis, et accidentium absque substantia panis et vini contra Wiclefum confirmata est permanentia, et adversus novos adamas sanctitas matrimonii. Ecclesiastica hierarchia, manens in sacerdotibus impiis consecrandi potestas, atque in ipsa schismatum perturbatione. Definita sub Benedicto XII præsens sanctorum beatitudo, de qua sub prædecessore Joanne XXII fuerat acriter disceptatum.

Celebrata est eorumdem sanctorum solemniter canonizatio. Clemens V anno 1313 *Petrum Cælestinum*, Joannes XXII anno 1317 *Ludovicum*, tolosanum episcopum, et an. 1323 *Thomam Aquinatem*, Clemens VI anno 1347 *Joannem Britannum*, Urbanus V anno 1369 *Eleazarum* comitem, et Bonifacius IX anno 1391 *Birgittam*, viduam fastis cœlitum adscripserunt. Confirmata, ut diximus, anno 1311 in viennensi concilio dies festa Corporis Christi, et instituta an. 1389 festivitas Visitationis B. M. V. Annus jubilæi coarctatus a Clemente VI ad annum quinquagesimum, et celebratus an. 1350 ab Urbano VI ad annum 33, et indictus pro anno 1390, celebratus tamen rursus an. 1400 sub Bonifacio IX.

Institutæ sunt religiosorum virorum quæ sequuntur familiæ. Congregatio monachorum *Montis Oliveti* a Beato Bernardo Ptolomæo Senensi anno 1313, *S. Birgittæ* an. 1363, monachorum *S. Hieronymi* anno 1374, eremitarum *S. Hieronymi* a B. Petro Gambacurta Pisano, anno 1380, congregatio monachorum *M. Oliveti* confirmata est a Clemente VI anno 1344, ordo *S. Birgittæ* ab Urbano V anno 1370, Hieronymianorum a Gregorio IX anno cit. 1374.

Hunc monachorum *Hieronymianorum* ordinem institutum circa prædictum annum a *Petro Ferrando*, Hispano, olim episcopo in Provincia Bætica, tradiderunt historici plurimi. Ex Chronico tamen camporiensi, sive monasterii S. Mariæ de Sepulero, olim siti prope Florentiam, in loco quem vocant *le Campora*, asservato in archivio Florentinæ Cassinensium abbatia, D. Aloysius Galletti, atque ex hujus lucubrationibus cardinalis Quirinus in epistola ad Felicem Mariam Nerinium, Hieronymianorum abbatem generalem, constare contendunt

hunc monachorum ordinem institutum fuisse an. 1334 a quatuor fratribus augustinensibus, *Bartholomæo*, Bonone Pistoriensi, *Benedicto* Thebaldo Florentino, *Bartholo Thoma* et *Antonio Lapi* a S. Geminiano.

Institutus præterea hoc sæculo, et anno 1355 a B. Joan. Columbino, Senensi, ordo *Jesuatorum*, quem an. 1367 confirmavit Urbanus V; extinxit autem post tria sæcula, nempe anno 1668 *Clemens IX*.

Accedunt ordines equestres, *Montesiæ* in regno Valentia, institutus an. 1317 a Jacobo II, rege Aragonia; *Christi* an. 1318 a Dionysio, rege Lusitania; *Aquilæ Albæ* anno 1325 ab Uladislao, rege Polonia; *Periscelidis*, vulgo *de la Jarretière*, sub invocatione S. Georgii, anno 1335, ab Eduardo III, rege Angliæ; *Stellæ*, cum inscriptione: *Monstrant regibus astra viam*, anno 1351 a Joanne, Galliarum rege, vili tamen paulo post habitus, collatusque hominibus infimi quoque generis.

APPENDIX

SIVE ALLIARUM RERUM MEMORABILIUM ADDITAMENTUM.

Galliæ, Hispaniæ et Lusitaniæ reges initio sunt recensendi. Post Philippum *Pulchrum*, anno 1314, regnum indeptus est *Ludovicus X*, veneno extinctus anno 1316. Huic successit *Philippus V*, *Longus* dictus a corporis proceritate, ex vita raptus anno 1322. Regnavit deinde *Carolus IV*, *Pulcher*, mortuus anno 1328. Postea *Philippus IV*, e gente *Valesia* ab anno 1328 ad annum 1350, tum *Joannes Bonus*, ejus nepos, ad annum usque 1364, postmodum *Carolus V*, *Sapiens*, ad annum 1380, ac tandem usque ad annum 1422 *Carolus VI*.

Castellæ et Legionis regnum post Ferdinandum IV ab an. 1312 gubernarunt *Alphonsus XI*, *Petrus I*, *Crudelis* propter immanitatem cognominatus, *Henricus II*, *Joannes I* et *Henricus III*, vita functus an. 1407. Navarra regnum post Joannam administrarunt *Ludovicus Hutinus*, *Joanna II*, *Carolus Crudelis*, de quo dixi nuper, et *Carolus*, *Nobilis* denominatus, qui migravit e vita anno 1425. In Aragonia autem post Jacobum II,

præsentia dominici Corporis, et accidentium absque substantia panis et vini contra Wiclefum confirmata est permanentia, et adversus novos adamas sanctitas matrimonii. Ecclesiastica hierarchia, manens in sacerdotibus impiis consecrandi potestas, atque in ipsa schismatum perturbatione. Definita sub Benedicto XII præsens sanctorum beatitudo, de qua sub prædecessore Joanne XXII fuerat acriter disceptatum.

Celebrata est eorumdem sanctorum solemniter canonizatio. Clemens V anno 1313 *Petrum Cælestinum*, Joannes XXII anno 1317 *Ludovicum*, tolosanum episcopum, et an. 1323 *Thomam Aquinatem*, Clemens VI anno 1347 *Joannem Britannum*, Urbanus V anno 1369 *Eleazarum* comitem, et Bonifacius IX anno 1391 *Birgittam*, viduam fastis cœlitum adscripserunt. Confirmata, ut diximus, anno 1311 in viennensi concilio dies festa Corporis Christi, et instituta an. 1389 festivitas Visitationis B. M. V. Annus jubilæi coarctatus a Clemente VI ad annum quinquagesimum, et celebratus an. 1350 ab Urbano VI ad annum 33, et indictus pro anno 1390, celebratus tamen rursus an. 1400 sub Bonifacio IX.

Instituta sunt religiosorum virorum quæ sequuntur familiæ. Congregatio monachorum *Montis Oliveti* a Beato Bernardo Ptolomæo Senensi anno 1313, *S. Birgittæ* an. 1363, monachorum *S. Hieronymi* anno 1374, eremitarum *S. Hieronymi* a B. Petro Gambacurta Pisano, anno 1380, congregatio monachorum *M. Oliveti* confirmata est a Clemente VI anno 1344, ordo *S. Birgittæ* ab Urbano V anno 1370, Hieronymianorum a Gregorio IX anno cit. 1374.

Hunc monachorum *Hieronymianorum* ordinem institutum circa prædictum annum a *Petro Ferrando*, Hispano, olim episcopo in Provincia Bætica, tradiderunt historici plurimi. Ex Chronico tamen camporiensi, sive monasterii S. Mariæ de Sepulero, olim siti prope Florentiam, in loco quem vocant *le Campora*, asservato in archivio Florentinæ Cassinensium abbatia, D. Aloysius Galletti, atque ex hujus lucubrationibus cardinalis Quirinus in epistola ad Felicem Mariam Nerinium, Hieronymianorum abbatem generalem, constare contendunt

hunc monachorum ordinem institutum fuisse an. 1334 a quatuor fratribus augustinensibus, *Bartholomæo*, Bonone Pistoriensi, *Benedicto* Thebaldo Florentino, *Bartholo Thoma* et *Antonio Lapi* a S. Geminiano.

Institutus præterea hoc sæculo, et anno 1355 a B. Joan. Columbino, Senensi, ordo *Jesuatorum*, quem an. 1367 confirmavit Urbanus V; extinxit autem post tria sæcula, nempe anno 1668 *Clemens IX*.

Accedunt ordines equestres, *Montesiæ* in regno Valentia, institutus an. 1317 a Jacobo II, rege Aragonia; *Christi* an. 1318 a Dionysio, rege Lusitania; *Aquilæ Albæ* anno 1325 ab Uladislo, rege Polonia; *Periscelidis*, vulgo *de la Jarretière*, sub invocatione S. Georgii, anno 1335, ab Eduardo III, rege Angliæ; *Stellæ*, cum inscriptione: *Monstrant regibus astra viam*, anno 1351 a Joanne, Galliarum rege, vili tamen paulo post habitus, collatusque hominibus infimi quoque generis.

APPENDIX

SIVE ALLIARUM RERUM MEMORABILIUM ADDITAMENTUM.

Galliæ, Hispaniæ et Lusitaniæ reges initio sunt recensendi. Post Philippum *Pulchrum*, anno 1314, regnum indeptus est *Ludovicus X*, veneno extinctus anno 1316. Huic successit *Philippus V*, *Longus* dictus a corporis proceritate, ex vita raptus anno 1322. Regnavit deinde *Carolus IV*, *Pulcher*, mortuus anno 1328. Postea *Philippus IV*, e gente *Valesia* ab anno 1328 ad annum 1350, tum *Joannes Bonus*, ejus nepos, ad annum usque 1364, postmodum *Carolus V*, *Sapiens*, ad annum 1380, ac tandem usque ad annum 1422 *Carolus VI*.

Castellæ et Legionis regnum post Ferdinandum IV ab an. 1312 gubernarunt *Alphonsus XI*, *Petrus I*, *Crudelis* propter immanitatem cognominatus, *Henricus II*, *Joannes I* et *Henricus III*, vita functus an. 1407. Navarra regnum post Joannam administrarunt *Ludovicus Hutinus*, *Joanna II*, *Carolus Crudelis*, de quo dixi nuper, et *Carolus*, *Nobilis* denominatus, qui migravit e vita anno 1425. In Aragonia autem post Jacobum II,

qui decessit anno 1327, regnaverunt *Alphonsus IV*, *Joannes I* et *Martinus*, sublatus e vivis an. 1402. Regnum denique Lusitaniae, post Dionysii mortem, quæ contigit anno 1325, rexerunt *Alphonsus IV*, *Petrus I*, *Ferdinandus Menesius* et *Joannes I*, qui exiit e vita anno 1433, regni sui 48¹.

Sed addenda cæteris Turcarum monarchia, quam in Oriente fundavit, exeunte superiori sæculo, id est, an. 1299, quo, defuncto Aladino Iconii sultano, occupavit Bithyniam *Othomanus* ex *Ogyziorum* stirpe, ortus Machanæ apud Parthos, filiusque Ertogrulis, qui obiit anno 1299, hegiræ 687. Imperavit annis 28, et decessit anno 1326, hegiræ 727. Regnavit deinde Othomani filius *Orchanes*, qui per Solimanum filium imperium othmanicum longe lateque propagavit, humanis exemptus rebus hegiræ 761 et anno Christi 1359. Successit *Amurates I*, filius Orchanis natu minor, in bellis gerendis felicissimus; at anno 1390, hegiræ 793, per insidias a transfuga milite occisus, sica, dum lustraret cæsorum cadavera, in ejus ventrem adacta. Arripuit tunc imperium *Bajazethes*, filius Amurathis, dictus *Gilderum*, id est, *Fulmen*, quod fulminis instar ditiones alienas invaderet ac subrueret. Sed anno 1482, hegiræ 805, a Tamerlane, Tartarorum rege, acie victus ad *Stellam*, montem Ancyra², quam Turcæ vocant *Enguni*, et in captivitatem redactus, mortem sibimet post aliquot menses conscivit. Tradunt latini historici Bajazethem a victore cavea ferrea inclusum et circumductum, necnon illius pedibus pro scabello fuisse, quod tamen ex narratione scriptorum Arabum negant nonnulli recentiores.

Graviora modo bella et peculiare eventus memoria repetam. Equites jerosolymitani anno 1308 obsederunt Rhodum insulam, quam anno 1310, die 15 augusti, occuparunt. Andronicus I, imp. Græcorum, anno 1312, Turcas in Chersoneso ad

¹ Regnum Angliæ auspiciati sunt anno 1326 *Eduardus*; anno 1377 *Richardus II*, et anno 1399 *Henricus IV*. Poloniæ vero regnum indeptus est anno 1306 *Uladislaus*, anno 1333 *Casimirus III*, anno 1370 *Ludovicus Hungarus*, anno 1382 *Hedwigia*.

² Ibidem Pompeius vicerat Mithridatem.

Hellespontum devictos fugavit e Thracia; eodemque anno Joannes Lucemburgius obtinuit Bohemiæ regnum. Rhodum anno 1322 Turcæ frustra expugnare tentarunt; quo anno Fredericus Austriacus invasit Bavariam. In Sicilia anno 1324 intestinum ac truce excitatum est bellum. Mauros Alphonsus, rex Aragoniæ, cruciferorum auxilio, an. 1330 prostravit; Brixiam, Bergamum, Parmam, Mutinam, Regium, Lucamque Joannes, rex Bohemiæ, subegit Ludovici Bavari imperio. Ladislaus, rex Poloniæ, anno 1332, vastavit Silesiam; eodem anno Turcæ adv. C. P. castra moverunt, insulamque Eubœam (*Negroponte* vocatur ab Italis) reddiderunt vectigalem; classis autem 33 triremium cruciferorum anno 1334 incendit naves Turcarum 250, et barbarorum 5,000 peremit. Mauri rursus an. 1343 trucidati fuerunt ad Palmam, oppidum Vandalitiæ. Christianorum copias Turcæ, an. 1345 apud Smyrnam, Joniæ urbem, vexarunt; anno 1346 Galli ingenti clade cæsi fuerunt ab Anglis ad Cresciacum inter Suessiones et Lagdunum¹. Solimanus, filius Orchanis, an. 1357 expugnavit Callipolim, urbem Thraciæ, figitque in Europa sedem imperii. Quatuor tantum equitum Rhodiorum triemes anno 1359, 29 turcicas devicerunt. Amurathes an. 1382 occupavit Thessaliam et Macedoniam; Tamerlani scythæ, regisque Tartarorum, anno 1386, quo anno occupavit Babylonem, fama pererebuit. Atque is, ut dictum est paulo supra, Bajazethem, qui anno 1390 magnam Ciliciæ partem, anno 1393 Armeniam, Græciam et Peloponnesum, et anno 1396, quo Tamerlanes expeditionem movit in Parthos, aliam subjugaverat Ciliciæ partem, clade affecti, abduxitque captivum anno 1402.

Prosequamur cætera: anno 1306 Philippus, Galliarum rex, regno Judæos expulit; anno 1318 in potestatem Estensium

¹ Ceciderunt in hoc prælio Joannes, rex Bohemiæ, pater Caroli IV, imp., principes 11, barones 80, equites 1,200 et pedites 30,000. Rursus, anno 1356, Galli decertantes cum Anglis, ingenti clade succubuerunt, et rex Joannes Bonus, captus cum filio Philippo, natu minimo, in Angliam abductus fuit, obiitque Londini, redemptus tamen a captivitate anno 1364.

concessit Ferraria¹; anno 1348 Joanna, regina Neapolis, quæ fertur necasse virum suum Andream, fratrem regis Hungariæ, ob causam quam pudor proferri vetat, seipsam apud Clementem VI purgare studuit, eique vendidit Avenionem. Cœptum anno 1351 supputari annos a Domini Nativitate in Catalaunia. Eo anno Joannes, vicecomes mediolanensis, Bononiæ potitus est. Pax inter Gallos Anglosque an. 1360 firmata fuit. Scaligeri anno 1387 a J. Galeacio, vicecomite mediolanensi, Verona et Vicentia fuerunt expulsi. Tormenta bellica quæ dicuntur *bombardæ*, anno 1380 a quodam Germano monacho feruntur inventa ac primum a Venetis usurpata².

Loquamur et de rebus aliis infaustis. Anno 1315 grassata est sæva fames³. Ex Ætna, Siciliae monte, anno 1323 tantæ eruperunt cum terræ concussionibus flammæ, ut viciniam vastaverint, cinisque nigerrimus flante Borea in Melitam insulam fuerit delatus. Arbores plurimæ anno 1334 ob nivis et glaciei intemperiem, frigusque hiemis perierunt. Fluminum exundationes maxime anno 1342, ingens terræmotus in Germania, pestisque teterrima anno 1348 ab historicis adnotantur. Anno 1350, tempore jubilæi, grassante adhuc pestilentia et irruente hominum multitudine, perierunt quamplurimi⁴. Pestis anno 1400 rursus per Italiam grassabatur.

¹ Ciccus Asculanus anno 1327 Florentiæ damnatus magiæ, addictus est flammis anno proximo, ætatis suæ 70; necatum invidia cujusdam æmuli tradit in ejus apologia Sebastianus Antonellus Asculanus.

² Inventor tormenti bellici quod *bombardam* vocant, adhibiti anno 1380 a Venetis non procul e Clodia adversus Genuensium classem appellabatur *Bertholdus Niger*; ejusque nomen, atque eventus, quo sulphurei pulveris vim fortuito deprehendit, hoc epigrammate declarantur:

Dum parat humano generi chymista medelam,
Sulphura mulciberis dum sale mixta coquit;
Mulciber ostendit mortalibus acre venenum,
Quo nullum letho corpora plura dedit.
Quæ latuere alios, *Munsterus* nomina ponit,
Bertholdumque vocat nomine, reque *Nigrum*.

Habes hic, et epigrammatis auctorem.

³ Ita hujus anni egestas apud Calvisium adnotatur:
Ut nullum lateat tempus famis, esse CVCVLLVM, postremæ dictionis litteræ nota sunt temporis.

⁴ Die 28 januarii anno 1393, quinque viri nobiles choreas agendo, induti

Reliquum est, ut de litterarum fortuna addantur perpauca. Multæ ad illas promovendas institutæ fuerunt Academiae. Avenionensis a Bonifacio VII anno 1303, aurelianensis a Clemente V anno 1305, dublinensis anno 1320, pisana anno 1339, andegavensis anno 1346, heidelbergensis a Ruperto, comite palatino, eodem anno, pragensis a Carolo IV an. 1358¹, araucana, viennensis² et genevensis an. 1365, senensis anno 1387 et coloniensis anno 1388.

Post scriptores ecclesiasticos, de quibus cap. iv, ut alios recenseam, temporis non sinunt angustia. Plurimos idcirco prætermittimus, *Bartolum* quoque a Saxoferrato, J. C. clarissimum, qui publice Pisis docuit jurisprudentiam, Bononiæ anno ætatis suæ 21 consecutum doctoratus insignia; *Thomam* Florentinum, cognomine *Del Garbo*, nemini in arte medendi secundum, qui florebat anno 1340, et *Emmanuelem Chrysoloram*, qui sedente Bonifacio IX, Venetiis, Florentiæ, Romæ ac Ticini tradidit græcas litteras, testimonio Leonardi Arretini, Raphaelis Volaterrani, Pauli Jovii, aliorumque historicorum celebratissimum; *Maximum Planudem* Andronico Palæologo acceptissimum, ab eo legatum ad Venetos, de quo Allatius, Cangius, Gesnerus; *Constantinum Harmenopolum*, judicem thessalonicensem, auctorem Promptuarii legum, cujus obitum Fabricius, tom. II *Biblioth. græcæ*, et alii referunt circa annum 1380. Tres tamen nulla ratione ab etrusco scriptore debent præteriri silentio, *Dantes Aligherius*, *Franciscus Petrarca* et *Joannes Bocaccius*.

Dantes, cujus exstat poema elaboratissimum, cui titulus *Divina Comœdia*, et liber *De monarchia*, præter eclogas, epistolas, aliaque scripta, omnium ore laudata, obiit exul a patria Florentia anno 1321, et Ravennæ in templo S. Francisci

vestibus villosis, pice illitis, ut viderentur satyri hominesque sylvestres, eis joci causa admota face ab Aureliano, patruo Caroli VI, Galliarum regis, Lutetiæ plane cremati miserrime perierunt. *Annal. Fland.*

¹ Potius a Clemente VI, anno 1347.

² Viennensem nonnulli institutam tradunt ab Austriæ duce Alberto circa annum 1390.

conditus sepulero, cum inscriptione a seipso conscripta, dum adhuc viveret :

Jure monarchiæ, superos, phlægetonta, lacusque
Lustrando cecini; voluerunt fata quousque.
Sed quia pars cessit melioribus hospita castris,
Actoremque suum petiit feliciter astris,
Hic claudor Dantes, patriis extorris ab oris,
Quem genuit parvi Florentia mater amoris.

Addidere Ravennates inscriptionem aliam longe ampliorem, quæ incipit : *Theologus Dantes nullius dogmatis expers; ac monumentum, temporis edacitate consumptum, magnificentius erexit Bernardus Bembus, pater Petri, S. R. E. cardinalis clarissimi, addita inscriptione altera, quæ incipit : Exigua tumuli Dantes hic sorte jacebas*¹, etc.

Franciscus *Petrarcha*, item Florentinus, sed natus Aretii, poeta laureatus, philosophus et historicus præstantissimus, post scripta cedro dignissima, quæ simul collecta Lugduni et Basileæ prodierunt in lucem, sejunctim vero, carmina præsertim italica, frequentissime procussa sunt et quotidie fere sudant sub prælio. Arquati in diœcesi Patavina, anno 1374, e vita decessit; ibique jacet marmoreo in tumulo, quem sibi vivens paraverat :

¹ Inter cæteros qui in Dantem Commentaria ediderunt, ut Christophorum Landinum, Alexandrum Vellutellum, Benvenutum Imolensem, Bernardinum Danieleum et Vincentium Bonannium, commemorat Lilius Gyraldus in *Hist. poetarum*, dialogo v, etiam augustinianum scriptorem Joannem Stephanum Ferrariensem. Diversus is fuit ab augustiniano altero florentino, de quo in recentissima et elegantissima Veneta hujus poetæ editione. Nostras illic insertas dissertationes non recensemus. Breves, sed accuratæ sunt P. Venturi, Vulpii, aliorumque recentiorum ibidem appositæ adnotationes. Latino carmine Dantis poetica opera reddita quoque sunt.

Fecerat olim latinam versionem carmine Olivetanus, monachus pistoriensis, quam ætate sua diligenti custodia asservatam, sibi non absque ambitione ostensam tradit citato dialogo Gyraldus. *Dantes* ob librum *De monarchia* apud nonnullos tanquam hæreticus audit. Vide Raphaelis Volaterrani *Antrop.* lib. XXI, et sententiam Bartoli ibi productam super lege I, c. *Præsules*, lib. Digestorum, *de inquirendis reis*, necnon Spondanum ad annum 1321, n. 7. Sed caute procedendum in damnandis tanquam hæreticis iis qui disserunt de monarchia, eamque asserunt ab Ecclesia non dependere.

Frigida Francisci lapis hic tegit ossa Petrarchæ.
Suscipe Virgo Parens animam; Sate Virgine parce,
Fessaque jam terris cœli requiescat in arce.

Tam demisse de se loquenti, apposita fuere, ut par erat, illustriora epitaphia.

Et Joannes *Bocaccii* filius epitaphium sibi paraverat ante mortem, quæ contigit proximo anno 1375¹ Certaldi ad Elsam fluvium. Nullus eloquentiori stylo scripsit italice, nec fabulas jucundiori contexit. Præter opera alia complura, id testatur opus, quod a decem dierum colloquiis inscripsit græco titulo *Decameronem*. Plurimum tamen valuit etiam latina lingua, omnigena eruditione et historia, et singulos ejus libros, cum notissimi cuique sint, non opus est recensere. Prælaudatum vero epitaphium est hujusmodi :

Hac sub mole jacent cineres atque ossa Joannis.
Mens sedet ante Deum meritis ornata laborum.
Mortalis vitæ genitor Bocaccius illi;
Patria Certaldum; studium fuit alma poesis.

Addidit *Collutius*¹, et ipse poeta atque orator eloquentissimus, elegans epigramma eidem tumulo inscriptum, cujus initium,

Inclyte, cur vates humili sermone locutus, etc.

¹ Insigni anachronismo labitur *Julius Niger* S. J. in *Hist. script. florent.*, pag. 289, ubi ait Joannem Bocaccium fuisse auditorem Benedicti *Buonmartei*, ab eoque didicisse Etruscæ linguæ facundiam; nam Benedictus anno 1643 instauravit majorum suorum monumentum in claustro S. Spiritus Florentiæ, obiitque labente sæculo XVII. Agnomen Bocaccii patris fuit *Ghellini*.

² *Piertus* Petri *Salutati* filius, ex oppido Stignani.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

LUDOVICUS VIVÈS

EDITOR ET BIBLIOPOLA ECCLESIASTICUS

In via dicta Delambre, 13, Parisiis.

Doctoris Angelici Divi Thomæ Aquinatis, Opera omnia, sive antehac excusa, sive etiam anecdota; ex editionibus vetustis et decimi tertii sæculi codicibus religiose castigata; pro auctoritatibus ad fidem Vulgatæ versionis accuratiorumque patrologiæ textuum, nunc primum revocata; notis historicis, criticis, philosophicis, theologicis, cunctas illustrantibus controversias occasione dogmatum sancti auctoris exortas, sollicite ornata, studio ac labore STANISLAI EDUARDI FRETTE, sacerdotis, Scholæque thomisticæ alumni. — 33 vol. in-4°. Papier vergé, 540 fr.; papier vélin, 400 fr.

Nunc superfluum esset laudare tantisper opera Divi Thomæ post Encyclicas Litteras Sancti Patris Leonis XIII, datas die 4 augusti ann. 1879, in quibus Summus Pontifex celebrat merita doctrinæ philosophicæ Angelici Doctoris, quæ præcellit universas doctrinas soliditate scilicet et præcellentia.

Nec nimis nos dicetur celebravisse hæc opera, si post præclarum hoc documentum sustinemus omnem bibliothecam philosophicam sive theologicam ornari debere istis Divi Thomæ operibus; Sanctitas Nostra, etenim, magnitudine doctrinæ Angelici Doctoris demonstrata, vehementer hortatur largiter hic haurire:

« Nihil Nobis esse antiquius et optabilius, quam ut sapientiæ rivus purissimos ex Angelico Doctore jugi et prædivite vena dimanantes, studiosæ juventuti large copioseque universi præbeatis... Vos, omnes, quam enixe hortamur, ut ad catholicæ fidei tutelam et decus, ad societatis bonum, ad scientiarum omnium incrementum auream sancti Thomæ sapientiam restituatis, et quam latissime propagetis... Ne autem supposita pro vera, neu corrupta pro sincera bibatur, providete ut sapientia Thomæ ex ipsis ejus fontibus hauriatur, aut saltem ex iis rivis, quos ab ipsa fonte deductos, adhuc integros et illimes decurrere, certa et concors doctorum hominum sententia est... »

S. R. E. Cardinalis S. Bonaventuræ, ex ordine Minorum, episcopi Albaniensis, eximii Ecclesiæ doctoris, **Opera omnia**, Sixti V, Pontificis Maximi, jussu diligentissime emendata, cum indice analytico et alphabetico rerum et verborum locupletissimo, ad usum theologorum et prædicatorum, accedit S. Doctoris vita, una cum diatriba historico-chronologico-critica. — Editio accurate recognita ad puram et veriorum testimoniorum biblicorum emendationem denuo reducta cura et studio A.-C. PELTIER, canonici Ecclesiæ Remensis. — 15 vol. in-4°. Papier vergé, 250 fr.; papier vélin, 200 fr.

Commentaria in Scripturam sacram R. P. Cornelli a Lapide S. J., olim Lovanii, postea Romæ professoris, quibus adduntur quæ in Cornelio desunt Corderi commentaria in librum Job et Bellarmini explanatio in Psalmos, necnon notæ, prolegomena dissertationesque, innumera, et *Memoriale prædicatorum*, complectens analysim omnium rerum quæ in hisce commentariis enucleantur, opera et studio AUG. CRAMPON, can. Ambian., et J.-M. PÉRONNE, can. Suession. — 26 vol. in-4°. Papier vélin. Pretium : 272 fr.

Commentariorum Cornelli a Lapide præsens editio cum aliis ejusdem edi-

tionibus minime confundenda est; una etenim est quæ normæ exegeos modernæ plene satisfaciatur; una insuper quæ, præter indices particulares unicuique volumini impositos, indicem generalem analyticum contineat; una tandem quæ in marginibus habeat hæc summaria vulgo dicta gallice *manchettes*, repertoria utilia nimis scientiæ viris inquisitoribus. Sub respectu correctionis et executionis typographicæ, cæteris etiam omnibus indubitanter præstat.

Ex quo scripsit Cornelius a Lapide, id est e duobus sæculis, scientia exegetica permultum progressa est. Commentarius ut sit perfectus, perquisitionibus et inventionibus recentioribus uti necessario debet; per modum prolegomenorum, dissertationum et notarum permultarum, huc et illuc in unoquoque volumine sparsorum, ecclesiastici duo docti commentarium decimi octavi sæculi ad summam scientiæ sæculi præsentis elevaverunt. Sic enim nostro Cornelio a Lapide in plano habet lector analysim omnium commentatorum doctissimorum qui novissimis his temporibus scripserunt in Gallia, sicut in Italia et in Germania necnon in Anglia.

Uno verbo, præter duo indicum volumina, dicta *Memoriale*, editio nostra, præcedentibus editionibus comparata, materiam quinque amplius voluminum in-4^o ad minus continet; unde, cum indicibus, septem voluminum in-4^o additionem secum fert. Quod, duobus voluminibus prædicatorum indicum adjuvantibus, de viginti et quatuor voluminibus Commentariorum nostrorum veram facit encyclopediam scientiarum ecclesiasticarum omnium. Indicium sub titulo *Memoriale* utilitas immensa de se patet; repertorium unum, vulgo dictum in Gallia *Revue*, de partialitate ejus dubitare prohibemur, horum valorem judicat ut sequitur:

« Cornelii a Lapide Commentarii simul sunt Scripturarum sacrarum optima explanatio et disciplina theologicæ repertorium maxime plenum. Cuique rei studentis, quoad dogmaticum practicumque modum, omnia continent illi: dogmata, moralia, cultum, cæremonias, canonicum jus et disciplinam, exegetis hermenenticamque, mysticam scientiam hagiologicamque, et philologicam, et archeologicam, historiam necnon et philosophiam; denique politicam christianam, reique naturalis scientiam; assertio illa nec probationibus indeget, minimeque controversa, non litigatur.

» Sin autem explanatoris docti omnes scientias ecclesiasticas continet opus, qua via tot et tantas regiones peragraveris non aberrans? quomodo reperies tuto, faciliter, expedite, in hac aurifodina feraci, materias quarum tibi opus esse poterit? Tam simplex quam facilis exstat ratio in opere ipsomet cuius superius titulum legisi: « *Memoriale biblicum, historicum, theologicum, oratorium*, materias colligit sub prospectibus circumscriptis, eas locat sub nominibus, de connexione rerum logica, res componentibus, atque iusta ordinem alphabeticum ea nomina porrigit. *Memoriali* juvante, apud Cornelium a Lapide, non solum fontem ideam religiosarum concionum, verum etiam delineamenta, divisiones, probationes, auctoritates, testimonia, commentaque omnia sermonis nervos ac lepores generantia, primo visu prædicator inveniet, presbyter quoque materias essentielles ad collationes ecclesiasticas; theologus, autem, discussiones omnes quas expetere poterit; homo pius tandem argumentum meditationum singularis exempli. » (*Revue du monde catholique*, feb. 1864; *l'Union*, 27 feb. 1864.)

Indices quibus *Memoriale* constat reducunt, quoad tomum et paginam, ad editionem nostram unicam commentariorum Cornelii a Lapide.

Jus Canonicum universum, complectens *Tractatum de requis juris*, auctore R. P. ANACLETO REIFFENSTUEL, ordinis Minorum reformatorum, juxta novissimam romanam editionem, innumeris expurgatis mendis, recusum; cui nunc primum accedunt variæ adnotationes pro quarundam quæstionum uberiori enodatione, attenta rerum conditione præsentis digestæ, necnon index generalis copiosissimus, studio et opera R. D. VICTORIS PELLETIER, Cathedralis Ecclesiæ Aurelianensis canonici capitularis, olim vicarii generalis. — 7 vol. in-4^o. Papier vélin, 100 fr.

